The Catholic
Theological Union
LIBRARY
Chicago, Ill.

Hierarchia Catholica
Medii et Recentioris Aevi

VOLUMEN V

1667 - 1730

HIERARCHIA CATHOLICA
MEDII ET RECENTIORIS AEVI

SIVE

SUMMORUM PONTIFICUM - S. R. E. CARDINALIUM
ECCLESIARUM ANTISTITUM
SERIES

E DOCUMENTIS TABULARII PRAESERTIM VATICANI
COLLECTA - DIGESTA - EDITA

VOLUMEN QUINTUM

A PONTIFICATU CLEMENTIS PP. IX (1667)
USQUE AD PONTIFICATUM BENEDICTI PP. XIII (1730)

PER

P. REMIGIUM RITZLER - O. F. M. CONV.

ET

P. PIRMINUM SEFRIN - O. F. M. CONV.

WITHDRAWN

The Catholic Theological Union LIBRARY Chicago, Ill.

270.092
H633h

PATAVII MCMLII
TYPIS LIBRARIAE "IL MESSAGGERO DI S. ANTONIO„
APUD BASILICAM S. ANTONII - PATAVII (ITALIA)

NIHIL OBSTAT

Ex parte Ordinis nihil obstat, quominus TOMUS QUINTUS operis « HIERARCHIA CATHOLICA MEDII ET RECENTIORIS AEVI » ab *A.R.P.M.° Remigio Ritzler* et a *R.P. Pirmino Sefrin,* Ordinis nostri Sacerdotibus, ex regulari Provincia Argentina S. Elisabeth in Germania, compilatus, servatis ceteris de iure servandis, typis demandari et publici iuris fieri possit.

In quorum fidem etc.

Datum ROMAE, *ad SS. XII Apostolos,*
die 13 mensis Iunii anni 1952
in festo S. Antonii Patavini, Doctoris Evangelici

FR. BEDA M.ª HESS
Minister Generalis
Ordinis Fratrum Minorum Conventualium

IMPRIMATUR

PATAVII, die 20 Iunii 1952

J. PRETTO, VIC. GEN.

PROPRIETAS LITTERARIA

Curiae Generalitiae Ordinis Fratrum Minorum Conventualium
Romae, in conventu SS. XII Apostolorum

Ex Typographia « Il Messaggero di S. Antonio »
Provinciae Patavinae S. Antonii Ordinis Fratrum Minorum Conventualium
apud Basilicam S. Antonii-Patavii (Italia)

PRAEFATIO

Postquam A. R. P. Mag. Patricius Gauchat O.F.M.Conv., tomi quarti «Hierarchiae Catholicae» editor (Monasterii 1935), Roma discedere et ad suam patriam Americanam, infirmae valetudinis causa, remeare coactus fuit, onus operis prosequendi a Rev.mo P. Mag. Beda M.ª Hess, Ministro Generali Ordinis Fratrum Minorum Conventualium, nobis infrascriptis a. 1937 concreditum est. Sed huius tomi quinti publicationem tum graves recentiorum annorum mundiales eventus tum etiam succrescens in dies archivalis materia retardarunt.

Cum praesentis operis a cl. C. Eubel O.F.M.Conv. incoepti indoles et ratio omnibus eruditis viris satis iam innotescant, superest ut de *fontibus* et *methodo,* quibus usi sumus, breviter dicamus.

Praecipui Fontes [1]) ad huius tomi compilationem, ex Tabulariis Vaticanis desumpti, iidem sunt, qui in praecedentibus tomis, praesertim tomi quarti, recensiti habentur. Iis alii novi fontes addendi sunt, ex Pontificiis Archivis pariter depromptí, quos nunc primum explorare licuit, praesertim

1) «*Consistoria Secreta*». Copiosa haec actorum series, in fundo Consistoriali Tabularii Vaticani asservata et usque in praesens fere inexplorata, quae ab anno 1489 usque ad annum 1896 pertrahitur, plures notitias nobis suppeditavit, consistoriales provisiones spectantes, quae in «Acta Camerarii» desiderabantur.

2) Documenta in tribus voluminibus collecta, quae titulo « *Congregationes Consistoriales* » notantur, sunt acta ipsius S. Congregationis Consistorialis, quae in officiali collectione « Acta Congregationis Consistorialis » ex parte desunt.

3) Alia sectio eiusdem fundi Consistorialis, tribus voluminibus constans titulo « *Epistulae Regiae* », est collectio quaedam incompleta authenticarum litterarum Principum saecularium, quae agunt de praesentationibus, nominationibus, supplicationibus ad sedes episcopales (saec. XVII, XVIII, XIX).

4) Cum « *Diaria Magistrorum Caeremoniarum* », in praecedenti volumine apparando utiliter iam adhibita, quorum pars in sectione Manuscriptorum Bibliothecae Vaticanae custodiuntur, non perveniant nisi ad annum 1688, pro insequentibus annis opus fuit Diariorum series, parum vel leviter hucusque exploratas, in proprio Archivo S. Congregationis Caeremonialis perscrutari.

Opera typis impressa subsidiaria tantum ratione adhibita sunt, scilicet, quantum fieri potuit, ad geographicas indicationes sedium titularium vel ad uberiores notas de Praesulum decessu comparandas, quae in authenticis documentis ex parte vel ex toto desiderantur. Praecipua huiusmodi opera, breviori modo ad calcem episcopalium sedium saepius citata, pleno titulo recensentur post siglorum fontium conspectum: quae vero pro una tantum alterave dioecesi citata sunt, in respectivis locis plene indicantur.

Methodum in hoc tomo quinto persecuti sumus, quam praedecessores nostri in prioribus voluminibus tenuerunt et experti viri laudarunt. Iuverit autem haec pauca adnotare.

1) *Chronologicae indicationes,* ad notas appositae, de Praesulum ortu, baptismo, ordinatione, promotione ad gradus academicos aut ad officia speciali mentione digna, vel de electione ad episcopale officium per Capituli votum, et aliae huiusmodi, ex authenticis documentis depromptae sunt: nec tamen nobis oportuit, brevitatis causa, in singulis casibus documenta haec (fides nativitatis vel baptismatis, litterae patentes, diploma doctorale etc.) semper nominatim exhibere, quae ipsi candidati ad Episcopatum sibi procurare debuerunt, et in processibus informativis vel inter « Acta Congregationis Consistorialis » reperiri possunt (nisi forte distracta fuerint).

2) Ad *Bullas* autem sive *erectionis* novarum sedium sive *provisionis* Praesulum, quot attinet, eae tantum quae per Secretariam Brevium Apostolicorum expediebantur, in respectivis notis indicantur, quia tantum haec series Bullarum completa asservatur.

---

[1]) De archivalibus fontibus huius operis « Hierarchia Catholica Medii et Recentioris Aevi » fusius disserit Remigius Ritzler, O.F.M.Conv., Die archivalischen Quellen der « Hierarchia Catholica », in: Miscellanea archivistica Angelo Mercati (Roma 1952) - Studi e Testi, vol. proxime in lucem prodiens.

3) Ubi vero in provisionibus *titularium sedium* eiusdem nominis non clara ipsarum sedium distinctio ex Actis Consistorialibus habeatur, apponetur communis elenchus Episcoporum qui ad eosdem titulos promoti fuerunt.

In apparanda huius tomi editione relinquere coacti sumus emeritam Domum Editorialem Regensbergianam apud Monasterium Westfaliae urbem, cuius typis et sumptibus quatuor priora volumina prodierunt. Praesens itaque volumen Patavii impressum est apud typographicam officinam Provinciae Patavinae Fratrum Minorum Conventualium, sumptibus vero a Rev.mo P. Mag. Beda M.a Hess, eiusdem Ordinis Generali Ministro, provide suppeditatis.

Iucundum denique nobis est publicas referre gratias Viris Illustrissimis ac Reverendissimis Angelo Mercati, Tabularii Vaticani Praefecto, qui assiduo consilio et auxilio humanissime adfuit, et Henrico Dante, Caeremoniarum Apostolicarum Praefecto, cuius eximia liberalitate Archivum S. Congregationis Caeremonialis perscrutari licuit. Item grati animi sensus significatos volumus omnibus egregiis viris, qui in perarduo prosequendo labore adiutricem nobis manum utcumque contulerunt.

ROMAE, in festo Pentecostes, die 1 mensis Iunii anni MCMLII

P. REMIGIUS RITZLER, O.F.M.CONV.
P. PIRMINUS SEFRIN, O.F.M.CONV.

Sigla et abbreviationes

1) Sigla et abbreviationes locutionum singularum

a. = anno, anni, annum
abb. = abbas, abbatia
absolv. = absolvitur (absolv. a vinc. N.N. = absolvitur a vinculo ecclesiae N.N. quo tenebatur)
admin. = administratio, administrator
advoc. = advocatus
aet. = aetatis
al. = alias
an. = annorum
ann. = annuus
apost. = apostolicus
Apr. = Aprilis
archidiac. = archidiaconus
archiep. = archiepiscopus
archiepatus = archiepiscopatus
archipbr. = archipresbyter
assign. = assignatio, assignatur
assist. = assistens
aud. = auditor
Aug. = Augusti
b. = beatus
bacc. = baccalaureus (phil. = philosophiae; theol. = sacrae theologiae; iur. can. = iuris canonici; iur. utr. = iuris utriusque)
bapt. = baptizatus
bas. = basilica
benef. = beneficium
Bibl. Vat. = Bibliotheca Apostolica Vaticana
c. = cum
caes. maiest. = caesarea maiestas (scil. imperator)
Cam. Apost. = Camera Apostolica
camer. = camerarius
can. = canonicus
can.[tus] = canonicatus
cant. = cantor
capell. = capellanus
card. = cardinalis
cardinal. = cardinalitius
cath. = catholicus
cathedr. = cathedralis
cess. = cessio, cessit
cf. = conferas
circ. = circiter
civ. = civitas
cler. = clericus, clericalis
Cl.R.Som. = Clericorum Regularium a Somascha
coadi. = coadiutor
coadi.c.f.s. = coadiutor cum futura successione seu cum iure futurae successionis
cod. = codex
coll. = collegium
colleg. = collegiata (scil. ecclesia)
commend. = commendatarius
commiss. = commissarius
compat. = compatibilis
conc. = concessio, conceditur
Conc. Trid. = Concilium Tridentinum
confirm. = confirmatio, confirmatur
Congr.Barn. = Congregationis Clericorum Regularium S. Pauli Decollati seu Barnabitarum
Congr.Can.Lat. = Congregationis Canonicorum Regularium Lateranensium
Congr.Cl.R.Min. = Congregationis Clericorum Regularium Minorum
Congr.C.S.P. = Congregationis Clericorum Regularium Scholarum Piarum
Congr.Orat. = Congregationis Oratorii
cons. = consultor
consecr. = consecratio, consecratur
consist. = consistorium, consistorialis
const. = constitutus
constit. = constitutio
cubic. = cubicularius
cur. = curia (Cur. Rom. = Curia Romana)
dat. = datarius
Dec. = Decembris
decan. = decanus
decr. = decretum
def. = defectus (nat. = natalium; aet. = aetatis)
deput. = deputa(n)tur
diac. = diaconus
dign. = dignitas
dim. = dimissio, dimittit, dimisit
dioec. = dioecesis
disp. = dispensatio, dispensatur
D.N. = Dominus Noster (scil. Papa)
doct. = doctor (vide bacc.)
dom. = domus
domest. = domesticus
duc. = ducatorum
eccl. = ecclesia
el. = electio, electus
eleemos. = eleemosynarius
em. = eminentissimus
ep. = episcopus
epalis = episcopalis
epatus = episcopatus
erig. = erigere
exped. = expeditio, expeditur
extraord. = extraordinarius
f. = folium; ff. = folia
fac. = facultas (fac. cap. = facultas capiendi)
Febr. = Februarii
flor. = florenorum

gen. = generalis
gub. = gubernator
Ian. = Ianuarii
ib. = ibidem
immed. subi. = immediate subiecta
incompat. = incompatibilis
in diac.^{tus} ord. = in diaconatus ordine (constitutus)
in pbr.^{tus} ord. = in presbyteratus ordine (constitutus)
in subdiac.^{tus} ord. = in subdiaconatus ordine (constitutus)
ind. = indultum
insign. = insignitur, insignitus
i.p.i. = in partibus infidelium
Iul. = Iulii
Iun. = Iunii
iuram. fidel. = iuramentum fidelitatis
l. c. = loco citato
lect. = lector
leg. = legatus, legatio
libr. Turonen. = librarum Turonensium
lic. = licentia, licentiatus (vide bacc.)
m. = mensis, mense, mensem
mag. = magister
maiest. = maiestas
Mart. = Martii
metrop. = metropolita vel ecclesia metropolitana
min. = minister
mon. = monasterium, moneta
nat. = natus
nomin. = nominatio, nominatur
nomin. r. cath. = nominatur a rege catholico (scil. Hispaniae)
nomin. r. X^{mo} = nominatur a rege christianissimo (scil. Galliae)
Nov. = Novembris
nunc. = nuncupatus
nunt. = nuntius
ob. = obitus, obiit
O.Camald. = Ordinis Camaldulensium
O.Carm. = Ordinis Carmelitarum
O.Carm.Discalc. = Ordinis Carmelitarum Discalceatorum
O.Carth. = Ordinis Carthusianorum
O.Cist. = Ordinis Cisterciensium
O.C.S.Aug. = Ordinis Canonicorum Regularium S. Augustini
Oct. = Octobris
O.E.S.Aug. = Ordinis Eremitarum S. Augustini
offic. = officium, officialis
O.F.M.Cap. = Ordinis Fratrum Minorum Capuccinorum
O.F.M.Conv. = Ordinis Fratrum Minorum Conventualium
O.F.M.Discalc. = Ordinis Fratrum Minorum Discalceatorum
O.F.M.Obs. = Ordinis Fratrum Minorum de Observantia
O.F.M.Recoll. = Ordinis Fratrum Minorum Recollectorum
O.F.M.Ref. = Ordinis Fratrum Minorum Reformatorum
O.Merc. = Ordinis B. Mariae de Mercede redemptionis captivorum
O.Minim. = Ordinis Minimorum S. Francisci de Paula
O.P. = Ordinis Fratrum Praedicatorum
O.Praem. = Ordinis Praemonstratensis
ord. = ordo, ordinarius
O.S.B. = Ordinis S. Benedicti
O.S.Bas. = Ordinis S. Basilii Magni
O.S.Cam. = Ordinis Clericorum Regularium infirmis ministrantium seu S. Camilli
O.S.Hier. = Ordinis S. Hieronymi
O.S.Io.Hieros. = Ordinis militiae S. Ioannis Bapt. hospitalis Hierosolymitani seu Ordinis Fratrum hospitaliorum Hieros.
O.S.M. = Ordinis Servorum Mariae
O.S.Pauli = Ordinis S. Pauli primi Eremitae
O.Theat. = Ordinis Clericorum Regularium vulgo Theatinorum
O.Trin. = Ordinis Sanctissimae Trinitatis de redemptione captivorum
Pal. Apost. = Palatium Apostolicum
paroec. eccl. = paroecialis ecclesia
patr. = patriarcha, patriarchatus
pbr. = presbyter
pens. = pensio
pers. = persona
poenit. = poenitentiarius
praeb. = praebenda
praef. = praefectus
prael. = praelatus
praep. = praepositus
praesent. = praesentatio, praesentatur
praesent. r. cath. = praesentatur a rege catholico (scil. Hispaniae)
privil. = privilegium
proc. = procurator
prof. = professio, professor
prom. = promotus, promotio
prot. = protonotarius
protect. = protector
prov. = provisio, provisus vel provincia
rect. = rector
ref. = referendarius
reg. = regularis
renunt. = renuntiatio, renuntiatur
res. = resignatio, resignat
reserv. = reservatio, reservatur
resid. = residentia
ret. = retentio
ret. compat. = retentio compatibilium
s. = sanctus, sacer
S. Coll. = Sacrum Collegium (S.R.E. Cardinalium)
S. Congr. Consist. = Sacra Congregatio Consistorialis
S. Congr. Prop. = Sacra Congregatio de Propaganda Fide
S. Rit. Congr. = Sacrorum Rituum Congregatio
scut. = scutorum
secr. = secretarius
Sed. Apost. = Sedes Apostolica
Sept. = Septembris
S.I. = Societatis Iesu
S.R.E. = Sancta Romana Ecclesia
S. S. = Sanctitas Sua
S.^{mus} D.N. = Sanctissimus Dominus Noster
subdiac. = subdiaconus
suffrag. = suffraganeus episcopus vel suffraganea ecclesia
Sum. Pont. = Summus Pontifex
supplic. = supplicatio
supplic. r. Polon. = supplicatur a rege Poloniae vel supplicatio regis Poloniae
supplic. r. (princ.) Portug. = supplicatur a rege (principe) Portugalliae
thesaur. = thesaurarius
T.O.R. = Tertii Ordinis Regularis S. Francisci
tr. = translatio, translatus, transfertur

tt. = titulus
tit. = titularis
ultr. = ultramontanus
univ. = universitas
utr. sign. ref. = utriusque Signaturae referendarius
vac. = vacat, vacans
valor ann. fr. mens. epalis = valor annuus actualis fructuum mensae episcopalis
Vat. Lat. = codex Vaticanus Latinus Bibliothecae Apostolicae Vaticanae
vic. = vicarius
vicecancell. = vicecancellarius
viceleg. = vicelegatus
visit. = visitator
vol. = volumen

2) Abbreviationes nonnullorum decretorum Consistorialium

c. decr. ... erig. (vel instit.) mont. piet. = cum decreto, quod ad praescriptum Concilii Tridentini montem pietatis erigat (vel instituat).
c. decr. ... erig. (vel instit.) sem. = cum decreto, quod ad praescriptum Concilii Tridentini seminarium erigat (vel instituat).
c. decr. ... erig. (vel instit.) theol. et poenit. = cum decreto, quod ad praescriptum Concilii Tridentini praebendas theologalem et poenitentialem erigat (vel instituat).
c. decr. ... instr. supellect. = cum decreto, quod sacrarium sacra supellectili sufficienter instruat.
c. decr. ... loco success. = cum decreto, quod facto loco successioni dicta ecclesia (scil. ecclesia titularis) ipso iure vacet et vacare censeatur.
c. decr. ... prof. fidei (ante cons.) = cum decreto, quod antequam possessionem dictae ecclesiae adipiscatur (vel quod ante consecrationem), teneatur professionem fidei denuo emittere, et instrumentum illius quamprimum ad Curiam Romanam transmittere.
c. decr. ... prof. fidei et iuram. fidel. = ut supra sed legas: professionem fidei et iuramentum fidelitatis.
c. decr. ... repar. (vel constr., perfect.) cathedr. = cum decreto, quod ecclesiae cathedralis reparationi (constructioni, perfectioni) pro viribus incumbat.
c. decr. ... repar. (vel constr., perfect.) dom. epalis = cum decreto, quod domus episcopalis reparationi (constructioni, perfectioni) pro viribus incumbat.
c. decr. ... vac. mon. NN. (vel can.^{tus} vel omnia benef.) = cum decreto, quod per huiusmodi provisionem monasterium NN. (vel canonicatus vel omnia beneficia) eo ipso vace(n)t, et vacare censea(n)tur.
c. disp. ... aet. = cum dispensatione super eo, quod ad aetatem canonicam (scil. 30 annorum completorum) nondum pervenerit.
c. disp. ... gradus = cum dispensatione super eo, quod nullo gradu doctoratus polleat.
c. disp. ... s. ord. (vel pbr.^{tus} ord.) = cum dispensatione super eo, quod non sit in sacris ordinibus (in sacro presbyteratus ordine) ante sex menses constitutus.
c. ind. ... cons. ep. et 2 dign. (vel 2 abb., 2 pbr.) = cum indulto suscipiendi consecrationem ab unico antistite earum regionum, assistentibus duobus dignitatem ecclesiasticam obtinentibus (vel assistentibus duobus abbatibus, vel duobus presbyteris).
c. ind. ... non resid. = cum indulto, quod ad dictam ecclesiam (scil. ecclesiam titularem) donec ab infidelibus detineatur, accedere et apud illam personaliter residere minime teneatur.
c. ind. ... pontif. in NN. = cum indulto exercendi pontificalia de licentia episcopi, scil. ordinarii, in civitate et dioecesi NN.
c. reserv. pens. NN. pro pers. nominanda (vel nominandis) = cum reservatione pensionis seu pensionum NN. pro persona nominanda seu personis nominandis.
deput. coadi. c.f.s. NN. = deputatur in coadiutorem cum futura successione episcopo NN. seni et valetudinario, ac ipsomet episcopo petente.
deput. suffrag. NN. ad pontif. = deputatur in suffraganeum scil. auxiliarem episcopo NN. ad exercenda pontificalia de licentia eiusdem episcopi in civitate et dioecesi praedicti episcopi.
iniungitur ... extens. regaliae = iniungitur, quod memor sanctionis Oecumenici Concilii Lugdunensis se abstinere debeat a quocumque actu, ex quo tacite vel expresse inferri possit approbatio extensionis regaliae.[1])
non exced. ... 3^{am} (vel 4^{am}) fr. = ut omnes pensiones, etiam antiquae, insimul non excedant tertiam (vel quartam) partem fructuum.

[1]) Allocutio S.^{tis} S. super provisione eccl.^{arum} Galliae 9 Ian. 1692 (AC 24 f. 1^{r}).

3) Sigla et abbreviationes fontium in Tabulario Vaticano existentium

AC = Acta Camerarii Sacri Collegii S.R.E. Cardinalium
A. Cons. = Acta S. Congregationis Consistorialis
AM = Acta Miscellanea
Arch. Caer. = Archivum S. Congregationis Caeremonialis
Arch. Nunz. Lucerna = Archivio della Nunziatura di Lucerna
C. Cons. = Congregationes Consistoriales
Cons. S. = Consistoria Secreta
Ep. ad Princ. = Epistulae ad Principes
Ep. Reg. = Epistulae Regiae
Misc. Arm. = Miscellaneorum Armarium
Particolari = Lettere di Particolari
P. Cons. = Processus Episcoporum S. Congregationis Consistorialis
P. Dat. = Processus Episcoporum Datariae Apostolicae
S. Br. = Secretaria Brevium Apostolicorum
Vescovi = Lettere di Vescovi e Prelati
Vienna, Proc. = Nuntiatura Viennae, Processus.

4) Abbreviationes operum quae saepius citantur

Almeida = F. de Almeida, História da Igreja em Portugal. Vol. III pars 2 (Coímbra 1915).
Analecta O.Carm.Discalc. = Analecta Ordinis Carmelitarum Discalceatorum.
Annuaire Pont. 1916 = A. Battandier, Archevêchés et évêchés titulaires: Annuaire pontifical catholique (Paris 1916) 331-518.
Arch. Franc. Hist. = Archivum Franciscanum Historicum.
Baudrand = M. A. Baudrand, Geographia ordine litterarum disposita. Vol. I-II (Parisiis 1682, 1681).
Binterim = A. J. Binterim, Suffraganei Colonienses extraordinarii (Moguntiae 1843).
Brady = W. M. Brady, The Episcopal Succession in England, Scotland and Ireland. Vol. I-III (Rome 1876, 1877).
Cappelletti = G. Cappelletti, Le Chiese d'Italia. Vol. I-XXI (Venezia 1844-1870).
España Sagrada 51 = V. de la Fuente, España Sagrada 51. De los Obispos Españoles titulares de iglesias in partibus infidelium (Madrid 1879).
Galletti Vat. Lat. 7900 = P. A. Galletti, Necrologium episcoporum ab an. 981 ad 1717. Codex Vaticanus Latinus 7900.
Gallia Christ. = D. Sainte-Marthe, O.S.B., monachi Congr. S. Mauri O.S.B. et B. Hauréau, Gallia Christiana. Vol. I-XVI (Parisiis 1715-1865).
Gallia Christ. Nov. = J.-H. Albanés, U. Chevalier, Gallia Christiana Novissima. Vol. I-VII (Montbéliard, Valence 1899-1920).
Gams = P. B. Gams, O.S.B., Series Episcoporum Ecclesiae Catholicae (Ratisbonae 1873).
Hierarchia = C. Eubel, O.F.M.Conv., G. van Gulik, L. Schmitz-Kallenberg, P. Gauchat, O.F.M.Conv., Hierarchia Catholica medii et recentioris aevi. Vol. I-IV (Monasterii ²1913, ²1914, ²1923, 1935).
Index Sed. tit. = [A. Mercati], Index Sedium Titularium Archiepiscopalium et Episcopalium (Romae 1933).
Lexicon Cap. = Lexicon Capuccinum (Romae 1951).
L.Th.K. = M. Buchberger, Lexikon für Theologie und Kirche. Bd. I-X (Freiburg i. Br. 1930-1938).
Metzler = J. Metzler, S.I., Die Apostolischen Vikariate des Nordens (Paderborn 1919).
Miraeus = A. Miraeus, Notitia Episcopatuum Orbis Christiani (Antverpiae 1613).
Oriens Christ. = M. Le Quien, O.P., Oriens Christianus. Vol. I-III (Parisiis 1740).
Orientalia Christ. = Orientalia Christiana.
Pérez = P. N. Pérez, O.Merc., Los Obispos de la Orden de la Merced en America (Santiago de Chile 1927).
Premoli I = O. M. Premoli, Congr.Barn., Storia dei Barnabiti nel Seicento (Roma 1922).
Premoli II = O. M. Premoli, Congr.Barn., Storia dei Barnabiti dal 1700 al 1825 (Roma 1925).
Steinhuber = A. Steinhuber, S.I., Geschichte des Kollegium Germanikum Hungarikum in Rom. Bd. I-II (Freiburg i. Br. ²1906).
Ughelli = F. Ughelli, Italia Sacra. Ed. N. Coleti. Vol. I-X (Venetiis 1717-1722).
Veress = A. Veress, Matricula et acta alumnorum Collegii Germanici et Hungarici ex regno Hungariae oriundorum = Fontes rerum Hungaricarum. Tom. II (Budapest 1917).

Hierarchia Catholica
medii et recentioris aevi

VOLUMEN V

1667 - 1730

LIBER PRIMUS

DE SUMMIS PONTIFICIBUS

ET

S. R. E. CARDINALIBUS

Pars prima

in qua Summi Pontifices et ab ipsis creati S. R. E. Cardinales chronologico enumerantur ordine

---

I. Clemens IX

Antea Iulius Rospilios(i)us, tt. S. Sixti pbr. card.,[1]) electus 20 Iun. 1667,[2]) coronatus 26 Iun.,[3]) † 9 Dec. 1669.[4])

---

[1]) 9 Apr. 1657 creatus fuit pbr. card. et 23 Apr. ei assign. tt. S. Sixti (Hierarchia IV, S. R. E. card. VII, 3).

[2]) Novendialibus exequiis pro anima fel. rec. Alexandri PP. VII peractis, 2 Iun. 1667 em. card.^{les} in Urbe praesentes ad ingressum conclavis intenti se adunarunt in solita capella chorali can.^{orum} in bas. S. Petri et interfuerunt Missae de Spiritu Sancto ab em. Francisco card. Barberino, ep. Ostien. et S. Coll. decan., cantatae. Post prandium eiusdem diei 2 Iun. iidem em. Patres se adunarunt in capella Sixtina et sedentes per ordinem donec excell.^{mus} Iulius Sabellus princeps Albani, maresciallus perpetuus conclavis et alii officiales conclavis debitum iuramentum pro custodia conclavis in manibus em. card. decani clara voce praestiterint. Hora vero 5 noctis em. card.^{les} clauserunt portas, egressis inde omnibus, qui remanere non debuerunt. Ex 66 card. praesentibus in Urbe ingressi sunt in conclave 61, quinque in eorum palatiis infirmis remanentibus, scil. Albergato-Ludovisio, Sanctacrucio, Pallavicino, Bandinello et Donghio, aliisque 4 scil. de Aragonia, de Vicecomitibus, de Thun et de Moncada ab Urbe absentibus, et isti sunt: *ep.*^{i}: Franciscus Barberinus, Ginettus, Antonius Barberinus, Pallottus, Brancaccius, Carpineus; *pbr.*^{i}: ab Harrach, Duratius, Gabriellius, Ursinus, Fachinettus, Grimaldus, Rossettus, Cibo, Sfortia, Odescalcus, Raggius, de Retz, Homodeus, Otthobonus, Imperialis, Borromacus, Spada, Albitius, Aquaviva, Chisius, de Ilcio, Farnesius, Rospiliosus, Bonvisius, Bichius, Vidonus, Barbadicus, Boncompagnus, Litta, Corsinus, Bonellus, Piccolomineus, Carafa, Palutius, Rasponus, de Comitibus, Ninus, Robertus, Spinula, Caracciolus, Delphinus; *diac.*^{i}: Estensis, Rondininus, Maidalchinus, de Hassia, Carolus Barberinus, Pius, Gualterius, Azzolinus, Vecchiarellus, Fransonus, Mancinus, Celsus, Sabellus, de Vendôme. 3 Iun. locum habuit primum scrutinium; 5 Iun. Romae in pal. suis obierunt em. card.^{les} Pallavicinus et Baldinellus; 6 Iun. aperta fuit porta conclavis et ingressus est em. card. Ludovisius cum 3 conclavistis; 10 Iun. de sero circa horam 19 ingressi sunt in conclave em. card.^{les} Sanctacrucius et Donghius cum conclavistis. 20 Iun. iam ex mane diluculo tractatus creandi in Sum. Pont. em. Iulium card. Rospiliosum credebatur expletus, die tamen crastina solummodo perficiendus. Sed absoluto scrutinio, quod hora 12 inceptum fuerat, signa fuerunt adeo manifesta, ut in dubium amplius reduci non posset. Proinde card.^{lis} fautores ad tollendam occasionem alicuius improvisae exclusionis se adversos monstrarunt, ut electio ultra prorogaretur, eo magis quod vox per Urbem etiam propagata erat. Ideo hora 16 cum dimidio locum habuit aliud scrutinium in capella Sixtina, et el. fuit in Sum. Pont. dictus em. Iulius card. Rospiliosus, qui sibi imposuit nomen Clementis IX. Ex 64 card. in conclavi praesentibus obtinuit 61 vota scil. 31 in scrutinio et 30 in accessu. Ortus est novus Pontifex Pistorii [Pistoia], urbis Hetruriae antiquissimae, patre Hieronymo Rospilioso, matre vero Catharina itidem de Rospiliosa, 27 Ian. 1600. Adulescens venit in Urbem sub Paulo PP. V et 9 Apr. 1657 prom. fuit ad card.^{tum} (Ex diariis *Fulvii Servantii in ipso conclavi caeremoniarum magistri*, Vat. Lat. 12333 ff. 208-247).

[3]) 26 Iun. 1667 Clemens PP. IX in bas. Vat. ab em. card. Estensi, primo diac. card., triplici diademate de more coronatus fuit (Vat. Lat. 12333 ff. 248-253).

[4]) 9 Dec. 1669, elapsis nonnullis dd. aegritudinis, hora 12 migravit ex hac vita fel. mem. Clemens PP. IX. Eadem d. hora 23 apertum est corpus defuncti et examini peritorum subiectum; deinde hora 2 noctis a pal. Quirinali ad pal. Vat. delatum fuit corpus Pontificis et in capella Sixtina sub custodia poenit.^{orum} bas. S. Petri depositum, sed 10 Dec. in bas. S. Petri delatum, in capella S.^{mae} Trinitatis expositum fuit. 12 Dec. post horam primam noctis delatum fuit corpus defuncti ad locum, ubi in depositum relinquendum est (Ex diariis eiusdem Servantii, Vat. Lat. 12334 ff. 266'-272, 278-278').

Quaedam adnotationes praesertim ex actis consist. depromptae: 3 Iul. 1667 S.^{mus} D.N. solemniter accepit possessionem bas. S. Ioannis Lateranen. (AC 21 f. 158). In primo consist. secreto 18 Iul. 1667 in Pal. Apost. Quirinali habito S.^{mus} D.N. egit de Sua ad pontificatum assumptione gratias Domino et rev.^{mis} card.^{bus}; deinde emisit iusiurandum de bonis Eccl.^{ae} tuendis (l. c. f. 159 ss.). In eodem consist. S.^{mus} retulit statum rerum Belgicarum ob progressum armorum regis X^{mi} periculum ferre maioris incendii, ideoque iubilaeum indixit, ut mediatio ab internuntio apost. Bruxellis incepta et a rege cath. iam accepta, ad rem amice componendam divino auxilio bonos effectus habeat (l. c. f. 161 s.). In consist. secreto 14 Nov. 1667 S.^{mus} D.N. S.^{o} Coll. significavit regem X^{mum} dictae mediationi Pont. assentiri (l. c. f. 174'). In consist. secreto 16 Ian. 1668 S.^{mus} D.N. verba habuit de rebus insulae Candiae et nuntios extra ordinem se destinasse declaravit, ut principes christiani copias navesque suas ad Candiae defensionem contra Turcas mitterent (l. c. f. 183). 15 Apr. 1668 publicata fuit bulla beatificationis B. Rosae de S. Maria Limensis in bas. Vat. nobili et solemni apparatu (Vat. Lat. 12334 f. 61'). In consist. secreto 14 Maii 1668 S.^{mus} D.N. significavit S.^{o} Coll. venisse nudius tertius litteras a nunt. apost. referentes tractationem pacis inter reges X^{mum} et cath. fuisse solemniter firmatam et subscriptam Aquisgrani (AC 21 f. 202' s.). In consist. secreto 17 Sept. 1668 S.^{mus} D.N. deploravit statum regni Creten. et urbis Candiae in summum discrimen adductae ob oppugnationem Turcarum (Arch. Caer. 514 f. 473'). In consist. publico 19 Ian. 1669 S.^{mus} D.

S.R.E. cardinales ab ipso creati:

a) *in prima promotione 12 Dec. 1667 habita.*[1])

1. **Iacobus Rospilios(i)us** (Rospigliosi),[2]) Pistorien., prot. apost., nepos Clementis PP. IX = tt. S. Sixti 30 Ian. 1668, tr. ad tt. SS. Ioannis et Pauli 16 Maii 1672, † 2 Febr. 1684.[3])

2. **Leopoldus Mediceus** seu **Medices** (de' Medici),[4]) Florentin. = tt. SS. Cosmae et Damiani 9 Apr. 1668, tr. ad tt. S. Mariae in Cosmedin 14 Maii 1670, † 10 Nov. 1675.[5])

3. **Sigismundus Chisius** (Chigi),[6]) Roman. = tt. S. Mariae in Domnica 30 Ian. 1668, tr. ad tt. S. Georgii in Velabro 19 Maii 1670, † 30 Apr. 1678.[7])

b) *in secunda promotione 5 Aug. 1669 habita.*[8])

4. **Emmanuel Theodosius de Turre de Bouillon** (de la Tour d'Auvergne de Bouillon),[9]) Gallus = tt. S. Laurentii in Panisperna 19 Maii 1670, tr. ad tt. S. Petri ad Vincula 19 Oct. 1676, ad Albanen. 19 Oct. 1689, ad Portuen. et S. Rufinae 21 Iul. 1698, ad Ostien. et Veliternen. 15 Dec. 1700, † 2 Mart. 1715.[10])

in pectore reservatus 5 Aug. 1669 et declaratus 29 Nov. 1669.[11])

5. **Ludovicus Emmanuel Fernández de Portocarrero,**[12]) Hispan., decan. Toletan. = tt. S. Sabinae 19 Maii 1670, tr. ad Praenestin. 27 Ian. 1698, † 14 Sept. 1709.[13])

N. recepit oboedientiam a 3 oratoribus Helvetiorum factam (Vat. Lat. 12334 f. 159' ss.). In consist. publico 9 Mart. 1669 habita fuit dissertatio in laudem B. Francisci Borgiae seu petitio ad eius canonizationem (AC 22 f. 7'), et in consist. publico 21 Mart. 1669 eadem relatio pro BB. Petro de Alcantara et Maria Magdalena de Pazzis habita fuit (Vat. Lat. 12334 f. 185' ss.). In consist. semipublico 8 Apr. 1669 em. card.^{les} et ep.^{i} ac praelati per cursores intimati suffragia sua dederunt de canonizatione BB. Petri de Alcantara et Mariae Magdalenae de Pazzis, et in fine consist. S.^{mus} D.N. iussit indicere diem solemnis eorumdem canonizationis 28 Apr., Dom. in Albis (l. c. f. 194 ss.), quae deinde in bas. S. Petri dicta die locum habuit (l. c. f. 214' ss.).

1) In consist. secreto 12 Dec. 1667 habito S. S. creavit et declaravit tres S.R.E. card., videlicet: Iacobum Rospiliosum, prot. apost., S.^{tis} S. fratris filium, in ordinem pbr.^{orum}, quamvis non sit sacerdos, Leopoldum Mediceum et Sigismundum Chisium vero in ordinem diac.^{orum}, c. disp. vero pro dicto Sigismundo super eo quod agit a. 19, nullis initiatus est ord. s. et est frater consobrinus rev.^{mi} Flavii card. Chisii (AC 21 f. 180 s.). In consist. publico 22 Dec. 1667 S.S. card.^{bus} Rospilioso et Chisio, ad osculum pedis, manus et oris admissis, solemni ritu galerum rubrum donavit (l. c. f. 181); deinde in consist. secreto 16 Ian. 1668 eisdem os clausum (l. c. f. 183') et 30 Ian. apertum est c. tt.^{orum} assign. (l. c. ff. 186, 189).

2) 12 Dec. 1667 disp. super eo, quod non erat in min. ord. const. tempore suae creationis in card.^{lem} (S. Br. 1438 f. 159); 16 Dec. 1667 fit superintendens gen. negotiorum Sedis Apost. (l. c. f. 165 ss.); 20 Dec. 1667 ei conc. offic. Signaturae Iustitiae (l. c. f. 173); 7 Ian. 1668 ei conc. ind. suscipiendi ord. s. extra tempora (l. c. f. 280); 10 Ian. 1668 deput. gub. civ.^{tis} Firman., 24 Ian. 1668 civ.^{tis} Tiburtin. et terrae Capranicae ad triennium (l. c. ff. 244, 248, 250); in consist. secreto 30 Ian. 1668 deput. leg. apost. Avenionen., dimisso eodem offic. ab em. card. Chisio (AC 21 f. 186); 1 Febr. 1668 deput. protect. O.S.Cam. et Congr. Cl.R.Min. (S. Br. 1438 ff. 260, 258), 3 Mart. 1673 protect. O.F.M.Cap. (S. Br. 1508 f. 1); 8 Ian. 1680 fit camer. S. Coll. (cf. Appendix II B).

3) Ob. 2 Febr. 1684 in loco suae habitationis prope eccl. S. Laurentii in Lucina agens 56 suae aet. a. circa horam 20; 4 Febr. in bas. S. Mariae Maioris, cuius erat archipbr., fuerunt factae vigiliae et sero cadaver fuit sepulturae demandatum in sepulcro can.^{orum} eiusdem bas. (Vat. Lat. 12340 f. 209').

4) 12 Dec. 1667 disp. super eo, quod non erat const. in min. ord. tempore suae creationis in card.^{lem} (S. Br. 1438 f. 159); 14 Dec. 1667 S.^{mus} D.N. ei biretum cardinal. misit (l. c. f. 282); 7 Ian. 1668 et iterum 21 Nov. 1674 ei conc. ind. suscipiendi ord. s. extra tempora et non servatis interstitiis (l. c. f. 280, S. Br. 1544 f. 7); in consist. publico 15 Mart. 1668 pileum rubrum accepit (AC 21 f. 194); in consist. secreto 9 Apr. 1668 ei os clausum, deinde apertum ets c. tt.^{i} assign. (l. c. ff. 194', 197'); 2 Dec. 1669 deput. protect. Congr. Vallis Umbrosae (S. Br. 1436 f. 9 ss.).

5) Pervenit Romam nuntius qui retulit em. Leopoldum card. Mediceum Florentiae obiisse 10 Nov. 1675 circa horam 3 noctis (Vat. Lat. 12339 f. 222').

6) 12 Dec. 1667 disp. super eo quod tempore suae creationis in card.^{lem} non erat cler. nec in min. ord. nec aet. 22 an. const., quodque patruelem card.^{lem} habeat (S. Br. 1438 f. 288); 17 Apr. 1673 deput. leg. Ferrariae ad triennium (AC 22 f. 141).

7) Ob. 30 Apr. 1678 hora 13 in 29 aet. a. const. Romae in palatio suae resid. apud Plateam Columnam; 2 Maii celebratae fuerunt exequiae in eccl. S. Mariae de Populo corpore def.^{i} praesente et sepultum fuit eius cadaver in sepulcro maiorum in capella Chisia dictae eccl. (Vat. Lat. 12340 f. 70', 12341 f. 148' s.).

8) In consist. secreto 5 Aug. 1669 habito S.S. volens de more commendatos a principibus ad card.^{tum} promovere, card.^{lem} creavit pro rege X^{mo} Emmanuelem Theodosium de Turre de Bouillon, aliumque vero in pectore reservavit pro rege cath. (AC 22 f. 26). Dictus Emmanuel Theodosius simul cum em. card. de Retz Romam venit 16 Ian. 1670 et 21 Ian. in conclave ingressus est (Vat. Lat. 12335 f. 45'). In consist. publico 17 Maii 1670 novus Pont. Clemens PP. X ei pileum rubrum tradidit (AC 22 f. 33) et in consist. secreto 19 Maii ei clausit et deinde aperuit os c. tt.^{i} assign. (l. c. ff. 33', 35').

9) Cum Brevi Apost. 7 Aug. 1669 S.^{mus} D.N. ei biretum cardinal. misit (S. Br. 1440 f. 17); 20 Nov. 1689 consecr. in sacello B. M. V. in bas. Liberiana a Flavio card. Chisio (Arch. Caer. 539); 8 Febr. 1701 ei conc. ind. eligibilitatis ad Leodien. et Argentinen. (S. Br. 2508 ff. 96, 100).

10) Ob. 2 Mart. 1715 hora prima cum dimidio noctis in aedibus prope eccl.^{am} S. Andreae Patrum S.I. agens a. 70, m. 6, dd. 7 (Arch. Caer. 548 f. 81); 6 Mart. in eccl. S.^{mi} Nominis Iesu celebratae fuerunt exequiae cadavere eius praesente; completis exequiis corpus solemni pompa et equitatione delatum fuit ad eccl.^{am} S. Andreae S.I. (l. c. f. 82 ss.).

11) 29 Nov. 1669 hora 20 per cursores fuit intimatum consist. secretum in pal. Quirinali pro hora 21. Ad pal. Quirinale convolaverunt em. card.^{les} praesentes in Curia uno tamen excepto em. Chisio, et hora 22 ingressi sunt cubiculum, in quo decumbebat S.S. indutus rochetto, mozzetta et super eam stolam habens. Clauso igitur consist. post nonnulla verba card.^{lem} declaravit Ludovicum Fernández de Portocarrero, Hispanum, eccl.^{ae} Toletan. decan., absentem, quem in pectore reservaverat 5 Aug. 1669 (AC 22 f. 30'). In consist. publico 17 Maii 1670 novus Pont. Clemens PP. X dicto card.^{li} pileum rubrum tradidit (l. c. f. 33), deinde in consist. secreto 19 Maii 1670 os clausit et in eodem consist. aperuit c. tt.^{i} assign. (l. c. ff. 33', 35').

12) 1 Dec. 1674 deput. protect. Societatis Bethlehemitarum in Indiis occid. (S. Br. 1545 f. 5), 3 Febr. 1677 protect. O. S.^{mi} Salvatoris, vulgo S. Birgittae (S. Br. 1605 f. 1); 4 Maii 1677 ei conc. lic. suscipiendi munus proregis et capitanei gen. regni Siciliae (S. Br. 1609 f. 1); 20 Dec. 1677 promovetur ad eccl. Toletan. (cf. Toletan.).

13) 12 Oct. 1709 nuntium habuimus de obitu em. Ludovici ep. Praenestin. card. de Portocarrero archiep.^{i} Toletan., qui repentino morbo correptus obiit Matriti 14 Sept. 1709 (Arch. Caer. 547 f. 558).

c) *in tertia promotione 29 Nov. 1669 habita.*[1])

6. **Franciscus Nerlius** (Nerli),[2]) Florentin., archiep. Florentin. = tt. S. Bartholomaei in Insula 19 Maii 1670, † 6 Nov. 1670.[3])

7. **Aemilius Alterius** (Altieri),[4]) Roman., olim ep. Camerinen. = el. Sum. Pont. Clemens X 29 Apr. 1670.

8. **Nicolaus Acciaiolus** (Acciaiuoli),[5]) Florentin., Cam. Apost aud. gen. = tt. SS. Cosmae et Damiani 19 Maii 1670, tr. ad tt. S. Mariae in Via Lata 19 Oct. 1689, ad tt. S. Calixti 28 Nov. 1689, ad Tusculan. 28 Sept. 1693, ad Portuen. et S. Rufinae 5 Dec. 1700, ad Ostien. et Veliternen. 18 Mart. 1715, † 23 Febr. 1719.[6])

9. **Bonaccursus Bonaccursius** (Buonaccorsi),[7]) Picen., thesaur. gen. = tt. S. Mariae de Scala 19 Maii 1670, † 18 Apr. 1678.[8])

10. **Carolus Cerrus** (Cerri),[9]) Roman., S. Rotae decan. = tt. S. Adriani 19 Maii 1670, † 14 Maii 1690.[10])

11. **Lazarus Pallavicinus** (Pallavicino),[11]) Ianuen. = tt. S. Mariae in Aquiro 19 Maii 1670, tr. ad tt. S. Balbinae 8 Nov. 1677, † 21 Apr. 1680.[12])

12. **Ioannes Bona,** Pedemontan., O.Cist. abb. = tt. S. Bernardi 19 Maii 1670, † 28 Oct. 1674.[13])

---

[1]) In consist. secreto 29 Nov. 1669 hora 22 habito S. S., postquam card.[lem] Portocarrero declaraverat, in S.R.E. card.[les] promovit sequentes: Franciscum Nerlium, Florentin., archiep. Florentin., Aemilium Alterium, Roman., olim ep. Camerinen., Nicolaum Acciaiolum, Florentin., Cam. Apost. aud. gen., Bonaccursum Bonaccursium, Picen., thesaur. gen., Carolum Cerrum, Roman., S. Rotae decan., Lazarum Pallavicinum, Ianuen., Cam. Apost. cler., Ioannem Bona, Pedemontan., abb. S. Bernardi O.Cist. (AC 22 f. 31). 29 Apr. 1670 post longum conclave in Sum. Pont. sub nomine Clementis PP. X. el. fuit Aemilius card. Alterius, unus ex istis noviter promotis, qui deinde in consist. publico 17 Maii 1670 habito pileum rubrum tradidit em. card.[bus] de Bouillon, Portocarrero, Nerlio, Cerro, Pallavicino, Bona, Acciaiolo, Bonaccursio (l. c. f. 33), deinde in consist. secreto 19 Maii eisdem card.[bus] os clausit et in fine eiusdem consist. aperuit c. tt.[orum] assign. (l. c. ff. 33', 35').

[2]) Secr. Ep. ad Princ. ab a. 1660-1669 (Ep. ad Princ. vol. 64-68).

[3]) Ob. 6 Nov. 1670 circa horam primam noctis sequentis Romae in palatio suae solitae resid. apud eccl. S. Honuphrii in monte Ianiculo annos natus 76, qui in munere Status a secretis servivit Innocentio PP. X et Alexandro PP. VII. 8 Nov. 1670 celebratae fuerunt exequiae in eccl. S. Ioannis nationis Florentin. pro anima def.[l] card. Nerlii cadavere praesente (Arch. Caer. 472 f. 912).

[4]) Fit praef. Cubiculi 24 Ian. 1667 (S. Br. 1385 f. 5).

[5]) 29 Nov. 1669 disp. super eo quod non erat in min. ord. const. tempore suae creationis in card.[lem] (S. Br. 1440 f. 119); eadem d. ei conc. ind. suscipiendi omnes ord. s. extra tempora et non servatis interstitiis (l. c. f. 125); deput. leg. Ferrariae 19 Maii 1670 (AC 22 f. 33'), iterum 29 Apr. 1680 (AC 23 f. 37'); deput. protect. O.F.M.Cap. 27 Ian. 1677 (S. Br. 1604 f. 1); 8 Nov. 1693 consecr. Romae in eccl. S. Ignatii a Francisco card. Nerlio (Arch. Caer. 545 f. 243).

[6]) Ob. 23 Febr. 1719 hora 8 a. agens 89 in palatio suae resid. ad Cursum. 25 Febr. corpus def.[l] card. Acciaioli solemni pompa ad eccl. S. Ioannis Florentinorum delatum fuit. A prandio celebratae fuerunt exequiae in dicta eccl. pro anima card. eius cadavere praesente (Arch. Caer. 548 f. 354 ss.). 13 Maii 1719 corpus bo. mem. card. Acciaioli, quod in eccl. S. Ioannis Florentinorum depositum fuerat, delatum fuit ad eccl. Carthusianam Florentiae iam a Nicolao Acciaiolo a. 1364 aedificatam (l. c. f. 390).

[7]) 29 Nov. 1669 disp. super eo quod non erat in min. ord. const. tempore suae creationis in card.[lem] (S. Br. 1440 f. 119); eadem d. ei conc. ind. suscipiendi omnes ord. s. extra tempora et non servatis interstitiis (l. c. f. 125); 17 Apr. 1673 deput. leg. Bononiae (AC 22 f. 141).

[8]) 20 Apr. 1678 cursor Bononia Romam veniens retulit, quod die 18 praeterita em. card. Bonaccursius leg. Bononien. in eadem civitate ob. a. 58 aet. suae (Arch. Caer. 476 f. 253 ss.).

[9]) 3 Dec. 1669 ei conc. ind. suscipiendi pbr.[tum] extra tempora (S. Br. 1436 f. 5); 19 Maii 1670 promovetur ad eccl. Ferrarien. (cf. Ferrarien.); eadem d. deput. leg. Urbinaten. (AC 22 f. 33').

[10]) 14 Maii 1690 hora 4 e vivis migravit em. card. Cerrus Romae in palatio suae habitationis a. agens 79, m. 8 (Arch. Caer. 543 f. 321); 17 Maii in eccl. S.[mi] Nominis Iesu factae fuerunt exequiae pro anima bo. mem. card. Cerri (l. c. f. 324' s.).

[11]) 29 Nov. 1669 disp. super eo quod non erat in min. ord. const. tempore suae creationis in card.[lem] (S. Br. 1440 f. 119); eadem d. conc. ei ind. suscipiendi omnes ord. s. extra tempora et non servatis interstitiis (l. c. f. 125); 1 Sept. 1670 deput. leg. Bononiae (AC 22 f. 46).

[12]) 21 Apr. 1680 ante ortum solis em. card. Pallavicinus Romae diem clausit extremum (Vat. Lat. 12340 f. 105); 23 Apr. fuerunt exequiae pro anima def.[l] card. in eccl. S. Francisci in regione Transtiberim prope Ripam, ut vocant, Grandem; eiusdem card. cadaver in eadem eccl. fuit sepultum (l. c. f. 105').

[13]) Ob. Romae 28 Oct. 1674 aet. 65 an., dd. 19; natus enim erat in civ. Montis Regalis Pedemontis sub die 9 Oct. 1609 (Vat. Lat. 12336 f. 938 ss.); 30 Apr. celebratae fuerunt exequiae in eccl. sua tit. S. Bernardi, ubi in medio chori sepultus fuit (Vat. Lat. 12339 f. 190).

II. Clemens X

Antea Aemilius Alterius, S.R.E. pbr. card.,[1]) electus 29 Apr. 1670,[2]) coronatus 11 Maii,[3]) † 22 Iul. 1676.[4])

---

[1]) Cf. S.R.E. card. I, 7; ortus est Romae 12 Iul. 1590 (Vat. Lat. 12335 f. 186).

[2]) Novendialibus exequiis pro anima fel. rec. Clementis PP. IX expletis, 20 Dec. 1669 em. card.les numero 35 se adunarunt in solita capella chorali can.orum in bas. S. Petri et interfuerunt Missae de Spiritu Sancto ab em. Francisco card. Barberino, ep. Ostien. et S. Coll. decan., cantatae. Deinde sub vespero card.les se adunarunt in capella Sixtina et praestito iuramento pro custodia conclavis ab officialibus conclavis clausae fuerunt portae conclavis. Em. card.les in conclave ingressi numero 57 hi sunt: *ep.*i: Franciscus Barberinus, Ginettus, Antonius Barberinus, Brancaccius, Carpineus, Gabriellius; *pbr.*i: Urbinus, Estensis, Fachinettus, Rossettus, Cibo, Sfortia, Odescalcus, Raggius, Homodeus, Otthobonus, Imperialis, Sanctacrucius, Spada, Albitius, Aquaviva, Pius, Gualterius, Chisius, Bonvisius, Bichius, Vidonus, Boncompagnus, Corsinus, Bonellus, Piccolomineus, Carafa, Palutius, Rasponus, de Comitibus, Ninus, Spinula, Robertus, Vicecomes, Delphinus, Rospiliosus (I, 1), Nerlius (I, 6), Alterius (I, 7), Cerrus (I, 10), Pallavicinus (I, 11), Bona (I, 12); *diac.*i: Maidalchinus, Carolus Barberinus, Azzolinus, Fransonus, Mancinus, Celsus, Sabellus, Medices (I, 2), Sigismundus Chisius (I, 3), Acciaiolus (I, 8), Bonaccursius (I, 9). 21 Dec. 1669 aperta porta conclavis mane ingressus est card. de Hassia, qui heri cum aliis ob legitimum impedimentum ingredi non potuit, et habitum fuit primum scrutinium praesentibus in capella Sixtina 56 card.bus, aliis 2 scil. Antonio Barberino et Sfortia infirmis in conclavi, 8 absentibus a Curia et 4 infirmis in Urbe. 22 Dec. ante scrutinium vespertinum aperta fuit porta et in conclave ingressus est card. Caracciolus, et expleto dicto scrutinio, porta iterum aperta ingressus est card. Barbadicus. 26 Dec. circa horam 21 aperta fuit porta conclavis et ingressus est card. Borromaeus, qui prava valetudine usque adhuc detentus fuit extra conclave; 28 Dec. post prandium similiter ingressus est card. Ilcius; 30 Dec. vero card. Litta, qui iam 25 Dec. hora 20 Romam Mediolano advenerat ingressus est conclave. 7 Ian. 1670 card. Imperialis febri infirmus e conclavi exivit consentientibus ipsis card.bus; 16 Ian. circa horam 22 Romam advenerant card.les de Retz et de Bouillon simul cum duce de Chaulnes oratore extraordinario a rege Xmo ad S. Coll. misso, vespere 18 Ian. conclave ingressus est card. de Retz, et vespere 20 Ian. card. de Bouillon; 21 Ian. card.les de Retz et de Bouillon ante scrutinium in capella Sixtina solitum iuramentum praestiterunt, et sic numerus card.lium in conclavi fuit 64. 24 Ian. cum consensu card.lium e conclavi exivit card. Ursinus prava valetudine affectus, qui tamen vespere 27 Ian. in conclave rediit; 28 Ian. cum licentia card.lium exivit e conclavi card. Piccolomineus iam pluribus abhinc diebus febri laborans; 30 Ian. in conclave rediit card. Imperialis. 3 Febr. propter invaletudinem exierunt e conclavi card.les Spada et Antonius Barberinus, et 7 Febr. eadem ratione similiter exivit card. Sanctacrucius, qui tamen 16 Febr. in conclave rediit; 22 Febr. e conclavi exivit card. Pallavicinus et 23 Febr. in illud rediit card. Piccolomineus; 23 Febr. e conclavi exiit card. Bonellus; 27 Febr. exierunt e conclavi card.les Aquaviva et Ursinus adversa valetudine affecti. 15 Mart. in conclave rediit card. Pallavicinus et 16 Mart. card. Bonellus ac 17 Mart. card. Antonius Barberinus similiter fecerunt; 18 Mart. significatum fuit, quod card. Ludovisius usque adhuc continua aegritudine impeditus in conclave ingredi voluisset. Sed cum audisset certe fore, ut card. Odescalchus a card.bus factionis Hispanicae in Sum. Pont. eligeretur, mutato proposito distulit ingredi in conclave. Diebus 24, 27, 28, 30 Mart. respective e conclavi exierunt card.les Ilcius, Bonaccursius, Antonius Barberinus et Ginettus infirmi. 13 Apr. circa horam 10 in conclavi relatum fuit obiisse nocte praeterita in palatio suae habitationis card.lem Ilcium. 19 Apr. circa horam 23 Urbem advenit card. de Portocarrero, qui deinde 23 Apr. paulo post horam 22 in conclave ingressus est (ex diariis *Fulvii Servantii in ipso conclavi caeremoniarum pontif. magistri,* Vat. Lat. 12335 ff. 1-174). Conclavi protracto ob plurimas dissensiones, quae inter card.les existebant, 29 Apr. circa horam 17 ex improviso secrete conclusus fuit tractatus, et in Sum. Pont. el. fuit em. Aemilius card. Alterius, qui in ultima promotione Clementis PP. IX creatus fuerat card., et ob mortem supervenientem eiusdem Pontificis nec galerum rubrum nec titulum acceperat. Statim ac eidem em. Alterio significatum fuit de sua electione, coepit flere et constanter per horae quadrantis spatium se velle consensum praestare negavit, sed ad preces omnium fere card.lium respiciens tandem resistere Spiritus Sancti impulsui noluit. Deinde vocatis em. card.bus ad capellam, de more factum fuit scrutinium et post illud accessus; cum 56 votis ex 59 card.bus praesentibus dictus em. card. Alterius el. fuit canonice in Sum. Pont. qui sibi nomen Clementis X imposuit (Ex diario *Petri Pauli Bona in ipso conclavi caeremoniarum magistri,* Vat. Lat. 12339, ff. 1-2).

[3]) Die Dominica 11 Maii 1670 in bas. S. Petri S.mus D.N. tiara pontificia coronatus est ab em. card. Maidalchino, primo card.lium diac. (Vat. Lat. 12335 ff. 191-193').

[4]) 21 Iul. 1676 S.mus D.N., cum per aliquot dies passus fuisset, ex improviso circa horam 18 gravi et insolito accidente captus ita fuit, ut circa primam horam noctis opus fuerit, ut rev.mus sacrista Eum S.mo Viatico reficeret et postea quarta hora noctis Extrema Unctione muniret. Deinde 22 Iul. 1676 idem Sum. Pont. hora 17 cum quadrante in pal. Quirinali diem clausit extremum. Hora 20 eiusdem diei facta fuit recognitio mortis Pontificis ab em. card. S. R. E. camer., et cadaver apertum et aromatibus conditum fuit et deinde ad pal. Vat. delatum. 26 Iul. post solis occasum sepultum fuit cadaver Clementis PP. X in bas. Vat. prope sacellum S.mi Sacramenti (Ex diariis *Petri Pauli Bona,* Vat. Lat. 12340 ff. 17'-20'). 15 Oct. 1691 translatum fuit corpus s. mem. Clementis PP. X ad sepulcrum a card. de Alteriis magnifice exstructum in bas. Vat. prope sacellum S. Petronillae (Arch. Caer. 561 fasc. A f. 21').

Quaedam adnotationes praesertim ex actis consist. desumptae: In primo consist. secreto 14 Maii 1670 in pal. Vat. habito S.mus D.N. em. card.bus gratias egit de electione ab ipsis facta de Sua persona in Sum. Pont. et praestitit solitum iuramentum de bonis Eccl.ae tuendis (Vat Lat. 12335 f. 194). Die Dominica 8 Iun. 1670 S. S. adeptus est possessionem bas. Lateranen. (Vat. Lat. 12339 ff. 16-18'). In consist. secreto 16 Iun. 1670 S.mus D.N. indixit iubilaeum ad auxilium divinum pro pontificatu Suo impetrandum (AC 22 f. 40). In consist. semipublico 16 Mart. 1671 habito in aula ducali pal. Quirinalis em. card.les necnon patriarchae, archiep.i et ep.i Romae degentes dederunt sententiam super canonizatione BB. Caietani Thienei, Cler. Reg. fundatoris, Francisci Borgiae, S.I., Philippi Benitii O.S.M. propagatoris, Ludovici Bertrandi, O.P., Rosae de S. Maria de Lima, Tertii Ord. S. Dominici (l. c. f. 74' s.). Die Dominica 12 Apr. 1671 apud S. Petrum facta fuit solemnis canonizatio quinque praedictorum beatorum (Vat. Lat. 12339 ff. 71-73'). In consist. secreto 14 Dec. 1671 S.mus D.N. allocutus est em. card.les de excameratione ducatus Castri et Roncilionis (AC 22 f. 95). Die Dominica 1 Maii 1672 fuit publicata in bas. Vat. beatificatio s. mem. Pii PP. V (Vat. Lat. 12336 f. 112). In consist. secreto 14 Nov. 1672 S.mus D.N. significavit em. card.bus deplorabilem statum regni Poloniae ratione invasionis Turcarum et propterea concessit iubilaeum universale (AC 22 f. 130 s.). In consist. secreto 19 Febr. 1674 S.mus D.N. allocutus est em. card.les super obitum regis Poloniae (l. c. f. 159). In consist. secreto 12 Mart. 1674 S.mus D.N. deplorando statum regni Poloniae ob minas Turcarum indixit decimas sex pro centenario ad quinquennium super reditibus bonorum ecclesiasticorum in Italia et insulis adiacentibus (l. c. f. 160'). 3 Mart. 1674 in die solemnitatis Ascensionis Dominicae bulla indictionis Iubilaei Anni Sancti 1675 (Vat. Lat. 12336 ff. 320-321'), et 23 Dec. 1674 denuo publicata fuit (l. c. f. 350). 24 Dec. 1674 S.mus D.N. aperuit Portam Sanctam bas. S. Petri in Vat. (Vat. Lat. 12339 ff. 169-199). Die Dominica in Albis 21 Apr. 1675 ad altare Cathedrae lectum fuit Breve, quo S.mus D.N. declaravit Beatum ven. Servum Dei Ioannem de Cruce primum inter Carmelitas Discalceatos (l. c. f. 211'). Die Dominica 30 Iun. 1675 in bas. Vat. fuit inter Beatos relatus ven. Servus Dei Franciscus Solanus O.F.M. strictioris Obs. (l. c. f. 216'). Die Dominica 24 Nov. 1675 in bas. Vat. declarati fuerunt Martyres et inter Beatos relati 19 ven. Servi Dei, qui a. 1572 in Hollandia a Gheusiis in odium fidei catholicae in loco qui dicitur Gorkum martyrio coronati fuerunt (l. c. f. 222'); 24 Dec. 1675 S.mus D.N. clausit Portam Sanctam bas. Vat. (l. c. f. 227 ss.). Portas Sanctas aliarum trium bas. eadem die clauserunt em. card.les, nempe illam S. Pauli Franciscus card. Barberinus, S. Coll. decan., alteram S. Ioannis in Laterano Flavius card. Chisius eiusdem bas. archipbr., et tertiam S. Mariae Maioris card. de Portocarrero ad hoc specialiter deputatus a S.mo D.N. ob infirmitatem Iacobi card. Rospiliosi eiusdem bas. archipbr. (l. c. f. 228).

S.R.E. cardinales ab ipso creati:

a) *in prima promotione 22 Dec. 1670 habita.*[1])

1. **Federicus Borromaeus** (Borromeo),[2]) Mediolanen., patr. Alexandrin. = tt. S. Augustini 23 Febr. 1671, tr. ad tt. S. Agnetis 8 Aug. 1672, † 18 Febr. 1673.[3])
2. **Camillus Maximus** (Massimo),[4]) Roman., patr. Hierosolymitan. = tt. S. Mariae in Domnica 23 Febr. 1671, tr. ad tt. S. Eusebii 30 Ian. 1673, ad tt. S. Anastasiae 19 Oct. 1676, † 12 Sept. 1677.[5])
3. **Gaspar Carpineus** seu **de Carpineo** (Carpegna),[6]) Roman., archiep. Nicaen. = tt. S. Mariae in Porticu 23 Febr. 1671, tr. ad tt. S. Pudentianae 18 Mart. 1671, ad tt. S. Silvestri in Capite 14 Nov. 1672, ad tt. S. Mariae in Transtiberim 19 Oct. 1689, ad Sabinen. 27 Ian. 1698, † 6 Apr. 1714.[7])

b) *in secunda promotione 24 Aug. 1671 habita.*[8])
c) *in tertia promotione 22 Febr. 1672 habita.*[9])

4. **Petrus Bonsius** (de Bonzi),[10]) Gallus, archiep. Tolosan. = tt. S. Honuphrii 19 Oct. 1676, tr. ad tt. S. Petri ad Vincula 19 Oct. 1689, ad tt. S. Eusebii 28 Nov. 1689, † 11 Iul. 1703.[11])
5. **Vincentius Maria Ursinus de Gravina** (Orsini),[12]) Roman., O.P. = tt. S. Sixti 16 Maii 1672, tr. ad Tusculan. 3 Ian. 1701, ad Portuen. et S. Rufinae 18 Mart. 1715, el. Sum. Pont. Benedictus XIII 29 Maii 1724.

in pectore reservatus 24 Aug. 1671 et declaratus 22 Febr. 1672.[13])

6. **Bernardus Gustavus de Baden Durlacensis** (von Baden-Durlach),[14]) German., abb. Fulden. O.S.B. = tt. S. Susannae 19 Oct. 1676, † 26 Dec. 1677.[15])

in pectore reservati 24 Aug. 1671 ac 22 Febr. 1672 et declarati 16 Maii 1672.[16])

7. **Caesar d'Estrées,**[17]) Gallus, ep. Laudunen. = tt. S. Mariae in Via 8 Aug. 1672, tr. ad tt. S.^{mae} Trinitatis in Monte Pincio 28 Ian. 1675, ad Albanen. 15 Sept. 1698, † 18 Dec. 1714.[18])

---

[1]) In consist. secreto 22 Dec. 1670 habito S. S. assumpsit in numerum card.^{lium} Federicum Borromaeum patr. Alexandrin. et Camillum Maximum patr. Hierosolymitan. et Gasparem Carpineum archiep. Nicaen. et S. Rom. Rotae aud. (AC 22 f. 57'). In consist. publico 23 Dec. 1670 habito dictis card.^{bus} ad osculum pedis, manus et oris admissis, solemni ritu galerum cardinal. donavit (Vat. Lat. 12335 f. 284 s.). In consist. secreto 19 Ian. 1671 card.^{bus} Maximo et Carpineo et in consist. secreto 23 Febr. 1671 card.^{li} Borromaeo os clausum est (AC 22 ff. 69, 72'), deinde in fine consist. secreti 23 Febr. 1671 eis os apertum est c. tt.^{orum} assign. (l. c. f. 73').

[2]) Iam 10 Mart. 1668 deput. nunt. extraord. apud regem cath. (S. Br. 1399 f. 98); 22 Dec. 1670 disp. super eo, quod patruelem card.^{lem} habeat tempore suae creationis in card.^{lem} (S. Br. 1581 f. 482); 2 Maii 1671 deput. protect. O.F.M.Cap. (S. Br. 1469 f. 1), 2 Sept. 1671 protect. Congr. Can. Reg. S. Salvatoris (S. Br. 1477 f. 32).

[3]) Ob. 18 Febr. 1673 de mane circa horam 9 in aedibus ab ipso habitatis uti Status a secretis S.^{mi} D.N. in Pal. Apost. Quirinali aet. suae 56 an., 8 fere m. (Vat. Lat. 12339 f. 140'); 21 Febr. 1673 post prandium factae fuerunt vigiliae supra corpus dicti card. def.^{i} in eccl. S. Caroli ad Cursum (Vat. Lat. 12336 f. 247).

[4]) 21 Mart. 1671 deput. protect. O.Trin. (S. Br. 1467 f. 6), 2 Sept. 1671 protect. O.Cist. (S. Br. 1477 f. 32).

[5]) Ob. Romae 12 Sept. 1677 in palatio suae resid. apud Quattuor Fontes circa horam 15 aet. 57 an. (Vat. Lat. 12341 f. 112); 14 Sept. in eccl. S. Andreae de Valle fuerunt habitae exequiae corpore def.^{i} card. praesente et de sero portatum fuit cadaver et sepultum in bas. S. Ioannis in Laterano in sepulcro maiorum (l. c. f. 112' s.).

[6]) 12 Aug. 1671 obtinet vicariatum Urbis (S. Br. 1475 f. 5 ss.); 10 Oct. 1671 deput. protect. hospitalium et locorum Congr.^{is} Fratrum B. Ioannis Dei in regnis Hispaniarum consistentium (S. Br. 1479 f. 1); 10 Ian. 1675 ei conc. offic. super negotiis Congr.^{is} Ep.^{orum} et Regularium (S. Br. 1547 f. 5 ss.); 13 Ian. 1681 fit camer. S. Coll. (cf. Appendix II B).

[7]) 6 Apr. 1714 hora 3 Romae in palatio suae solitae resid. animam Deo reddidit (Arch. Caer. 548 f. 26 ss.); vixit annos 88, m. 10, dd. 29 (Arch. Caer. 564 f. 52'); 9 Apr. in eccl. B.M.V. in Vallicella factae fuerunt exequiae pro anima def.^{i} card. Carpinei eius cadavere praesente (Arch. Caer. 548 f. 31); eius cadaver sepultum fuit in eadem eccl. (AC 26 f. 162').

[8]) In consist. secreto 24 Aug. 1671 habito S. S. creavit et assumpsit duos in S.R.E. card.^{les}, quos in pectore reservavit, cum ret. compat. et c. decr. quandocumque et ubicumque pro arbitrio declarandos (AC 22 f. 90).

[9]) In consist. secreto 22 Febr. 1672 habito S.S. creavit card.^{les} Petrum Bonsium, archiep. Tolosan. et Vincentium Mariam Ursinum de Gravina O.P., alium vero reservavit in pectore quandocumque et ubicumque pro arbitrio declarandum (AC 22 f. 112 s.).

[10]) Cum Brevi Apost. 26 Febr. 1672 S.^{mus} D.N. ei biretum cardinal. misit (S. Br. 1582 f. 638); tr. ad eccl. Narbonen. 12 Mart. 1674 (cf. Narbonen.); in consist. publico 13 Oct. 1676 habito Innocentius PP. XI ei tradidit galerum cardinal. (Vat. Lat. 12341 f. 45'); in consist. secreto 19 Oct. 1676 S. S. ei os clausit et in fine eiusdem consist. aperuit (AC 22 ff. 207, 211) et ei dedit anulum cardinal. c. tt.^{i} assign. (Vat. Lat. 12341 f. 49).

[11]) 27 Aug. 1703 nuntium habuimus de obitu em. card. Bonsii archiep.^{i} Narbonen., qui obiit in sua resid. 11 Iul. 1703 hora 12, a. agens 72 morbo apoplectico correptus (Arch. Caer. 546 f. 587).

[12]) Prom. ad ord. diac.^{tus} et pbr.^{tus} 22, 24 Febr. 1671 (Arch. Caer. 473 ff. 97, 99); 22 Mart. 1672 S.^{mus} D.N. ei biretum rubrum imposuit (Vat. Lat. 12336 f. 166'); in consist. publico 9 Apr. 1672 a S.^{mo} D. N. exceptus et pileo rubro insign. fuit (AC 22 f. 115), deinde 2 Maii ei os clausum (l. c. f. 115') et 16 Maii apertum est c. tt.^{i} assign. (l. c. ff. 118, 121'); 4 Ian. 1673 fit praef. S. Congr.^{is} Tridentin. (S. Br. 1505 f. 1 ss.); 17 Oct. 1673 deput. protect. Congr. Cl.R.S.Salvatoris (S. Br. 1522 f. 5); 28 Ian. 1675 prom. ad eccl. Sipontin. (cf. Sipontin.), tr. ad eccl. Caesenaten. 22 Ian. 1680 (cf. Caesenaten.), tr. ad eccl. Beneventan. 18 Mart. 1686 (cf. Beneventan.).

[13]) In consist. secreto 22 Febr. 1672 habito S. S. declaravit unum ex duobus card.^{bus}, quos a. praeterito 24 Aug. creatos in pectore reservavit, videlicet Bernardum Gustavum marchionem Badensem abb. Fulden., German. (AC 22 f. 111' s.). In consist. publico 13 Oct. 1676 habito Innocentius PP. XI ei tradidit galerum cardinal. (Vat. Lat. 12341 ff. 45', 47); in consist. secreto 19 Oct. 1676 S.S. ei os clausit et in fine eiusdem consist. aperuit et dedit ei anulum cardinal. c. tt.^{i} assign. (l. c. f. 49).

[14]) Cum Brevi Apost. 26 Febr. 1672 S. S. ei misit biretum cardinal. (S. Br. 1582 f. 638').

[15]) Ob. 26 Dec. 1677 in loco Hammelburg nunc. in territorio Fuldensi in Germania (P. Cons. 77 f. 210).

[16]) In consist. secreto 16 Maii 1672 S. S. declaravit duos S.R.E. card.^{les}, Caesarem d'Estrées, ep. Laudunen., quem creavit a. praeterito 24 Aug. et Ioannem Everardum Nidhard archiep. Edessen., quem creavit 22 Febr. praesentis a. et quos in pectore reservavit (AC 22 f. 121'). In consist. publico 19 Maii 1672 S.S. eis pileum rubrum tradidit (l. c. f. 122), deinde 27 Iun. eisdem os clausit et 8 Aug. 1672 aperuit c. tt.^{orum} assign. (l. c. ff. 122', 123', 125).

[17]) 12 Ian. 1682 fit camer. S. Coll. (cf. Appendix II B).

[18]) Ob. Parisiis 18 Dec. 1714 (AC 26 f. 162'); sepultus in eccl. S. Germani (l. c.); vixit annos 85, m. 6, dd. 15, quia nat. erat 3 Iun. 1629 (Arch. Caer. 564 f. 154').

8. **Ioannes Everardus Nidhard,** Hispan., S.I., archiep. Edessen. = tt. S. Bartholomaei in Insula 8 Aug. 1672, tr. ad tt. S. Crucis in Hierusalem 25 Sept. 1679, † 1 Febr. 1681.[1])

d) *in quarta promotione 16 Ian. 1673 habita.*[2])

9. **Felix Rospilios(i)us** (Rospigliosi),[3]) Pistorien. = tt. S. Mariae in Porticu 27 Febr. 1673, tr. ad tt. S. Angeli in Foro Piscario 17 Iul. 1673, ad tt. S. Eustachii 12 Ian. 1682, ad tt. S. Mariae in Cosmedin 1 Oct. 1685, ad tt. S. Agathae 30 Sept. 1686, † 9 Maii 1688.[4])

e) *in quinta promotione 12 Iun. 1673 habita.*[5])

10. **Franciscus Nerlius** (Nerli),[6]) Florentin., archiep. Florentin. = tt. S. Matthaei in Merulana 25 Sept. 1673, tr. ad tt. S. Laurentii in Lucina 17 Nov. 1704, † 8 Apr. 1708.[7])

11. **Hieronymus Gastaldus** (Gastaldi),[8]) Ianuen., thesaur. gen. = tt. S. Pudentianae 17 Iul. 1673, tr. ad tt. S. Anastasiae 13 Sept. 1677, † 8 Apr. 1685.[9])

12. **Hieronymus Casanate** al. **Casanata,**[10]) Neapolitan., utr. sign. ref. et S. Congr. Ep.^{orum} et Reg. secr. = tt. S. Mariae in Porticu 17 Iul. 1673, tr. ad tt. S. Caesarei 2 Dec. 1675, ad tt. S. Agathae 6 Apr. 1682, ad tt. SS. Nerei et Achillei 16 Sept. 1686, ad tt. S. Silvestri in Capite 7 Nov. 1689, † 3 Mart. 1700.[11])

13. **Petrus Basadonius** (Basadonna),[12]) Venet. = tt. S. Mariae in Domnica 15 Ian. 1674, † 6 Oct. 1684.[13])

in pectore reservatus 12 Iun. 1673 et publicatus 17 Dec. 1674.[14])

14. **Federicus Ubaldus** seu **Columna** (Ubaldi al. Baldeschi seu Colonna),[15]) Perusin., archiep. Caesarien. = tt. S. Marcelli 28 Ian. 1675, tr. ad tt. S. Anastasiae 9 Apr. al. 1 Oct. 1685, † 4 Oct. 1691.[16])

---

[1]) Ob. Romae 1 Febr. 1681 hora 23 circiter in domo suae solitae habitationis prope coll. S.^{mi} Nominis Iesu ante palatium de Astallis (Vat. Lat. 12341 f. 6'); 4 Febr. in eccl. S.^{mi} Nominis Iesu post prandium habitae fuerunt exequiae circa corpus em. def.^{i} (l. c. f. 7').

[2]) In consist. secreto 16 Ian. 1673 habito S.^{mus} D.N. creavit in S.R.E. card.^{lem} *diac.* Felicem Rospiliosum praeteriti Pontificis ex fratre nepotem cum derogatione decreti Iulii PP. III et constitutionis Sixti PP. V, super eo quod sit frater alterius card. (AC 22 f. 135). In consist. publico 19 Ian. 1673 habito S. S. admisit ad osculum pedis, manus et oris praedictum card.^{lem} eumque insignivit pileo rubro (l. c. f. 135'), et in consist. secreto 30 Ian. 1673 habito ei clausit os et 27 Febr. aperuit c. tt.^{i} assign. (l. c. ff. 136, 138').

[3]) 16 Ian. 1673 disp. super eo quod non erat in ord. min. const. et super eo quod fratrem card.^{lem} habeat tempore suae creationis in card.^{lem} (S. Br. 1583 f. 257); 18 Ian. 1673 ei conc. ind. suscipiendi ord. s. extra tempora et non servatis interstitiis (S. Br. 1505 f. 11); 17 Iun. 1678 deput. protect. cantorum et capellanorum Capellae S.^{mi} (S. Br. 1622 f. 9).

[4]) 9 Maii 1688 hora 11 diem clausit extremum in palatio Mazarinorum, ubi habitabat em. Felix card. Rospiliosus nepos Clementis PP. IX. S.^{mus} D.N. illum nominaverat archipbr. Liberianae Bas. (Arch. Caer. 542 f. 231 ss.); 11 Maii in bas. S. Mariae Maioris factae fuerunt exequiae cadavere def.^{i} praesente (l. c. f. 234 ss.); de sero autem in eadem bas. dictum cadaver humatum fuit (Arch. Caer. 560 fasc. B f. 13).

[5]) In consist. secreto 12 Iun. 1673 habito S.^{mus} D.N. creavit in S.R.E. card.^{les} *pbr.*^{os} Franciscum Nerlium, archiep. Florentin., Hieronymum Gastaldum, thesaur. gen., in *diac.*^{os} vero card.^{les} Hieronymum Casanatam, utr. sign. ref. et S. Congr. Ep.^{orum} et Regul. secr., et Petrum Basadonium Venetum. Quintum vero S. S. in pectore reservavit quandocumque et ubicumque pro arbitrio suo declarandum (AC 22 f. 145). In consist. publico 15 Iun. 1673 habito S.^{mus} D.N. pileum rubrum tradidit card.^{bus} Gastaldo et Casanatae (l. c. f. 145'), deinde in consist. secreto 26 Iun. 1673 eisdem card.^{bus} os clausit et 17 Iul. aperuit c. tt.^{orum} assign. (l. c. ff. 145', 147').

[6]) Cum Brevi Apost. 15 Iun. 1673 S.^{mus} D.N. ei biretum cardinal. misit (S. Br. 1584 f. 83); in consist. secreto 11 Sept. 1673 S.^{mus} D.N. ei os clausit et 25 Sept. aperuit c. tt.^{i} assign. (AC 22 ff. 149, 150'); 11 Febr. 1675 deput. protect. O.S.Bas. (S. Br. 1547 f. 11), 16 Dec. 1680 protect. coll. Maronitarum de Urbe (S. Br. 1652 f. 9), 15 Mart. 1684 protect. tam monachorum quam eremitarum O.Camald. (S. Br. 1691 f. 5); 10 Ian. 1684 fit camer. S. Coll. (cf. Appendix II B); prom. ad eccl. Assisien. 1 Oct. 1685 (cf. Assisien.); 16 Oct. 1704 fit archipbr. bas. S. Petri (Arch. Caer. 166 A).

[7]) 8 Apr. 1708 diem clausit extremum Romae in proprio suo palatio ad Quattuor Fontes (Arch. Caer. 547 f. 333); 10 Apr. in eccl. S. Susannae celebratae fuerunt exequiae pro anima def.^{i} card. Nerlii eius cadavere praesente (l. c. f. 338).

[8]) 9 Maii 1678 deput. leg. Bononien. ad triennium (AC 22 f. 261); 19 Febr. 1680 prom. ad eccl. Beneventan. (cf. Beneventan.); 15 Ian. 1685 fit camer. S. Coll. (cf. Appendix II B).

[9]) Dominica V Quadragesimae quae est Passionis [8 Apr.] 1685 circa horam 16 in suis aedibus existentibus in regione Burgi ob. em. card. Gastaldus a. 69 suae aet. (Vat. Lat. 12340 f. 321'); 10 Apr. in eccl. S. Mariae de Vallicella cadavere praesente celebratae fuerunt solitae exequiae (l. c. f. 231); hora fere 2 noctis idem cadaver ad eccl. S. Mariae de Miraculis delatum fuit ac ibi in suo sepulcro humatum (Arch. Caer. 559 fasc. E f. 7 s.).

[10]) 12 Iun. 1673 disp. super eo quod non erat in ord. min. const. tempore suae creationis in card.^{lem} (S. Br. 1584 f. 75); prom. ad ord. subdiac.^{tus} 2 Iul. 1673 (Vat. Lat. 12336 f. 274'); 18 Nov. 1673 deput. protect. Congr.^{is} monachorum Montis Virginis (S. Br. 1532 f. 10), protect. Congr.^{is} Fratrum B. Petri de Pisis (S. Br. 1680 f. 1); 2 Dec. 1693 ei conc. offic. bibliothecarii S. R. E. (S. Br. 1881 f. 5).

[11]) Ob. Romae 3 Mart. 1700 hora 6 in palatio suae habitationis prope mon. SS. XII Apostolorum em. card. Casanata aet. an. 80, dd. 18, vir doctrina et eruditione eccl.^{ca} nulli secundus (Arch. Caer. 541 f. 430); 4 Mart. post prandium actae fuerunt consuetae exequiae in eccl. S. Mariae supra Minervam; de sero eius cadaver humatum fuit in bas. Lateranen., ubi sepulturam sibi elegerat (l. c.).

[12]) 12 Iun. 1673 disp. super eo quod non erat cler. tempore suae creationis in card.^{lem} (S. Br. 1584 f. 77); cum Brevi Apost. 15 Iun. 1673 S.^{mus} D.N. ei biretum cardinal. misit (l. c. f. 83'); 21 Iun. 1673 ei conc. ind. suscipiendi ord. s. extra tempora et non servatis interstitiis c. disp. quia criminalibus et bellicis se immiscuit (l. c. f. 81). In consist. publico 5 Dec. 1673 habito S. S. eum galero rubro decoravit (Vat. Lat. 12336 f. 290). In consist. secreto 18 Dec. 1673 S.^{mus} D.N. ei os clausit et 15 Ian. 1674 aperuit c. tt.^{i} assign. (AC 22 ff. 155', 158).

[13]) 6 Oct. 1684 circa horam 16 Romae em. card. Basadonius diem clausit extremum; 8 Oct. 1684 fuerunt celebratae exequiae in eccl. S. Marci, in qua postea fuit eius cadaver depositum, usquedum fiat sepulcrum, prout ipse in supremis tabulis scripsit (Vat. Lat. 12340 f. 221' s.).

[14]) In consist. secreto 17 Dec. 1674 S.^{mus} D.N. declaravit *pbr.* card.^{lem}, quem in consist. 12 Iun. superioris a. creaverat atque in pectore reservaverat, scil. Federicum Ubaldum, archiep. Caesarien. Deinde absoluto consist. paucis ab illo horis fuit intromissus dictus Ubaldus card. el., qui procubuit ad pedes S.^{tis} S., quae imposuit biretum rubrum et auditis precibus excell.^{orum} DD. Iulii Caesaris Columnae principis de Carbognano nunc. et Aegidii ducis Anticoli eius filii, indulsit eidem card.^{li} el., ut relicta Ubaldorum familia, cognomen et stemma Columniensium assumeret, ac propterea card.^{lem} Columnam in posterum nuncupandum esse (AC 22 f. 172 s.); in consist. publico 20 Dec. 1674 S.^{mus} D.N. dicto card.^{li} galerum rubrum dedit (Vat. Lat. 12336 f. 346'); in consist. secreto 28 Ian. 1675 S. S. dicto card. os clausit et in fine eiusdem aperuit c. tt.^{i} assign. (l. c. ff. 173, 176').

[15]) 4 Maii 1675 ei conc. offic. Sigilli Congr.^{is} Conc. Trid. (S. Br. 1533 f. 1). 11 Ian. 1683 fit camer. S. Coll. (cf. Appendix II B).

[16]) 4 Oct. 1691 decessit in Urbe hora circiter 3 noctis in palatio Columniensium Plateae Sciarrae em. card. Federicus Baldescus, Perusin., Columna vero nunc., aet. an. 66 et 1 m. (Arch. Caer. 540 f. 170); 6 Oct. solitae exequiae celebratae fuerunt in eccl. S. Andreae, vulgo delle Fratte; de sero cadaver delatum fuit ad eccl. coll. de Prop. Fide et in eadem eccl. humatum fuit (l. c. f. 170').

f) *in sexta promotione 27 Maii 1675 habita.*[1])

15. **Alexander Crescentius** (Crescenzi),[2]) Roman., patr. Alexandrin. et S.^{tis} S. Cubiculi praef. = tt. S. Priscae 15 Iul. 1675, † 8 Maii 1688.[3])

16. **Bernardinus Roccius** (Rocci),[4]) Roman., archiep. Damascen., dom. pontificiae praef. = tt. S. Stephani in Monte Coelio 15 Iul. 1675, † 2 Nov. 1680.[5])

17. **Galeatius Marescottus** (Marescotti),[6]) Roman., archiep. Corinthien., nunt. apud regem cath. = tt. S. Bernardi ad Thermas 23 Mart. 1676, tr. ad tt. SS. Quirici et Iulittae 22 Sept. 1681, ad tt. S. Praxedis 21 Iun. 1700, ad tt. S. Laurentii in Lucina 30 Apr. 1708, † 3 Iul. 1726.[7])

18. **Marius Albericius** (Alb(e)rizzi),[8]) Neapolitan., archiep. Neocaesarien., nunt. apud imperatorem = tt. S. Ioannis ante Portam Latinam 23 Mart. 1676, † 29 Sept. 1680.[9])

19. **Fabritius Spada,**[10]) Roman., archiep. Patracen., nunt. apud regem X^{mum} = tt. S. Calixti 23 Mart. 1676, tr. ad tt. S. Chrysogoni 23 Maii 1689, ad tt. S. Praxedis 30 Apr. 1708, ad Praenestin. 19 Febr. 1710, † 15 Iun. 1717.[11])

20. **Philippus Thomas Howard de Norfolk,**[12]) Anglus, O.P. = tt. S. Caeciliae 23 Mart. 1676, tr. ad tt. S. Mariae supra Minervam 25 Sept. 1679, † 17 Iun. 1694.[13])

---

1) In consist. secreto 27 Maii 1675 habito S. S. creavit 6 S.R.E. card.^{les} scil.: Alexandrum Crescentium, patr. Alexandrin. et praef. Cubiculi S.^{tis} S., Bernardinum Roccium, archiep. Damascen. et dom. pontificiae praef., Galeatium Marescottum, archiep. Corinthien. et nunt. apost. apud regem cath., Marium Albericium, archiep. Neocaesarien. et nunt. apost. apud caes. maiest., Fabritium Spadam, archiep. Patracen. et nunt. apost. apud regem X^{mum}, Philippum Thomam Howardum de Norfolk, O.P. (AC 22 f. 182 s.). In consist. publico 30 Maii 1675 S.^{mus} D.N. tradidit galerum rubrum card.^{bus} Crescentio et Roccio (Vat. Lat. 12339 f. 214). In consist. secreto 17 Iun. 1675 S.^{mus} D. N. dictis duobus card.^{bus} os clausit et 15 Iul. 1675 aperuit c. tt.^{orum} assign. (AC 22 ff. 182', 185). In consist. publico 19 Dec. 1675 S.^{mus} D.N. dedit galerum cardinal. card.^{bus} Mario Albericio, Fabritio Spadae et Philippo Thomae Howardo, qui 17 Dec. ingressi erant per portam Flaminiam (Vat. Lat. 12339 f. 224'). In consist. publico 6 Febr. 1676, post solemnem equitationem, S.^{mus} D.N. imposuit galerum rubrum card.^{li} Marescotto (Vat. Lat. 12340 f. 3 ss.). In consist. secreto 24 Febr. 1676 S. S. os clausit card.^{bus} Marescotto, Albericio, Spadae, Howardo et 23 Mart. 1676 aperuit c. tt.^{orum} assign. (AC 22 ff. 194', 197').

2) 24 Febr. 1676 prom. ad eccl. Recanaten. et Lauretan. (cf. Recanaten.); 15 Mart. 1684 deput. protect. O.Cist. (S. Br. 1691 f. 1); 9 Apr. 1685 fit camer. S. Coll. (cf. Appendix II B).

3) Ob. 8 Maii 1688 circa horam 2 noctis Romae in palatio suae habitationis a. agens 81, et pridie fuit a morbo apoplectico correptus, dum sacrum conficiebat (Arch. Caer. 542 f. 231); 10 Maii celebratae fuerunt exequiae in Eccl. Nova cadavere def.^{i} praesente (l. c. f. 232 ss.).

4) Prom. ad eccl. Urbevetan. 24 Febr. 1676 (cf. Urbevetan).

5) Ob. 2 Nov. 1680 prope civ. Tusculan. in sua villa circa horam 19; vixit annos 53, m. 3, dd. 11 (Vat. Lat. 12340 f. 118); corpus depositum fuit apud Tusculanum ideoque nullae habitae fuerunt exequiae in Urbe (Vat. Lat. 12341 f. 244').

6) Cum Brevi Apost. 2 Ian. 1675 S.^{mus} D.N. ei biretum cardinal. misit (S. Br. 1586 f. 97); 23 Mart. 1676 deput. leg. Ferrarien. (AC 22 f. 197'); prom. ad eccl. Tiburtin. 4 Sept. 1679 (cf. Tiburtin.); 3 Mart. 1687 fit camer. S. Coll. (cf. Appendix II B); 2 Iul. 1695 deput. protect. Congr.^{is} Cassinen. O.S.B. (S. Br. 1918 f. 1); 4 Iul. 1698 S. S. declarat em. Marescottum S.R.E. procamerarium (Arch. Caer. 545 f. 756); 21 Nov. 1698 deput. protect. O.P. (S. Br. 1995 f. 1).

7) Ob. 3 Iul. 1726 Romae in palatio propriae habitationis hora 18, a. aet. suae 98, m. 9, dd. 3; vespere sequenti cadaver eius delatum fuit ad eccl. S.^{mi} Nominis Iesu; 5 Iul. Papa praesente in dicta eccl. habita fuit Capella Papalis pro exequiis em. Marescotti; vespere eiusdem diei cantatae fuerunt vigiliae; quibus expletis cadaver ibi tumulatum fuit in sepulcro eiusdem familiae de Marescottis (l. c. f. 540 ss.).

8) Cum Brevi Apost. 2 Iun. 1675 S.^{mus} D.N. ei biretum cardinal. misit (S. Br. 1586 f. 97); prom. ad eccl. Tiburtin. 22 Iun. 1676 (cf. Tiburtin.).

9) Ob. Romae 29 Sept. 1680 hora 5 noctis sequentis, a. aet. suae 70, m. 9; 1 Oct. in bas. S. Mariae Maioris factae fuerunt exequiae pro anima def.^{i} card. et in sero depositum est cadaver in eadem bas. postea sepeliendum ante sacellum B. M. V., nulla tamen inscripta memoria, ut idem card. in suo ultimo testamento disposuit (Vat. Lat. 12340 f. 117 s.).

10) Cum Brevi Apost. 2 Iun. 1675 S.^{mus} D.N. ei biretum cardinal. misit (S. Br. 1586 f. 97); 17 Mart. 1681 deput. leg. Urbinaten. (AC 23 f. 61'); 17 Maii 1688 fit camer. S. Coll. (cf. Appendix II B); 4 Dec. 1700 fit praef. Signaturae Iustitiae (S. Br. 2067 f. 31); 14 Dec. 1700 deput. protect. O. F. M. Obs. (l. c. f. 33), 12 Mart. 1701 protect. T.O.R. (S. Br. 2071 f. 1).

11) 15 Iun. 1717 card. Fabritius Spada, nat. 17 Mart. 1643, hora 22 ob. Romae in suo palatio familiae Spadae; 17 Iun. in eccl. B. M. V. in Vallicella celebratae fuerunt exequiae et in eadem eccl. tumulatum fuit eius cadaver (Arch. Caer. 566 f. 61 s.).

12) Iam 16 Maii 1672 prom. ad eccl. Helenopolitan. i. p. i. (cf. Helenopolitan.); cum Brevi Apost. 2 Iun. 1675 S.^{mus} D.N. ei biretum cardinal. misit (S. Br. 1586 f. 97'); 7 Mart. 1680 deput. protect. regni Angliae (S. Br. 1643 f. 1 ss.), 8 Mart. 1680 protect. regni Scotiae (l. c. f. 13); 24 Ian. 1689 fit camer. S. Coll. (cf. Appendix II B.).

13) 17 Iun. 1694 hora 6 cum dimidio ob. Romae in palatio suae habitationis prope coll. Angelicum em. card. Howardus, bas. S. Mariae Maioris archipbr., qui ob sua insignia merita et praecipue in promovenda religione cath. in Magna Britannia ad card.^{tus} dign. evectus fuit, aet. an. 62, m. 9; 18 Iun. in eccl. S. Mariae supra Minervam celebratae fuerunt vigiliae supra corpus praedicti card. et de sero in ipsa eccl. in choro humatum fuit (Arch. Caer. 541 f. 105').

III. Innocentius XI

Antea Benedictus Odescalchus, tt. S. Honuphrii pbr. card.,[1]) electus 21 Sept. 1676,[2])
coronatus 4 Oct.,[3]) † 12 Aug. 1689.[4])

---

[1]) Cf. Hierarchia IV, S.R.E. card. VI, 10.

[2]) Novendialibus exequiis pro anima fel. rec. Clementis PP. X expletis, die Dominica 2 Aug. 1676 missam cantavit de Spiritu Sancto em. card. Franciscus Barberinus, decan. S. Coll., praesentibus card.bus. Post missam em. card.les ingressi sunt conclave ad sacellum Paulinum euntes, ubi singuli em. patres iuraverunt observare constitutiones circa electionem Summi Pontificis. Circa horam 4 noctis, emissis extra conclave exteris, illud clausum fuit. 3 Aug. aperta fuit porta conclavis et ingressi sunt em. card.les Raggius et Nidhardus (II, 8) cum eorum conclavistis. 6 Aug. de sero ingressus est in conclave card. Bonvisius et de mane card. Litta. 7 Aug. de sero ingressus est in conclave card. Barbadicus, 8 Aug. de sero card. Rossettus, 9 Aug. de sero post scrutinium ingressus est card. Fachinettus, 11 Aug. in sero ingressus est card. Sabellus. 14 Aug. post scrutinium serotinum accesserunt ad cellam em.i card. Litta em. card.les Fachinettus, Rossettus, Bonvisius, Barbadicus, Delphinus, Azolinus et Sabellus, qui una cum em. card. Litta podagra laborante et in lecto decumbente iuraverunt solitum iuramentum. 16 Aug. post scrutinium vespertinum ingressus est card. Carpineus. 18 Aug. ante scrutinium matutinum ingressus est card. Otthobonus et post scrutinium vespertinum eiusdem diei ingressus est card. Cerrus (I, 10). 21 Aug. circa horam 3 noctis em. card. Virginius Ursinus in palatio Montis Iordani Romae diem clausit extremum. 27 Aug. circa horam primam noctis em. card. Bonellus Romae in domo suae solitae habitationis in platea SS. XII Apostolorum obiit. 29 Aug. post scrutinium vespertinum ingressus est conclave card. Gabriellius. 30 Aug. post scrutinium vespertinum ingressi sunt card.les Galli videlicet de Retz, Buglionus (I, 4) et Bonsius (II, 4), ac etiam card. Maidalchinus, eidem factioni adhaerens, qui nuper e Gallia Romam pervenerant. 31 Aug. in sacello Sixtino ante scrutinium vespertinum iuraverunt em. card.les Carpineus, de Retz, Otthobonus, Buglionus, Cerrus, Bonsius et Maidalchinus; card. Gabriellius, quia aberat a dicto sacello, distulit ad aliam diem praedictum iuramentum. 6 Sept. card. Grimaldus, qui circa horam 21 Romam pervenerat, post scrutinium vespertinum conclave ingressus est. 7 Sept. de mane Romam pervenit card. de Baden (II, 6) et post scrutinium vespertinum conclave ingressus est. 9 Sept. in sacello Sixtino ante scrutinium matutinum iuraverunt card.les Grimaldus et de Baden; in sero vero eiusdem diei ingressus est card. Ludovisius; et sic in conclavi nunc adsunt 63 card.les Die Dominica 20 Sept. conclusus fuit tractatus de eligendo in Sum. Pont. em. card. Odescalchum. Die vero 21 Sept. circa horam 13 convenerunt omnes card.les ad cellam praedicti Odescalchi et eum comitati sunt usque ad sacellum Paulinum. Post consuetam missam de eligendo Sum. Pont. in sacello Sixtino celebratam em. card. Odescalchus cum 20 suffragiis in scrutinio et 42 in accessu canonice electus fuit in Sum. Pont., qui nomen sibi imposuit Innocentii XI. Em. card.les, qui in conclavi elegerunt in Sum. Pont. S.mum D.N. Innocentium PP. XI fuerunt: *ep.*i: Franciscus Barberinus, Uldericus Carpineus, Gabriellius, Fachinettus, Grimaldus; *pbr.*i: Rossettus, Ludovisius, Cibo, Raggius, de Retz, Homodeus, Otthobonus, Albitius, Pius, Flavius Chisius, Bonvisius, Bichius, Fransonus, Vidonus, Barbadicus, Boncompagnus, Litta, Corsinus, Piccolomineus, Carafa, Alterius, de Comitibus, Ninius, Spinula, Caracciolus, Delphinus, Iacobus Rospiliosus (I, 1), Buglionus (I, 4), de Portocarrero (I, 5), Cerrus (I, 10), Pallavicinus (I, 11), Maximus (II, 2), Gaspar Carpineus (II, 3), d'Estrées (II, 7), de Baden (II, 6), Bonsius (II, 4), Nidhardus (II, 8), Ursinus (II, 5), Columna (II, 14), Nerlius (I, 6), Gastaldus (II, 11), Crescentius (II, 15), Marescottus (II, 17), Roccius (II, 16), Albericius (II, 18), Spada (II, 19), de Norfolk (II, 20); *diac.*i: Maidalchinus, Carolus Barberinus, Azolinus, Sabellus, Sigismundus Chisius (I, 3), Acciaiolus (I, 8), Bonaccursius (I, 9), Felix Rospiliosus (II, 9), Casanata (II, 12), Basadonius (II, 13). Extra Curiam toto conclavis tempore fuerunt em. card.les de Aragonia et de Hassia. Conclavis tempore mortui sunt Romae extra conclave em. card.les Virginius Ursinus et Bonellus (Ex diario *Petri Pauli Bona in ipso conclavi caeremoniarum magistri,* Vat. Lat. 12340 ff. 23-33).

[3]) Die Dominica 4 Oct. 1676 in bas. S. Petri S.mus D.N. tiara pontificia coronatus est ab em. card. Maidalchino, primo diac. card. (Vat. Lat. 12341 ff. 35-45).

[4]) 8 Aug. 1676 S.mus D.N., ingravescente semper morbo, post horam 3 noctis summa devotione et pietate S.mum Viaticum accepit per manum sacristae ep.i Porphyrien.; 12 Aug. 1676 S.mus D.N. in extremis laborat; in capella secreta celebrata fuit a capellano hebdomadario missa pro infirmo Sum. Pont. Placuit omnipotenti Deo circa horam 22 accipere animam huius Sum. Pont., qui adstantibus card.li Colloredo, generalibus religionum, poenit.iis, intimis familiaribus, recitantibus litanias, placidissime exspiravit; ob. a. aet. suae 78, m. 2, dd. 24. Postea facta fuit recognitio mortis Pontificis ab em. card. Alterio S.R.E. camerario. 13 Aug. hora 14 apertum fuit corpus Pontificis, et postea aromatibus impletum et solitis habitibus indutum; hora prima noctis delatum fuit corpus Pontificis a pal. Quirinali ad Vat. in capellam Sixtinam. 14 Aug. durante congregatione gen. em. card.lium em. camerarius dedit primo caeremoniarum magistro anulum piscatoris, qui eum fregit (Arch. Caer. 542 ff. 392-400). 14 Aug. completa congregatione em. card.les se contulerunt ad capellam Sixtinam, ubi expositum erat corpus Pontificis, et facta absolutione corpus delatum fuit ad bas. Vat.; corpus locatum fuit in medio basilicae et completa absolutione delatum fuit ad capellam S.mae Trinitatis et clausis cancellis corpus locatum fuit prope cancellos, ut populus posset Pontificis pedes deosculari (l. c. ff. 402-403). 16 Aug. humatum fuit prope chorum canonicorum ex adverso Leonis PP. X, ubi iam fuerat corpus Innocentii PP. X (l. c. f. 411). 26 Iul. 1701 de sero corpus s. mem. Innocentii PP. XI repositum fuit in novo ac nobilissimo tumulo a Livio Brachiani [Bracciano] duce eius nepote exstructo (Arch. Caer. 546 f. 245 ss.).

Quaedam adnotationes praesertim ex actis consist. depromptae: In primo consist. secreto 12 Oct. 1676 habito S.mus D.N. de Sua ad summum Apostolatus apicem gratias Deo et card.bus egit et postea legit iuramentum solitum de observandis Constit. Apost. (AC 22 f. 206 ss.). 8 Nov. 1676 S.mus D.N. post solemnem equitationem possessionem accepit bas. Lateranen. (Vat. Lat. 12341 ff. 53'-58). In consist. secreto 2 Dec. 1676 S. S. publicavit iubilaeum ad implorandum divinum auxilium pro salutari Ecclesiae regimine (Vat. Lat. 12340 f. 37). In consist. secreto 14 Dec. 1676 S.mus D.N. S. Coll. allocutus est de concilianda pace inter christianos principes et decrevit ablegare Aloysium Bevilacqua, patr. Alexandrin. ad congressum Noviomagen. (AC 22 f. 216' ss.). In consist. secreto 27 Febr. 1679 habito Sum. Pont. significavit S. Coll. pacem initam in civ. Nimega Hollandiae inter Leopoldum electum imperatorem et Ludovicum XIV regem Galliarum (Vat. Lat. 12340 f. 83). 2 Iul. 1679 in bas. Vat. ad altare Cathedrae lectum fuit Breve beatificationis ven. Servi Dei Turibii de Mogroveio archiep. Liman. (l. c. f. 89 s.). In consist. secreto 8 Ian. 1680 S.mus D.N. significavit statum praesentem regni Poloniae, cui imminet bellum a Turcis et S.S. hortata est principes christianos ad mittendum auxilium (l. c. f. 98). In consist. publico 8 Aug. 1680 orator extraord. Ioannis III Poloniae regis, eiusdem nomine S.mo D.N. et Sedi Apost. debitam oboedientiam praestitit (AC 23 f. 47'). In consist. secreto 13 Ian. 1681 habito S.S. sermonem habuit ad em. card.les de rebus, quae in Gallia evenerunt contra immunitatem ecclesiasticam (Vat. Lat. 12341 f. 4'). In consist. secreto 27 Sept. 1683 habito S.mus D.N. significavit S. Coll. victoriam Viennensem de Turcis obtentam (Vat. Lat. 12340 f. 201'). In consist. secreto 15 Maii 1684 S.S. annuntiavit S. Coll. mortem Alphonsi Portugalliae regis (l. c. f. 214'). In consist. secreto 18 Mart. 1686 habito S.mus D.N. significavit Galliae regem revocasse edictum publicatum in saeculo praeterito, quo haereticis Ugonottis sui regni usus sectae Calvinisticae permittebatur (l. c. f. 248'). In consist. secreto 16 Sept. 1686 S. S. verba fecit pro expugnatione Budae (Arch. Caer. 557 f. 11'). In consist. secreto 12 Iul. 1688 habito S.mus D.N. annuntiavit S. Coll. felices progressus cath. fidei in Anglia (l. c. f. 115'). In consist. secreto 7 Febr. 1689 habito S.S. em. card.bus significavit infortunia regis Angliae et quanta pro fide cath. passus sit (Arch. Caer. 542 f. 324).

S.R.E. cardinales ab ipso creati:

a) *in prima promotione 1 Sept. 1681 habita.*[1])

1. **Ioannes Bapt. Spinula** (Spinola),[2]) Ianuen., olim. archiep. Ianuen., almae Urbis gub. gen. = tt. S. Caeciliae 22 Sept. 1681, tr. ad tt. S. Agnetis extra moenia 20 Febr. 1696, ad tt. S. Mariae in Transtiberim 7 Apr. 1698, † 4 Ian. 1704.[3])
2. **Antonius Pignatellus** (Pignatelli),[4]) Neapolitan., ep. Licien., praef. Cubiculi S.^mi D.N. = tt. S. Pancratii 22 Sept. 1681, el. Sum. Pont. Innocentius XII 12 Iul. 1691.
3. **Stephanus Brancatius** (Brancaccio), Neapolitan., ep. Viterbien. = tt. S. Mariae de Pace 22 Sept. 1681, † 8 Sept. 1682.[5])
4. **Stephanus Augustinus** (Agostini), Forolivien., archiep. Heracleen., dat. S.^mi D.N. = tt. S. Ioannis ante Portam Latinam 22 Sept. 1681, † 21 Mart. 1683.[6])
5. **Franciscus Bonvisius** (Buonvisi),[7]) Lucen., archiep. Thessalonicen., nunt. apost. apud imperatorem = tt. S. Stephani in Monte Coelio 14 Nov. 1689, † 25 Aug. 1700.[8])
6. **Savus Millinus** (Mellini al. Millini),[9]) Roman., archiep. Caesarien., nunt. apost. apud regem cath. = tt. S. Mariae de Populo 12 Aug. 1686, tr. ad tt. S. Petri ad Vincula 12 Dec. 1689, † 10 Febr. 1701.[10])
7. **Federicus Vicecomes** (Visconti), Mediolanen., el. archiep. Mediolanen. = tt. S. Alexii 22 Sept. 1681, † 7 Ian. 1693.[11])
8. **Marcus Gallius** (Gallio),[12]) Novocomen., ep. Ariminen. = tt. S. Petri in Monte Aureo 17 Nov. 1681, † 24 Iul. 1683.[13])
9. **Flaminius Taja,**[14]) Senen., S. Rotae aud. = tt. SS. Nerei et Achillei 17 Nov. 1681, † 5 Oct. 1682.[15])
10. **Raymundus Capisuccus** (Capizucchi),[16]) Roman., O.P., mag. S. Pal. Apost. = tt. S. Stephani in Monte Coelio 22 Sept. 1681, tr. ad tt. S. Mariae Angelorum in Thermis 3 Mart. 1687, † 22 Apr. 1691.[17])
11. **Ioannes Bapt. de Luca,** Venusin., utr. sign. ref., aud. S.^mi D. N. = tt. S. Hieronymi Illyricorum 22 Sept. 1681, † 5 Febr. 1683.[18])

---

[1]) In consist. secreto 1 Sept. 1681 S.^mus D.N. creavit card.^les *pbr.^os*: Ioannem Bapt. Spinulam, archiep. olim Ianuen., almae Urbis gub. gen., Ianuen.; Antonium archiep. Pignatellum, ep. Licien., S.^mi D.N. praef. Cubiculi, Neapolitan.; Stephanum archiep. Brancatium, ep. Viterbien., Neapolitan.; Stephanum Augustinum, archiep. Heracleen., S.^mi D.N. dat., Forolivien.; Franciscum Bonvisium, archiep. Thessalonicen., apud maiest. caes. nunt., Lucen.; Savum Millinum, archiep. Caesarien., apud regem cath. nunt., Roman.; Federicum Vicecomitem, el. archiep. Mediolanen., Mediolanen.; Marcum Gallium, ep. Ariminen., Novocomen.; Flaminium Taja, S. Rotae aud., Senen.; Raymundum Capisuccum, O.P., S. Pal. Apost. mag., Roman.; Ioannem Bapt. de Luca, utr. sign. ref., S.^mi D.N. aud., Venusin.; Laurentium Brancatum, O.F.M.Conv., theol. prof., de Laurea; *diac.^os*: Urbanum Sacchettum, Cam. Apost. gen. aud., Florentin.; Ioannem Franciscum Ginettum, S.^mi D.N. thesaur. gen., Roman.; Benedictum Pamphilium, O.S.Io.Hieros., magnum Urbis priorem, Roman.; Michaelem Angelum Riccium, theol. prof., Roman. (AC 23 f. 80 s.). In consist. publico 4 Sept. 1681 S.^mus D.N. galerum rubrum tradidit card.^bus Spinulae, Pignatello, Brancatio, Augustino, Vicecomiti, Capisucco, de Luca, Brancato, Sacchetto, Ginetto, Pamphilio (l. c. f. 83); in consist. secreto 22 Sept. 1681 eis os clausit et in fine eiusdem consist. aperuit (l. c. ff. 83' s., 85') et tradidit anulos cardinal. c. tt.^orum assign. (Vat. Lat. 12340 f. 136'). In consist. publico 13 Nov. 1681 habito in aula ducali pal. Quirinalis S.^mus D.N. tradidit galerum cardinal. tribus card.^bus videlicet em. Gallio, Taja et Riccio (Vat. Lat. 12340 ff. 145'-147); Riccius et Taja noluerunt accipere dign. cardinalatus, sed a S.^mo D.N. obligati sunt (AM 58 ff. 208-211). In consist. secreto 17 Nov. 1681 S.^mus D.N. os clausit card.^bus Gallio, Taja, Riccio et in fine eiusdem consist. aperuit c. tt.^orum assign. (AC 23 ff. 85', 87') et anulorum donatione (Vat. Lat. 12340 f. 147').

[2]) 8 Ian. 1691 fit camer. S. Coll. (cf. Appendix II B).

[3]) Ob. 4 Ian. 1704 hora 13 Romae in palatio suae solitae resid., annos agens 88, m. 3, dd. 15 (Arch. Caer. 546 f. 643); 7 Ian. in eccl. S. Laurentii in Lucina factae fuerunt exequiae pro anima bo. mem. card. Spinulae (l. c. f. 650).

[4]) Tr. ad eccl. Faventin. 12 Ian. 1682 (cf. Faventin.); deput. leg. Bononien. 2 Oct. 1684 (AC 23 f. 150'); tr. ad eccl. Neapolitan. 30 Sept. 1686 (cf. Neapolitan.).

[5]) 8 Sept. 1682 circa horam 22 residens in eccl. sua epali Viterbien. diem clausit extremum (Vat. Lat. 12340 f. 168).

[6]) Ob. 21 Mart. 1683 circa horam 2 noctis in pal. Vat. in quo prodatarii munere fungebatur, in aet. suae a. 69 const.; 23 Mart. in eccl. S. Mariae de Vallicella praesente cadavere praedicti card. fuit cantatum offic. defunctorum et deinde in sero fuit idem cadaver in eadem eccl. humatum (Vat. Lat. 12340 f. 181).

[7]) Cum Brevi Apost. 6 Sept. 1681 S.^mus D.N. ei biretum cardinal. misit (S. Br. 1762 f. 65). In consist. publico 10 Nov. 1689 Alexander PP. VIII galerum rubrum tradidit card.^li Bonvisio (AC 23 f. 246); deinde in consist. secreto 14 Nov. 1689 os clausit et in fine eiusdem consist. aperuit et anulum dedit c. tt.^i assign. (l. c. ff. 246', 247). Prom. ad eccl. Lucan. 27 Sept. 1690 (cf. Lucan.).

[8]) Ob. apud suam eccl. Lucan. 25 Aug. 1700 hora 5 noctis (Arch. Caer. 541 f. 459), annos agens 74, m. 5 (Arch. Caer. 545 f. 937).

[9]) Cum Brevi Apost. 6 Sept. 1681 S.^mus D.N. ei biretum cardinal. misit (S. Br. 1762 f. 65). Prom. ad eccl. Urbevetan. 22 Dec. 1681 (cf. Urbevetan.). In consist. secreto 15 Iul. 1686 habito post decursum 5 mensium et 19 dierum tandem S.^mus D.N. dedit galerum rubrum em. card.^li Millino; nam ipse Romam ingressus est 26 Ian. currentis anni et semper ignotus remansit (Vat. Lat. 12340 f. 259' ss.); in consist. secreto 12 Aug. 1686 S. S. ei os clausit et in fine eiusdem consist. aperuit (AC 23 ff. 187', 190) et tt. assignavit (Vat. Lat. 12340 f. 264); tr. ad eccl. Nepesin. et Sutrin. 17 Maii 1694 (cf. Nepesin.).

[10]) Ob. 10 Febr. 1701 hora 7 noctis sequentis Romae in palatio suae habitationis prope plateam SS. XII Apostolorum em. card. Savus Millinus, ep. Nepesin. et Sutrin.; 12 Febr. celebratae fuerunt exequiae cadavere def.^i card. praesente in eccl. S. Mariae de Populo et de sero humo traditum fuit in eadem eccl. in sacello maiorum suorum (Arch. Caer. 541 f. 507').

[11]) Ob. 7 Ian. 1693 hora 4 noctis in palatio suae solitae resid. Mediolani a. agens 76 (Arch. Caer. 545 f. 138).

[12]) Cum Brevi Apost. 1 Oct. 1681 S.^mus D.N. ei biretum cardinal. misit (S. Br. 1762 f. 69).

[13]) Ob. 24 Iul. 1683 circa horam 4 noctis Romae in palatio DD. de Bonellis sito in platea SS. XII Apostolorum, ubi hospitabatur; 26 Iul. in eccl. S. Mariae de Scala praesente cadavere eiusdem card. cantatum fuit offic. mortuorum prout de more et in sero idem cadaver in eadem eccl. sepulturae fuit demandatum (Vat. Lat. 12340 f. 195 s.).

[14]) Deput. protect. O.Cist. 7 Ian. 1682 (S. Br. 1665 f. 21).

[15]) Ob. Romae 5 Oct. 1682 circa horam 16; 7 Oct. in eccl. S. Mariae de Vallicella celebratae fuerunt exequiae pro eodem card. def. (Vat. Lat. 12340 f. 168'); de sero cadaver def. card. privatim delatum fuit ad eccl. S. Mariae de Pace, in qua humatum fuit (Arch. Caer. 559 fasc. B f. 16' s.).

[16]) Deput. protect. O.Cist. 8 Iul. 1688 (S. Br. 1745 f. 9).

[17]) Ob. Romae 22 Apr. 1691 de sero circa horam 24 extra conclave, aet. suae an. 75, m. 5, dd. 15; 24 Apr. in eccl. S. Mariae de Porticu expositum fuit cadaver def. card. et celebratae fuerunt exequiae (Arch. Caer. 540 f. 78 s.).

[18]) 5 Febr. 1683 circa horam primam noctis ob. in Pal. Apost. Vat. em. card. de Luca, aud. et secr. Memorialium S.^mi D.N.; 8 Febr. in eccl. S. Mariae de Vallicella factae fuerunt exequiae cadavere praesente; in sero praedictum cadaver translatum fuit ad eccl. S. Hieronymi Illyricorum ibique sepulturae demandatum (Vat. Lat. 12340 f. 178').

12. **Laurentius Brancatus** (Brancati)[1]) de Laurea, O.F.M. Conv. = tt. S. Augustini 22 Sept. 1681, tr. ad tt. SS. XII Apostolorum 1 Dec. 1681, † 30 Nov. 1693.[2])

13. **Urbanus Sacchettus** (Sacchetti),[3]) Florentin., Cam. Apost. aud. gen. = tt. S. Nicolai in Carcere Tulliano 22 Sept. 1681, tr. ad tt. S. Mariae in Via Lata 28 Nov. 1689, ad tt. S. Bernardi ad Thermas 22 Dec. 1693, ad tt. S. Mariae in Transtiberim 14 Ian. 1704, † 6 Apr. 1705.[4])

14. **Ioannes Franciscus Ginettus** (Ginetti),[5]) Roman., thesaur. gen. = tt. S. Mariae de Scala 22 Sept. 1681, tr. ad tt. S. Angeli in Foro Piscium 12 Ian. 1682, ad tt. S. Nicolai in Carcere Tulliano 28 Nov. 1689, † 18 Sept. 1691.[6])

15. **Benedictus Pamphilius** (Pamphili al. Pamfili),[7]) Roman., O.S.Io.Hieros. magnus Urbis prior = tt. S. Mariae in Porticu 22 Sept. 1681, tr. ad tt. S. Caesarei 30 Apr. 1685, ad tt. S. Mariae in Cosmedin 30 Sept. 1686, ad tt. S. Agathae 17 Maii 1688, ad tt. S. Mariae in Via Lata 22 Dec. 1693, † 22 Mart. 1730.[8])

16. **Michael Angelus Riccius** (Ricci),[9]) Roman. = tt. S. Mariae in Aquiro 17 Nov. 1681, † 12 Maii 1682.[10])

b) *in secunda promotione 2 Sept. 1686 habita.*[11])

17. **Iacobus de Angelis,**[12]) Pisan., archiep. olim Urbinaten., vicegerens in Urbe = tt. S. Mariae in Aracoeli 30 Sept. 1686, † 15 Sept. 1695.[13])

18. **Opitius Pallavicinus** (Pallavicino),[14]) Ianuen., archiep. Ephesin., nunt. apost. apud regem Poloniae = tt. S. Martini in Montibus 14 Nov. 1689, † 11 Febr. 1700.[15])

---

[1]) Iam 26 Nov. 1670 deput. primus custos Bibl. Vat. (S. Br. 1460 f. 2 ss.). 19 Sept. 1681 conc. ei offic. bibliothecarii S.R.E. (S. Br. 1762 f. 60). 2 Ian. 1693 fit camer. S. Coll. (cf. Appendix II B).

[2]) Ob. Romae 30 Nov. 1693 hora 3 noctis in 82 aet. a. const.; 2 Dec. in bas. SS. XII Apostolorum habitae sunt vigiliae supra corpus def.^{i} card.; de sero autem ibi, prout disposuerat, eius cadaver humatum fuit (Arch. Caer. 514 f. 317 s.).

[3]) 1 Sept. 1681 disp. super eo, quod non erat in ord. min. const. tempore suae creationis in card.^{lem} (S. Br. 1762 f. 48); 5 Mart. 1682 ei conc. ind. suscipiendi ord. s. extra tempora et non servatis interstitiis (S. Br. 1667 f. 9). 29 Mart. 1683 prom. ad eccl. Viterbien. et Tuscanien. (cf. Viterbien.).

[4]) Ob. Romae in palatio suae solitae resid. 6 Apr. 1705 hora circiter 12, a. agens 65; post apoplexiae morbum adversa semper valetudine per sex annos vixit (Arch. Caer. 546 ff. 794-795); 8 Apr. in eccl. S. Ioannis Florentinorum celebratae fuerunt exequiae pro anima def.^{i} card. eius cadavere praesente (l. c. f. 795).

[5]) Prom. ad eccl. Firman. 5 Iun. 1684 (cf. Firman.).

[6]) Ob. Romae 18 Sept. 1691 circa horam 22 cum dimidio prope eccl. S. Catherinae Funarium, aet. an. 64, m. 9, dd. 6, ex violenta infirmitate, quam vocant medici choleram, trium dierum. 20 Sept. celebratae fuerunt exequiae in eccl. S. Andreae de Valle; humatum fuit cadaver circa horam primam noctis in eadem eccl. in sacello ipsius familiae (Arch. Caer. 540 f. 164' s.).

[7]) 1 Sept. 1681 disp. super eo, quod non erat in ord. min. const. tempore suae creationis in card.^{lem} (S. Br. 1762 f. 48); 22 Ian. 1682 deput. protect. O.Cist. (S. Br. 1665 f. 29); prom. ad ord. min., subdiac.^{tus}, diac.^{tus}, pbr.^{tus} 20, 21, 23, 24 Dec. 1684 (Arch. Caer. 509); 23 Mart. 1685 fit praef. Signaturae Iustitiae (S. Br. 1704 f. 9); deput. leg. Bononien. 23 Aug. 1690 (AC 23 f. 272'); 1 Nov. 1694 ei allatus fuit archipbr.^{tus} bas. S. Mariae Maioris (Arch. Caer. 166 A), 20 Apr. 1699 archipbr.^{tus} bas. S. Ioannis Lateranen. (Arch. Caer. 541 f. 388 ss.); fit protect. et superintendens portus Antii 28 Maii 1700 (S. Br. 2047 f. 26 ss.); fit bibliothecarius S.R.E. 26 Febr. 1704 (S. Br. 2511 f. 27).

[8]) Ob. Romae extra conclave 22 Mart. 1730 hora 17 cum dimidio longa febri confectus; card.^{bus} conclavi inclusis absque eorum praesentia exequiae pro def. card. celebratae fuerunt in eccl. S. Agnetis in Circio Agonali, ubi in avitae familiae tumulo cadaver conditum fuit (AC 30 f. 59 s.).

[9]) 1 Sept. 1681 disp. super irregularitate ex morbo comitiali seu epilepsia, quo a pueritia laboravit, qua non obstante clericalem characterem et 4 minor. ord. absque disp. suscepit, ad effectum validitatis suae promotionis ad card.^{tum} (S. Br. 1762 f. 56); 17 Nov. 1681 ei conc. ind. suscipiendi s. ord. extra tempora et non servatis interstitiis (l. c. f. 58); 9 Ian. 1682 deput. protect. Congr. tam monachorum quam eremitarum O.Camald. (S. Br. 1665 f. 25).

[10]) Ob. Romae 12 Maii 1682 circa horam primam noctis; 14 Maii in eccl. S. Mariae de Vallicella celebratae fuerunt exequiae praesente def.^{i} card. cadavere; in sero cadaver delatum fuit ad eccl. S. Francisci apud Maiorem Ripam Tiberis, in qua sepulcrum consanguineorum eiusdem card. existit (Vat. Lat. 12340 f. 160').

[11]) In consist. secreto 2 Sept. 1686 S.^{mus} D.N. creavit 27 card.^{les}, scil. *pbr.*^{os}: Iacobum de Angelis, vicegerentem, Pisan.; Opitium Pallavicinum, apud Poloniae regem nunt., Ianuen.; Angelum Ranutium, apud Galliarum regem nunt., Bononien.; Maximilianum de Küenburg, archiep. Salisburgen., German.; Verissimum de Alencastre, Lusitan.; Marcellum Duratium, apud cath. regem nunt., Ianuen.; Horatium Matthaeum, Pal. Apost. praef., Roman.; Marcum Antonium Barbadicum, archiep. Corcyren., Venetum; Carolum Cicerum, ep. Comen., Comen.; Leopoldum a Kollonitsch, ep. Neostadien., German.; Stephanum Le Camus, ep. Gratianopolitan., Gallum; Ioannem de Goes, ep. Gurcen., German.; Michaelem Radziejowski, ep. Varmien., Polon.; Petrum Matthaeum Petruccium, ep. Aesin., Aesin.; Petrum de Salazar, ep. Salamantin., Hispan.; Guilelmum de Fürstenberg, ep. Argentinen., German.; Ioannem Casimirum Dönhoff, archihospitalis S. Spiritus praeceptorem, Polon.; Iosephum Sáenz de Aguirre, O.S.B., Hispan.; Leandrum Colloredo, Congr. Orat. S. Philippi Nerii, Venetum; Fortunatum Carafa, Neapolitan.; *diac.*^{os}: Dominicum Mariam Cursium, Cam. Apost. aud., Florentin.; Ioannem Franciscum Nigronum, S.^{tis} S. thesaur. gen., Ianuen.; Fulvium Astallium, Cam. Apost. cler., Roman.; Gasparem de Cavaleriis, Cam. Apost. cler., Roman.; Ioannem Gualterium Slusium, secr. Brevium, Leodien.; Franciscum Mariam Medices, Florentin.; Rainaldum Estensem, Mutinen. (AC 23 f. 190' s.). In consist. publico 5 Sept. 1686 S.^{mus} D.N. dedit capellum rubrum decem card.^{bus}, scil.: De Angelis, Matthaeo, Barbadico, Dönhoff, Colloredo, Cursio, Nigrono, de Cavaleriis, Astallio et Slusio (Arch. Caer. 542 f. 15). In consist. secreto 16 Sept. 1686 S.^{mus} D.N. istis 10 card.^{bus} clausit os (l. c. f. 23), deinde in consist. secreto 30 Sept. 1686 aperuit os c. tt.^{orum} assign. (l. c. ff. 25-26). In consist. publico 22 Maii 1687 S. S. tradidit galerum rubrum card.^{bus} Cicero, Petruccio et Medices (Vat. Lat. 12340 f. 289). In consist. secreto 9 Iun. 1687 S.^{mus} D.N. os clausit card.^{bus} Petruccio et Medices et in fine eiusdem consist. aperuit c. tt.^{orum} assign. (l. c. f. 291). In eodem consist. sacreto 9 Iun. 1687 S. S. dedit galerum rubrum card.^{li} Carafa (l. c. f. 291'). In consist. secreto 7 Iul. 1687 S.^{mus} D.N. os clausit card.^{bus} Cicero et Carafa et in fine eiusdem consist. aperuit c. tt.^{orum} assign. (AC 23 f. 207'). In consist. publico 10 Nov. 1689 Alexander PP. VIII galerum rubrum tradidit card.^{bus} Pallavicino, Duratio, Kollonitsch, de Goes, Radziejowski, de Salazar, de Fürstenberg (l. c. f. 246 s.); deinde in consist. secreto 14 Nov. 1689 praedictis card.^{bus} os clausit et in fine eiusdem consist. aperuit ac anulum dedit c. tt.^{orum} assign. (l. c. ff. 246', 247-247').

[12]) Deput. protect. Congr. Cl.R.Min. 30 Apr. 1687 (S. Br. 1731 f. 1).

[13]) Ob. Bargae, in sua patria, prope Pisas 15 Sept. 1695, aet. an. 84, m. 11, dd. 2 (Arch. Caer. 561 fasc. C f. 99').

[14]) Cum Brevi Apost. 7 Sept. 1686 S.^{mus} D.N. ei biretum cardinal. misit (S. Br. 1767 f. 108). Deput. leg. Urbinaten. 12 Iul. 1688 (AC 23 f. 225). Prom. ad eccl. Spoletan. 28 Nov. 1689 (cf. Spoletan.); tr. ad eccl. Auximan. 8 Aug. 1691 (cf. Auximan.). Deput. protect. Congr.^{is} Silvestrinorum 7 Ian. 1700 (S. Br. 2022 f. 1).

[15]) Ob. 11 Febr. 1700 hora 23 Romae in palatio R.P.D. Buratti iuxta eccl. S. Angeli Custodis, ubi hospitabatur em. card. Pallavicinus, qui feria 3 praeterita forti apoplexia correptus et sensibus statim destitutus auxilii tum corporalis tum spiritualis incapax misera morte finivit; 13 Febr. habitae fuerunt consuetae exequiae in eccl. S. Martini de Montibus; de sero eius cadaver per modum depositi in eadem eccl. humatum fuit quo usque inveniatur eius testamentum quod supponitur ab eodem iam confectum, et videatur si aliunde forte sibi sepulturam elegisset (Arch. Caer. 541 f. 428).

19. **Angelus Maria Ranutius** (Ranuzzi),[1]) Bononien., ep. Fanen., nunt. apost. apud regem X^mum = † 27 Sept. 1689.[2])

20. **Maximilianus Gandulphus von Küenburg,**[3]) German., archiep. Salisburgen. = † 3 Maii 1687.[4])

21. **Verissimus de Lencastre** al. **Alencastre,**[5]) Lusitan., archiep. olim Bracharen. = † 12 Dec. 1692.[6])

22. **Marcellus Duratius** (Durazzo),[7]) Ianuen., archiep. Chalcedonen., nunt. apost. apud regem cath. = tt. S. Priscae 14 Nov. 1689, tr. ad tt. S. Petri ad Vincula 21 Febr. 1701, † 27 Apr. 1710.[8])

23. **Horatius Matthaeus** (Mattei), Roman., archiep. Damascen., S. Pal. Apost. praef. = tt. S. Laurentii in Panisperna 30 Sept. 1686, † 18 Ian. 1688.[9])

24. **Marcus Antonius Barbadicus** (Barbadico al. Barbarigo),[10]) Venetus, archiep. Corcyren. = tt. S. Susannae 30 Sept. 1686, tr. ad tt. S. Marci 1 Iul. 1697, † 26 Maii 1706.[11])

25. **Carolus Stephanus Cicerus** al. **de Ciceris** (Ciceri),[12]) Comen., ep. Comen. = tt. S. Augustini 7 Iul. 1687, † 24 Iun. 1694.[13])

26. **Leopoldus Carolus von Kollonitsch** (al. Kollonitz, Kolloniz, Kollonich, Collonicz),[14]) German., ep. Neostadien. = tt. S. Hieronymi Illyricorum 14 Nov. 1689, † 20 Ian. 1707.[15])

27. **Stephanus Le Camus,**[16]) Gallus, ep. Gratianopolitan. = tt. S. Mariae Angelorum in Thermis 8 Aug. 1691, † 12 Sept. 1707.[17])

28. **Ioannes von Goes** al. **Goës,**[18]) German., ep. Gurcen. = tt. S. Petri in Monte Aureo 14 Nov. 1689, † 19 Oct. 1696.[19])

29. **Michael Stephanus Radziejowski,**[20]) Polon., ep. Varmien. = tt. S. Mariae de Pace 14 Nov. 1689, † 11 Oct. 1705.[21])

30. **Petrus Matthaeus Petruccius** (Petrucci),[22]) Aesin., ep. Aesin. = tt. S. Marcelli 9 Iun. 1687, † 5 Iul. 1701.[23])

31. **Petrus de Salazar,**[24]) Hispan., ep. Salamantin. = tt. S. Crucis in Hierusalem 14 Nov. 1689, † 15 Aug. 1706.[25])

32. **Guilelmus Egon von Fürstenberg,**[26])German., ep. Argentinen. = tt. S. Honuphrii 14 Nov. 1689, † 9 Apr. 1704.[27])

33. **Ioannes Casimirus Dönhoff,**[28]) Polon., praeceptor hospitalis S. Spiritus de Urbe = tt. S. Ioannis ante Portam Latinam 30 Sept. 1686, † 20 Iun. 1697.[29])

---

[1]) Cum Brevi Apost. 7 Sept. 1686 S.^mus D.N. ei biretum cardinal. misit (S. Br. 1767 f. 108'); tr. ad eccl. Bononien. 17 Maii 1688 (cf. Bononien.).

[2]) Ob. in civ. Fanen. 27 Sept. 1689 (Ughelli II, 55).

[3]) Cum Brevi Apost. 7 Sept. 1686 S.^mus D.N. ei biretum cardinal. misit (S. Br. 1767 f. 116).

[4]) Ob. in civ. Salisburgen. 3 Maii 1687; nondum galerum cardinal. acceperat (Vat. Lat. 12340 f. 288).

[5]) Cum Brevi Apost. 7 Sept. 1686 S.^mus D.N. ei biretum cardinal. misit (S. Br. 1767 f. 108').

[6]) Ob. 12 Dec. 1692 in civ. Ulixbonen., a. agens circa 85; Romam nondum advenit, ideo galerum rubrum non habuit (Arch. Caer. 545 f. 140).

[7]) Cum Brevi Apost. 7 Sept. 1686 S.^mus D.N. ei biretum cardinal. misit (S. Br. 1767 f. 108'). Prom. ad eccl. Carpentoracten. 10 Nov. 1687 (cf. Carpentoracten.); tr. ad eccl. Ferrarien. 27 Nov. 1690 (cf. Ferrarien.); tr. ad eccl. Spoletan. 27 Aug. 1691 (cf. Spoletan.); deput. leg. Bononien. 28 Sept. 1693 (AC 24 f. 57'); prom. ad eccl. Faventin. 11 Nov. 1697 (cf. Faventin.); deput. leg. Romandiolae 6 Iun. 1701 (AC 25 f. 35').

[8]) Ob. Faventiae in suo palatio epali 27 Apr. 1710 hora 17, a. agens 76 (Arch. Caer. 547 f. 594); in sua cathedr. cadaver conditum fuit (AC 26 f. 37').

[9]) Ob. Romae 18 Ian. 1688 circa horam 6 noctis; 21 Ian. in eccl. S. Francisci prope Ripam factae fuerunt vigiliae prout de more praesente cadavere card. def.; cadaver in eadem eccl. in sacello gentilitio Matthaeiorum fuit sepulturae demandatum (Vat. Lat. 12340 f. 301').

[10]) Tr. ad eccl. Montis Falisci et Cornetan. 7 Iul. 1687 (cf. Montis Falisci).

[11]) Ob. in civ. Montis Falisci in suo epali palatio 26 Maii 1706 hora 10 (Arch. Caer. 547 f. 49).

[12]) Cum Brevi Apost. 10 Sept. 1686 S.^mus D.N. ei biretum cardinal. misit (S. Br. 1767 f. 117).

[13]) Ob. Novocomi 24 Iun. 1694 hora 15, aet. suae a. 78 (Arch. Caer. 514 f. 383).

[14]) Cum Brevi Apost. 13 Sept. 1686 S.^mus D.N. ei biretum cardinal. misit (S. Br. 1767 f. 116'). Tr. ad eccl. Iaurien. 16 Sept. 1686 (cf. Iaurien); tr. ad eccl. Strigonien. 22 Aug. 1695 (cf. Strigonien.).

[15]) Ob. Viennae 20 Ian. 1707 (Arch. Caer. 547 f. 173).

[16]) Cum Brevi Apost. 10 Sept. 1686 S.^mus D.N. ei biretum cardinal. misit (S. Br. 1767 f. 116'). In consist. publico 28 Iun. 1691 habito Innocentius PP. XII tradidit galerum em. card. Le Camus (Arch. Caer. 540 f. 150); in consist. secreto 8 Aug. 1691 Sum. Pont. ei os clausit et in eodem consist. aperuit c. tt.[1] assign. (AC 23 ff. 282, 283').

[17]) Ob. in civ. Gratianopolitan. 12 Sept. 1707 (L.Th.K. VI, 444).

[18]) Cum Brevi Apost. 10 Sept. 1686 S.^mus D.N. ei biretum cardinal. misit (S. Br. 1767 f. 116').

[19]) Ob. Romae in palatio ducis Casertae de Caetanis, sito in Via Lata, quod mutuo habuit per multos annos a praedicto duce, 19 Oct. 1696 hora 18, aet. an. 84, m. 8, dd. 9 (Arch. Caer. 541 f. 257); 22 Oct. fuerunt consuetae vigiliae in eccl. S.^mae Conceptionis PP. Capuccinorum (l. c. f. 257').

[20]) Cum Brevi Apost. 13 Sept. 1686 S.^mus D.N. ei biretum cardinal. misit (S. Br. 1767 f. 116'). Tr. ad eccl. Gnesnen. 17 Maii 1688 (cf. Gnesnen.).

[21]) Ob. 11 Oct. 1705 hora 13 cum dimidio Dancicae, quo se receperat propter magnas regni perturbationes (Arch. Caer. 546 ff. 847-848).

[22]) Cum Brevi Apost. 10 Sept. 1686 S.^mus D.N. ei biretum cardinal. misit (S. Br. 1767 f. 117). 7 Dec. 1693 fit camer. S. Coll. (cf. Appendix II B).

[23]) Ob. in loco Montefalco nunc. dioec. Spoletan. 5 Iul. 1701 hora 3 noctis calculorum morbo laborans (Arch. Caer. 546 f. 242).

[24]) Cum Brevi Apost. 10 Sept. 1686 S.^mus D.N. ei biretum cardinal. misit (S. Br. 1767 f. 116'). Tr. ad eccl. Corduben. 16 Sept. 1686 (cf. Corduben.).

[25]) Ob. 15 Aug. 1706 (Arch. Caer. 547 f. 173).

[26]) Cum Brevi Apost. 10 Sept. 1686 S.^mus D.N. ei biretum cardinal. misit (S. Br. 1767 f. 117).

[27]) Ob. in Gallia 9 Apr. 1704 (Arch. Caer. 546 f. 694).

[28]) Iam 28 Iun. 1685 fit ref. utr. sign. (S. Br. 1708 f. 324); 30 Iun. 1685 ei conc. commenda praeceptoriae archihospitalis S. Spiritus in Saxia de Urbe (l. c. f. 328 ss.). Prom. ad eccl. Caesenaten. 10 Nov. 1687 (cf. Caesenaten.); fit camer. S. Coll. 10 Ian. 1695 (cf. Appendix II B).

[29]) Ob. Romae in palatio suae habitationis sito ante eccl. S. Ludovici nationis Gallicae 20 Iun. 1697 hora 23 cum dimidio (Arch. Caer. 541 f. 295), a. agens 48, dd. 12 (Arch. Caer. 545 f. 647); 22 Iun. in eccl. S. Mariae in Vallicella celebratae fuerunt consuetae exequiae supra corpus card. def.[1]; deinde cadaver delatum fuit ad eccl. S. Caroli O.Trin.Reform. ad Quattuor Fontes in Monte Quirinali ibique humo traditum fuit (Arch. Caer. 541 f. 295 s.).

34. **Iosephus Sáenz de Aguirre,**[1]) Hispan., O.S.B. = tt. S. Balbinae 10 Nov. 1687, tr. ad tt. S. Mariae supra Minervam 30 Aug. 1694, † 19 Aug. 1699.[2])

35. **Leander Colloredo,**[3]) Venet., Congr. Orat. = tt. S. Petri in Monte Aureo 30 Sept. 1686, tr. ad tt. SS. Nerei et Achillei 7 Nov. 1689, ad tt. S. Mariae in Transtiberim 27 Apr. 1705, † 11 Ian. 1709.[4])

36. **Fortunatus Caraf(f)a,**[5]) Neapolitan. = tt. SS. Ioannis et Pauli 7 Iul. 1687, † 16 Ian. 1697.[6])

37. **Dominicus Maria Cursius** (Corsi),[7]) Florentin., Cam. Apost. aud. = tt. S. Eustachii 30 Sept. 1686, tr. ad tt. S. Petri in Monte Aureo 3 Dec. 1696, † 6 Nov. 1697.[8])

38. **Ioannes Franiscus Nigronus** (Negrone),[9]) Ianuen., S.^{tis} S. thesaur. = tt. S. Caesarei in Palatio 30 Sept. 1686, tr. ad tt. S. Mariae in Aracoeli 2 Ian. 1696, † 1 Ian. 1713.[10])

39. **Fulvius Astall(i)us** (Astalli),[11]) Roman., Cam. Apost. cler. = tt. S. Georgii ad Velum Aureum 30 Sept. 1686, tr. ad tt. S. Mariae in Cosmedin 17 Maii 1688, ad tt. SS. Cosmae et Damiani 19 Oct. 1689, ad tt. SS. Quirici et Iulittae 19 Febr. 1710, ad tt. S. Petri ad Vincula 7 Maii 1710, ad Sabinen. 16 Apr. 1714, ad Ostien. et Veliternen. 26 Apr. 1719, † 14 Ian. 1721.[12])

40. **Gaspar de Cavaleriis** (de' Cavalieri),[13]) Roman., Cam. Apost. cler. = tt. S. Mariae in Aquiro 30 Sept. 1686, tr. ad tt. S. Georgii in Velabro 17 Maii 1688, tr. ad tt. S. Angeli in Foro Piscium 28 Nov. 1689, † 17 Aug. 1690.[14])

41. **Ioannes Gualterius Slusius** (Sluse),[15]) Leodien., secr. Brevium = tt. S. Mariae de Scala 30 Sept. 1686, † 7 Iul. 1687.[16])

42. **Franciscus Maria Medices** (de' Medici),[17]) Florentin. = tt. S. Mariae in Domnica 9 Iul. 1687, dim. cardinalatum 19 Iun. 1709.[18])

43. **Rainaldus Estensis** (d'Este),[19]) Mutinen. = tt. S. Mariae de Scala 20 Dec. 1688, dim. cardinalatum 21 Mart. 1695.[20])

---

1) Cum Brevi Apost. 7 Sept. 1686 S.^{mus} D.N. ei biretum cardinal. misit (S. Br. 1767 f. 118). Absoluto consist. secreto 7 Iul. 1687 habito card. de Aguirre, qui solitum iuramentum in sacello publico pontificio, antequam clauderetur consist. secretum, emiserat, admissus fuit ad osculum pedis, manus et oris S.^{tis} S. et insign. fuit pileo purpureo (AC 23 f. 207'). In consist. secreto 10 Nov. 1687 S.^{mus} D.N. ei os clausit et in fine eiusdem consist. aperuit et anulum dedit c. tt.^{i} assign. (l. c. ff. 208, 211).

2) Ob. Romae in palatio DD. de Magnanellis in platea vulgo dicta Piazza di Spagna, quod locatum habebat, 19 Aug. 1699 de sero circiter hora 2 noctis (Arch. Caer. 541 f. 403), a. agens 69, m. 4, dd. 27 (Arch. Caer. 545 f. 848); 21 Aug. 1699 post prandium in eccl. SS. Iacobi et Ildephonsi nationis Hispanae cantatae fuerunt consuetae vigiliae supra corpus card. def.^{i} et de sero humo traditum fuit in sacello S. Ildephonsi eiusdem eccl. (Arch. Caer. 541 f. 103 s.).

3) 28 Febr. 1688 S.^{mus} D.N. declaravit card.^{lem} Colloredo poenit. maiorem (Arch. Caer. 542 f. 185). 10 Mart. 1694 deput. protect. O.F.M.Conv. (S. Br. 1887 f. 5). 2 Ian. 1696 fit camer. S. Coll. (cf. Appendix II B).

4) Ob. Romae 11 Ian. 1709 hora 19 cum quadrante (Arch. Caer. 547 ff. 477-478); 14 Ian. cadaver solemni equitatione a palatio card. Colloredo ad eccl. B.M.V. in Vallicella delatum fuit, in qua deinde celebratae fuerunt exequiae more solito (l. c. f. 486).

5) 2 Sept. 1686 disp. super eo quod non erat in ord. min. const. tempore suae creationis in card.^{lem} (S. Br. 1767 f. 96); cum Brevi Apost. 7 Sept. 1686 S.^{mus} D.N. ei biretum cardinal. misit (l. c. f. 118); 16 Sept. 1686 ei conc. ind. suscipiendi ord. s. extra tempora et non servatis interstitiis (l. c. f. 98). Prom. ad eccl. Aversan. 7 Iul. 1687 (cf. Aversan.); deput. leg. Romandiolae 9 Mart. 1693 (AC 24 f. 40').

6) Ob. 16 Ian. 1697 hora 8 circiter morbo apoplectico, extra Neapolim quarto ab urbe lapide in quodam loco Portici nunc. (Arch. Caer. 541 f. 276').

7) Deput. leg. Romandiolae 3 Mart. 1687 (AC 23 f. 195'). Prom. ad eccl. Ariminen. 7 Iul. 1687 (cf. Ariminen.). 27 Oct. 1689 prorogatur leg. Romandiolae ad aliud triennium (S. Br. 1787 f. 15). 14 Ian. 1697 fit camer. S. Coll. (cf. Appendix II B).

8) Ob. Arimini 6 Nov. 1697 (Arch. Caer. 541 f. 309).

9) Prom. ad eccl. Faventin. 7 Iul. 1687 (cf. Faventin.). Deput. leg. Bononien. 10 Nov. 1687 (AC 23 f. 208).

10) Ob. Romae in palatio suae solitae resid. 1 Ian. 1713 hora 8; nat. 3 Oct. 1629, vixit annos 84, m. 2, dd. 28; 3 Ian. in eccl. S.^{mi} Nominis Iesu factae fuerunt exequiae pro anima card. def. eius cadavere more solito praesente (Arch. Caer. 562 ff. 1'-4').

11) 2 Sept. 1686 disp. super eo quod non erat in min. ord. const. tempore suae creationis in card.^{lem} quodque avunculum in S. Coll. habeat, videlicet card.^{lem} Maidalchinum (S. Br. 1767 f. 86). 24 Sept. 1693 fit praef. Signaturae Iustitiae ad interim (Arch. Caer. 514 f. 299'). Deput. leg. Urbinaten. 28 Sept. 1693 (AC 24 f. 57'), leg. Romandiolae 24 Sept. 1696 (l. c. f. 153'), leg. Ferrarien. 24 Nov. 1698 (l. c. f. 203). 10 Febr. 1701 prorogatur leg. Ferrarien. ad aliud triennium (S. Br. 2070 f. 3). Consecr. Romae a Sum. Pont. in eccl. B.M.V. Angelorum 13 Maii 1714 (Arch. Caer. 548 f. 32).

12) Ob. Romae 14 Ian. 1721 hora 5, a. aet. suae 67. Cum debita pompa delatum cadaver ad eccl. S. Mariae in Aracoeli post iusta de more persoluta in avito sepulchro conditum fuit (AC 27 f. 264).

13) 2 Sept. 1686 disp. super eo quod non erat in ord. min. const. tempore suae creationis in card.^{lem} (S. Br. 1767 f. 88). Prom. ad ord. min., subdiac.^{tus}, diac.^{tus} et pbr.^{tus} 19, 20, 27, 28 Oct. 1686 (Vat. Lat. 12340 ff. 274'-276). Prom. ad eccl. Capuan. 7 Iul. 1687 (cf. Capuan.).

14) Ob. Romae in palatio suae solitae residentiae morbo podagrae summopere laborans 17 Aug. 1690 hora 5, a. agens 42 (Arch. Caer. 543 f. 352); 19 Aug. in eccl. S. Mariae de Aracoeli habitae fuerunt exequiae pro anima card. def.^{i} (l. c.).

15) 2 Sept. 1686 disp. super eo quod non erat in ord. min. const. tempore suae creationis in card.^{lem} (S. Br. 1767 f. 92); 5 Sept. 1686 ei conc. ind. suscipiendi omnes etiam s. ord. extra tempora et non servatis interstitiis (l. c. f. 96).

16) Ob. Romae in suo proprio palatio e conspectu conventus O.F.M. Conv. in foro DD. de Mutis ad clivum Montis Quirinalis posito 7 Iul. 1687 hora 15 (Arch. Caer. 560 fasc. A f. 36'), in 59 aet. suae a. const.; 9 Iul. in eccl. S. Mariae de Anima fuerunt cantatae vigiliae praesente cadavere dicti card. et in sero in sacello suorum maiorum in eadem eccl. existente sepulturae demandatum fuit (Vat. Lat. 12340 f. 299).

17) 2 Sept. 1686 disp. super eo quod non erat in ord. min. const. tempore suae creationis in card.^{lem} (S. Br. 1767 f. 96). Cum Brevi Apost. 7 Sept. 1686 S.^{mus} D.N. ei biretum cardinal. misit (l. c. f. 120). Deput. protect. O.S.M. 9 Nov. 1689 (S. Br. 1788 f. 13), protect. Congr.^{is} Vallis Umbrosae 19 Iul. 1698 (S. Br. 2045 f. 91). 24 Apr. 1703 ei conc. ind. suscipiendi ord. s. extra tempora et non servatis interstitiis (S. Br. 2111 f. 1). Deput. protect. Ord. Guilelmitarum sub regula S. Benedicti 12 Iul. 1704 (S. Br. 2139 f. 1).

18) In consist. secreto 19 Iun. 1709 S.^{mus} D.N. admisit dim. cardinalatus in manibus S.^{tis} S. factam (AC 25 f. 230 s.).

19) 2 Sept. 1686 disp. super eo quod non erat in ord. min. const. tempore suae creationis in card.^{lem} et quia avunculum in S. Coll. habeat videlicet Carolum Barberinum (S. Br. 1767 f. 96). Cum Brevi Apost. 7 Sept. 1686 S.^{mus} D.N. ei biretum cardinal. misit (l. c. f. 120'). Absoluto consist. secreto 6 Dec. 1688 habito card. Estensis, qui solemni equitatu a Porta Flaminia ad sacellum pontificium, ipso S. Coll. comitante deductus, solitum iuramentum, antequam clauderetur consist., coram ordinum capitibus emiserat, admissus fuit ad osculum pedis, manus et oris S.^{tis} S. ac pileo rubro est insign. (AC 23 f. 233' s.). In consist. secreto 20 Dec. 1688 S.^{mus} D.N. ei os clausit et in fine eiusdem consist. aperuit eique dedit anulum cardinal. c. tt.^{i} assign. (l. c. ff. 234, 235'). Deput. protect. monachorum Congr.^{is} Montis Oliveti 29 Apr. 1690 (S. Br. 1797 f. 37).

20) 21 Mart. 1695 S.^{mus} D.N. admisit dim. cardinalatus a card. Estensi factam in manibus S.^{tis} S. ad conservandam familiam Estensem (AC 24 ff. 110'-111').

IV. Alexander VIII

Antea Petrus Otthobonus, ep. Portuen.,[1]) electus 6 Oct. 1689,[2]) coronatus 16 Oct.,[3]) † 1 Febr. 1691.[4])

---

[1]) Cf. Hierarchia IV, S.R.E. card. VI, 26.

[2]) Completis exequiis pro anima s. mem. Innocentii PP. XI, 23 Aug. 1689 em. card.les interfuerunt missae de Spiritu Sancto in choro canonicorum bas. Vat. cantatae ab em. card. Alterio S.R.E. camer. Post missam intonato hymno Veni Creator processionaliter ingressi sunt conclave em. card.les, qui fuerunt tantum novem - nam alii ad propria redierunt volentes de sero conclave intrare - et post accessum ad capellam Paulinam solitum iuramentum praestiterunt; post prandium venerunt alii card.les et alii de sero. Post horam 22 em. card.les in capella Sixtina acceperunt solitum fidelitatis iuramentum ab em. principe Sabello perpetuo maresciallo S.R.E. et conclavis et aliorum officialium. Tandem hora fere 4 noctis omnibus exteris exclusis clausa fuit porta conclavis. Card.les, qui de mane ingressi sunt conclave, fuerunt em. DD. Chisius, Casanate (II, 13), Marescottus (II, 17), de Norfolk (II, 20), de Laurea (III, 12), de Angelis (III, 17), S. Susannae (III, 24), Colloredo (III, 35) et Nigronus (III, 38). De sero vero ingressi fuerunt em. DD. Otthobonus, Cibo, Bichius, Alterius, Barberinus, de Comitibus, de Carpineo (II, 3), d'Estrées (II, 7), Columna (II, 14), Nerlius (II, 10), Spada (II, 19), Capisuccus (III, 10), Maidalchinus, Sacchettus (III, 13), Ginettus (III, 14), Pamphilius (III, 15), Astallius (III, 39), de Cavaleriis (III, 40), Medices (III, 42). 24 Aug. post missam de Spiritu Sancto iuraverunt bullas em. card.les, qui heri mane in capellam Paulinam non convenerant. Em. Cibo et de Cavaleriis praestiterunt iuramentum in suis cellis praesentibus ordinum prioribus. 24 Aug. post scrutinium vespertinum aperta fuit porta et ingressus est conclave em. Ursinus (II, 5) cum suis conclavistis; 25 Aug. post scrutinium vespertinum ingressi sunt conclave em. Pignatellus (III, 2), Petruccius (III, 30), Carafa (III, 36) et Estensis (III, 43) et praestiterunt solitum iuramentum in capella Sixtina. 26 Aug. post scrutinium vespertinum ingressi sunt conclave em. Fransonus et Pallavicinus; omnibus card.bus in sacellum Sixtinum ingressis praedicti duo card.les iuramentum praestiterunt. 28 Aug. post. scrutinium vespertinum ingressi sunt conclave em. Iulius Spinula, de Aguirre (III, 34) et Cursius (III, 37). Conclavistae eorum praestiterunt solitum iuramentum statim ac ingressi; em. vero card.les se contulerunt ad capellam Sixtinam et praesentibus ordinum prioribus et quampluribus aliis card.bus consuetum iuramentum praestiterunt. 29 Aug. ante scrutinium matutinum ingressus est conclave em. Acciaiolus (I, 8) et post missam solitam praestitit iuramentum; post scrutinium vespertinum eiusdem diei ingressi sunt conclave em. Gregorius Barbadicus et Cicerus (III, 25) et praestiterunt solitum iuramentum in capella Sixtina. 30 Aug. ante scrutinium matutinum ingressus est conclave em. Cerrus (I, 10) et praestitit in sua cella consuetum iuramentum. 31 Aug. de sero ingressus est conclave em. Dönhoff (III, 33), qui sequenti die ante scrutinium matutinum praestitit iuramentum. 5 Sept. ante scrut. matutinum ingressus est conclave em. Delphinus et praestitit consuetum iuramentum ante scrutinium. 6 Sept. post scrutinium vespertinum ingressus est conclave em. card. S. Caeciliae (III, 1) et quia summopere podagra laborat, expletis officiis cum aliis em. card.bus, sedit in sede portatili et ad suam cellam se transtulit. 13 Sept. ante scrutinium matutinum ingressus est conclave em. Kollonitsch (III, 26), qui post missam praestitit solitum iuramentum. 21 Sept. ante scrutinium matutinum ingressus est conclave em. Vicecomes (III, 7), archiep. Mediolanen. 24 Sept. ante scrutinium matutinum egressus est e conclavi em. Iulius Spinula faucium inflammatione et febri laborans praehabita licentia exeundi a card.bus. 26 Sept. post scrutinium vespertinum ingressi sunt conclave em. de Bouillon (I, 4), Bonsius (II, 4) et Fürstenberg (III, 32); die sequenti em. de Bouillon infirmus ante scrutinium matutinum in sua cella praestitit solitum iuramentum, Bonsius et Fürstenberg vero post extractionem scrutatorum. 4 Oct. absoluto scrutinio matutino habita fuit congregatio, in qua concessum fuit facultas card.li Nigrono infirmo exeundi e conclavi, qui tempore scrutinii vespertini exiit. 6 Oct. mane conclusa fuit practica de Sum. Pont. electione in pers. em. card. Otthoboni et post scrutinium omnes em. card.les accesserunt ad em. Otthobonum et eius manum osculati sunt; hora 18 em. card.les accesserunt ad cellam em. card. Otthoboni illumque summo iubilo ad capellam duxerunt, ubi invocato Spiritus Sancti auxilio em. card.les devenerunt ad scrutinii et accessus actus pro canonica Sum. Pont. electione. Facta recognitione schedularum dixerunt em. recognitores omnia et omnes concordare. Deinde em. decan., ordinum priores, et fere omnes alii card.les accesserunt ad em. Otthobonum electum, qui nomen sibi imposuit Alexandri VIII (Ex diariis *Candidi Cassinae in ipso conclavi caeremoniarum magistri*, Arch. Caer. 543 ff. 1-130). Em. card.les absentes a Curia tempore conclavis fuerunt: Portocarrero (I, 5), Bonvisius (III, 5), de Alencastre (III, 21), Duratius (III, 22), Le Camus (III, 27), de Goes (III, 28), Radziejowski (III, 29), de Salazar (III, 31). Em. Ranutius (III, 19), dum Romam petebat, ob. in civ. Fanen. Neoelectus Sum. Pont. nat. est Florentiae, dum ibi Marcus Otthobonus vir clarissimus ac postea eques et magnus Venetiarum cancellarius, apud magnum Hetruriae ducem reipublicae Venetae negotia gerebat, 17 Apr. 1610 (Ex diariis *Dominici Cappelli caeremoniarum magistri*, Arch. Caer. 560 fasc. D ff. 7'-8').

[3]) Die Dominica 16 Oct. 1689 S.mus D.N. solitis praecedentibus caeremoniis trino diademate coronatus fuit supra porticum bas. S. Petri (AC 23 f. 242).

[4]) 30 Ian. 1691 S.mus D.N. hora 4 noctis coram omnibus card.bus ab ipso creatis extremo Corporis Christi Viatico summo pietatis sensu refectus est (Arch. Caer. 560 fasc. H ff. 42'-43). 1 Febr. 1691 hora 10 noctis praeteritae in accessu febris S.mus D.N. sensibus destitutus fuit, nec amplius loqui, videre et audire potuit. Hora 22 cum quadrante assistentibus em. Colloredo maiore poenit. ac S. Petri poenit.bus Sum. Pont. diem clausit extremum. Em. camer. certior factus de obitu Sum. Pont. ad Quirinale accessit et recognitionem mortis fecit. 2 Febr. hora prima noctis cadaver transportatum fuit ad Vat. in sacellum Sixtinum. 3 Febr. in congregatione gen. fractus fuit anulus piscatoris a primo magistro caeremoniarum; expleta congregatione cadaver ad bas. S. Petri delatum et depositum fuit in capella S.mi Sacramenti intus cancellos ferreos (Ex diariis *B. Porti caeremoniarum magistri*, Arch. Caer. 540 ff. 6-13). 5 Febr. post solis occasum humatum fuit corpus Sum. Pont. in bas. Vat. praesentibus em. card.bus creaturis et etiam em. Barberino uti affine necnon excell. nepotibus, omnibus de Camera Secreta (Arch. Caer. 543 f. 497). 18 Febr. 1706 post horam 23 in choro can.orum bas. Vat. facta fuit recognitio cadaveris s. mem. Alexandri PP. VIII; corpus omnino integrum inventum fuit. Capsis diligenter iterum clausis et sigillis em. card. Otthoboni munitis corpus repositum fuit in tumulum praeparatum (Arch. Caer. 547 ff. 10-13).

Quaedam adnotationes praesertim ex actis consist. depromptae: In consist. secreto 19 Oct. 1689 S.mus D.N. gratias egit card.bus de Sua ad Summi Apostolatus apicem assumptione (AC 23 f. 242) et deinde solitum iuramentum praestitit (Arch. Caer. 543 ff. 152-153). 23 Oct. 1689 S.mus D.N. solemnem possessionem bas. S. Ioannis Lateranen. accepit (l. c. ff. 158-169). In consist. secreto 28 Nov. 1689 habito S.mus D.N. publicavit universale iubilaeum, ut solent Summi Pontifices in initio Pontificatus ad divinam assistentiam implorandam (AC 23 ff. 248-249). In consist. secreto 13 Febr. 1690 S.mus D.N. allocutionem habuit de bello atroci inter principes christianos (l. c. ff. 255'-257). In consist. secreto 6 Mart. 1690 habito S.mus D.N. significavit S. Coll. electionem Romanorum regis in pers. Iosephi Hungariae regis (Arch. Caer. 543 f. 257). In consist. secreto 10 Iul. 1690 habito S.mus D.N. explicavit card.bus Suum desiderium pacis universalis et ab illis petiit consilium et auxilium (AC 23 f. 272). In consist. semipublico 25 Sept. 1690 habito em. card.les et ep.i dederunt sententias super canonizatione BB. Laurentii Iustiniani, patr. Veneti, et Ioannis a Capistrano O.F.M. Obs. (Arch. Caer. 543 ff. 370-376) et in consist. semipublico 2 Oct. 1690 super canonizatione BB. Ioannis a S. Facundo O.E.S.Aug., Ioannis de Deo Ord. Hospitalarii «Fate Bene Fratelli» et Paschalis Baylon O.F.M. strictioris Obs. (l. c. ff. 380-382). 16 Oct. 1690 apud S. Petrum peracta fuerunt solemnia canonizationis supradictorum BB. (l. c. ff. 391-420).

S.R.E. cardinales ab ipso creati:

a) *in prima promotione 7 Nov. 1689 habita.*[1])

1. **Petrus Otthobonus** (Ottoboni),[2]) Venet., pronepos S.tis S. = tt. S. Laurentii in Damaso 14 Nov. 1689, iterum 26 Iun. 1724,[3]) tr. ad Sabinen. 29 Ian. 1725, ad Tusculan. 24 Iul. 1730,[4]) ad Portuen. et S. Rufinae 15 Dec. 1734,[5]) ad Ostien. et Veliternen. 3 Sept. 1738,[6]) † 29 Febr. 1740.[7])

b) *in secunda promotione 13 Febr. 1690 habita.*[8])

2. **Bandinus Panciaticus** (Panciatici),[9]) Florentin., patr. Hierosolymitan. ac S.tis S. dat. = tt. S. Thomae in Parione 10 Apr. 1690, tr. ad tt. S. Pancratii 8 Aug. 1691, ad tt. S. Praxedis 19 Febr. 1710, † 21 Apr. 1718.[10])

3. **Iacobus Cantelmus** (Cantelmi),[11]) Neapolitan., archiep. Caesarien., nunt. extraord. apud caes. maiest. = tt. SS. Marcellini et Petri 10 Apr. 1690, † 11 Dec. 1702.[12])

4. **Ferdinandus de Abdua** (d'Adda),[13]) Mediolanen., archiep. Amasien. = tt. S. Clementis 10 Apr. 1690, tr. ad tt. S. Balbinae 2 Ian. 1696, ad tt. S. Petri ad Vincula 16 Apr. 1714, tr. ad Albanen. 21 Ian. 1715, † 27 Ian. 1719.[14])

5. **Tussanus de Forbin Janson,**[15]) Gallus, ep. Belvacen. = tt. S. Agnetis extra moenia 10 Iul. 1690, tr. ad tt. S. Calixti 28 Sept. 1693, † 24 Mart. 1713.[16])

6. **Ioannes Bapt. Rubinus** (Rubini),[17]) Venet., ep. Vicentin. = tt. S. Laurentii in Panisperna 10 Apr. 1690, tr. ad tt. S. Marci 25 Iun. 1706, † 17 Febr. 1707.[18])

7. **Franciscus Iudice** (del Giudice),[19]) Neapolitan., Cam. Apost. cler. = tt. S. Mariae de Populo 10 Apr. 1690, tr. ad tt. S. Sabinae 30 Mart. 1700, ad Praenestin. 12

---

1) In consist. secreto 7 Nov. 1689 S.mus D.N. creavit in card.lem Petrum Otthobonum, ex nobili viro Antonio Otthobono, S.tis S. secundum carnem ex fratre germano nepote, pronepotem (AC 23 f. 244'). In consist. publico 10 Nov. 1689 ei galerum rubrum tradidit; in consist. secreto 14 Nov. ei os clausit et in fine eiusdem consist. aperuit et anulum dedit c. tt.i assign. (l. c. f. 246').

2) Charactere cler. insign. et prom. ad ord. min. 20 Oct. 1689 (Arch. Caer. 543 ff. 153-155); eadem die fit utr. sign. ref. (S. Br. 1787 f. 29); fit superintendens gen. negotiorum Sedis Apost. 8 Nov. 1689 (S. Br. 1816 ff. 350-356); eadem die obtinet gubernium civ.tis Firman., civ.tis Tiburtin., terrae Capranicae (l c. ff. 432, 438, 440); fit vicecancellarius S.R.E. 14 Nov. 1689 (cf. Appendix I); deput. leg. Avenionen. 11 Ian. 1690 (AC 23 f. 252'); deput. protect. O.Merc. 1 Mart. 1690 (S. Br. 1816 f. 422), protect. coll. Germanici de Urbe 13 Apr. 1690 (l. c. f. 424), protect. Congr.is Erem. S. Hieronymi Lombardiae 22 Nov. 1698 (S. Br. 1995 f. 5), protect. Congr.is Cl.R.Matris Dei 16 Febr. 1699 (S. Br. 2001 f. 1), protect. cantorum et capellanorum Capellae S.tis S. 27 Nov. 1700 (S. Br. 2067 f. 45), protect. Congr.is Can. Reg. S. Salvatoris O.S.Aug. 13 Iun. 1724 (S. Br. 2618 f. 20). Prom. ad ord. subdiac.tus, diac.tus et pbr.tus 11, 13, 14 Iul. 1724 (Arch. Caer. 573 pp. 60-62); consecr. Romae in bas. S. Mariae Maioris a Sum. Pont. 4 Febr. 1725 (l. c. pp. 202-204).

3) 26 Iun. 1724 eandem eccl. ut tt. presbyteralem recepit (AC 28 f. 100); a die 29 Iun. 1725 dictam eccl. usque ad sui obitum in commendam retinuit.

4) AC 30 f. 17'.

5) AC 31 f. 39'.

6) AC 31 f. 188.

7) Petrus card. Otthobonus, Alexandri PP. VIII nepotis filius, S. Coll. decan., ep. Ostien. et Veliternen., S.R.E. vicecancellarius, S. Congr.is S. Officii a secretis et Galliarum protect., post ob. Clementis PP. XII sede vacante, dum initis comitiis morbo letaliter correptus, e Vaticano eductus post paucos dies aucta febri confectus pridie Kal. Mart. 1740 decessit, a. agens 73 (AC 31 f. 281'); corpus card. def.i de sero ad eccl. S. Laurentii in Damaso translatum fuit; peractis in dicta eccl. exequiis in sepulchro a se constructo in sacello S.mi Sacramenti tumulatum fuit (Arch. Caer. 166 A).

8) In consist. secreto 13 Febr. 1690 S.mus D.N. creavit 11 card.les, scil. *pbr.os*: Bandinum Panciaticum, patr. Hierosolymitan. ac S.tis S. dat., Florentin.; Iacobum Cantelmum, archiep. Caesarien. et apud caes. maiest. nunt. extraord., Neapolitan.; Ferdinandum de Abdua, archiep. Amasien., Mediolanen.; Tussanum de Forbin Janson, ep. Belvacen., Gallum; Ioannem Bapt. Rubinum, ep. Vicentin., Venet.; Franciscum Iudice, Cam. Apost. cler., Neapolitan.; Ioannem Costagutum, Cam. Apost. cler., Roman.; *diac.os*: Carolum Bichium, Cam. Apost. aud., Senen.; Iosephum Renatum Imperialem, Cam. Apost. thesaur. gen., Ianuen.; Aloysium Homodeum, Cam. Apost. cler., Mediolanen.; Ioannem Franciscum Albanum, S.mi D.N. Brevium a secretis, Urbinaten. (AC 23 f. 257). In consist. publico 16 Febr. 1690 S.mus D.N. galerum rubrum tradidit praedictis card.bus, exceptis card.bus Tussano de Forbin et Cantelmo (l. c. f. 258) et in consist. secreto 6 Mart. 1690 eisdem et card.li Cantelmo os clausit et 10 Apr. aperuit c. tt.orum assign. (l. c. ff. 259, 262, 264'-265).

9) Iam 9 Oct. 1689 deput. dat. (Arch. Caer. 560 fasc. D f. 9), denuo deput. ab Innocentio XII 14 Iul. 1691 (S. Br. 1823 f. 15); 15 Sept. 1696 deput. protect. Congr. Cassinen. O.S.B. (S. Br. 1945 f. 5); a. 1699 fit camer. S. Coll. (cf. Appendix II B); fit praef. S. Congr. Concilii 4 Dec. 1700 (S. Br. 2067 ff. 39-40).

10) Ob. 21 Apr. 1718 hora 21 cum dimidio Romae in palatio suae resid. DD. de Bolognettis, a. agens 89; 23 Apr. in eccl. S. Marci celebratae fuerunt exequiae, et de sero cadaver card. def. delatum ad eccl. S. Pancratii ibique tumulatum fuit in sepulchro, quod pro se aedificari fecerat (Arch. Caer. 548 f. 310); postea cadaver Florentiam ex eius tabulis transferendum ibique in eccl. S. Mariae Novellae avitoque sepulchro collocandum est (AC 27 f. 90).

11) In consist. publico 2 Mart. 1690 S.mus D.N. tradidit galerum rubrum em. card.li Cantelmo (Arch. Caer. 543 f. 253), qui 25 Febr. 1690 Romam advenerat ex Augusta Vindelicorum, ubi ut extraord. nunt. apost. in dieta, in qua electus fuit rex Romanorum, interfuerat (Arch. Caer. 560 fasc. G f. 11); deput. leg. Urbinaten. 10 Apr. 1690 (AC 23 f. 262); prom. ad eccl. Capuan. 27 Sept. 1690 (cf. Capuan.), tr. ad eccl. Neapolitan. 23 Iul. 1691 (cf. Neapolitan.); fit camer. S. Coll. 3 Febr. 1700 (cf. Appendix II B).

12) Ob. in civ. Neapolitan. 11 Dec. 1702 hora 22, a. agens 57 (Arch. Caer. 546 f. 474).

13) 10 Maii 1695 deput. protect. Congr.um Camaldulensium (S. Br. 1916 f. 5); 24 Sept. 1696 deput. leg. Ferrarien. (AC 24 f. 153'), 24 Nov. 1698 leg. Bononien. (l. c. f. 203); 7 Febr. 1701 ei conc. prorogatio leg. Bononien. ad aliud triennium (S. Br. 2070 f. 1).

14) Ob. 27 Ian. 1719 hora 11 cum tribus quadrantibus Romae in palatio suae resid. in platea SS. Apostolorum, aet. suae an. 68, m. 4, dd. 27. Iste piissimus card. fuit nunt. apost. apud Iacobum II Angliae regem et S. Congr. Rituum praef.; 29 Ian. in eccl. S. Caroli ad Cursum celebratae fuerunt exequiae (Arch. Caer. 548 ff. 347-349) et deinde eius cadaver in eadem eccl. tumulatum fuit (Arch. Caer. 571 p. 165).

15) Cum Brevi Apost. 18 Febr. 1690 S.mus D.N. ei biretum cardinal. misit (S. Br. 1816 f. 183). In consist. publico 6 Iul. 1690 S.mus D.N. ei tradidit pileum rubrum (Arch. Caer. 543 ff. 343-344). In consist. secreto 10 Iul. 1690 S. S. ei os clausit et in fine eiusdem consist. aperuit c. tt.i assign. (AC 23 ff. 270', 272). 23 Ian. 1702 fit camer. S. Coll. (cf. Appendix II B).

16) Ob. Parisiis 24 Mart. 1713 (AC 26 f. 114').

17) Deput. leg. Urbinaten. 27 Sept. 1690 (AC 23 f. 274). Fit camer. S. Coll. 15 Ian. 1703 (cf. Appendix II B).

18) 17 Febr. 1707 hora 23 em. card. Rubinus, s. mem. Alexandri PP. VIII nepos, Romae in palatio Cancellariae diem clausit extremum; 19 Febr. in eccl. S. Marci celebratae fuerunt exequiae pro anima dicti card. eius cadavere de more praesente (Arch. Caer. 547 f. 174).

19) 13 Febr. 1690 disp. super eo quod non erat in ord. min. const. tempore suae creationis in card.lem (S. Br. 1816 f. 189); 29 Dec. 1691 ei conc. ind suscipiendi ord. s. extra tempora et non servatis interstitiis

Iul. 1717, ad Tusculan. 3 Mart. 1721, ad Ostien. et Veliternen. 12 Iun. 1724, † 10 Oct. 1725.[1])

8. **Ioannes Bapt. Costagutus** (Costaguti),[2]) Roman., Cam. Apost. cler. = tt. S. Bernardi ad Thermas 10 Apr. 1690, tr. ad tt. S. Anastasiae 12 Nov. 1691, † 8 Mart. 1704.[3])

9. **Carolus Bichius** (Bichi), Senen., Cam. Apost. aud. = tt. S. Mariae in Cosmedin 10 Apr. 1690, tr. ad tt. S. Agathae 22 Dec. 1693, † 7 Nov. 1718.[4])

10. **Iosephus Renatus Imperialis** (Imperiali al. Imperiale),[5]) Ianuen., Cam. Apost. thesaur. gen. = tt. S. Georgii in Velabro 10 Apr. 1690, iterum 9 Dec. 1726,[6]) tr. ad tt. S. Laurentii in Lucina 20 Ian. 1727, † 15 Ian. 1737.[7])

11. **Aloysius Homodeus** (Omodei),[8]) Mediolanen., Cam. Apost. cler. = tt. S. Mariae in Porticu 10 Apr. 1690, † 18 Aug. 1706.[9])

12. **Ioannes Franciscus Albanus** (Albani),[10]) Urbinaten., secr. Brevium = tt. S. Mariae in Aquiro 10 Apr. 1690, tr. ad tt. S. Adriani 22 Maii 1690, ad tt. S. Silvestri in Capite 30 Mart. 1700, el. Sum. Pont. Clemens XI 23 Nov. 1700.

e) *in tertia promotione 13 Nov. 1690 habita.*[11])

13. **Franciscus Barberinus** (Barberini),[12]) Roman. = tt. S. Angeli in Foro Piscium 27 Nov. 1690, tr. ad tt. S. Bernardi ad Thermas 6 Maii 1715, ad tt. S. Praxedis 11 Maii 1718, ad Praenestin. 3 Mart. 1721, ad Ostien. et Veliternen. 1 Iul. 1726, † 17 Aug. 1738.[13])

14. **Laurentius Alterius** al. de Alteriis (Altieri),[14]) Roman. = tt. S. Mariae in Aquiro 27 Nov. 1690, tr. ad tt. S. Nicolai in Carcere 8 Iun. 1707, ad tt. S. Agathae 14 Nov. 1718, ad tt. S. Mariae in Via Lata 24 Iul. 1730,[15]) † 3 Aug. 1741.[16])

(S. Br. 2039 f. 112). 15 Dec. 1701 ei conc. ind. suscipiendi munus proregis et capitanei gen. regni Siciliae (S. Br. 2508 f. 94). Prom. ad eccl. Montis Regalis in Sicilia 14 Ian. 1704 (cf. Montis Regalis). 2 Iun 1711 deput. inquisitor gen. in regnis Hispaniarum (S. Br. 2298 ff. 1-7): 11 Aug. 1719 fit min. caesareus apud Sed. Apost. (Arch. Caer. 548 f. 411).

[1]) Ob. 10 Oct. 1725 hora 18 Romae, omnibus Eccl.^ae sacramentis corroboratus, aet. suae annos agens 77, m. 10, dd. 3 (Arch. Caer. 590 p. 504); eius cadaver vespere sequentis diei ad eccl. suam paroecialem S. Marcelli delatum fuit, ac mane 12 Oct. solemnes exequiae persolutae sunt praesente Sum. Pont. in dicta eccl.; hora 24 cadaver cum equitatione consueta, decano S. Coll. debita, ad eccl. S. Mariae supra Minervam delatum fuit, in qua per modum depositi tumulandum erat cadaver, transferendum deinde Neapolim in sepulchro maiorum suorum (Arch. Caer. 573 pp. 375-377).

[2]) 18 Iul. 1690 ei conc. ind. suscipiendi omnes ord. extra tempora et non servatis interstitiis (S. Br. 1816 f. 214).

[3]) Ob. 8 Mart. 1704 hora 15 Romae in palatio suae resid.; 10 Mart. in eccl. S. Caroli ad Catinarios celebratae fuerunt exequiae (Arch. Caer. 546 ff. 674-675).

[4]) Ob. 7 Nov. 1718 hora 12 cum quadrante Romae in palatio suae resid. ad S. Andream de Valle, a. agens 80; 10 Nov. in eccl. B.M.V. supra Minervam celebratae fuerunt exequiae; de sero corpus card. def. translatum fuit ad eccl. S. Agathae ibi tumulandum (Arch. Caer. 548 ff. 330-331).

[5]) Iam 14 Sept. 1686 deput. commiss. gen. classis et triremium necnon fortalitiorum ac turrium maritimarum Sed. Apost. (S. Br. 1723 f. 5). 13 Febr. 1690 disp. super eo quod non erat in ord. min. const. tempore suae creationis in card.^lem (S. Br. 1816 f. 192); 18 Mart. 1690 ei conc. ind. suscipiendi omnes ord. extra tempora et non servatis interstitiis (l. c. f. 216); 10 Apr. 1690 deput. leg. Ferrarien. (AC 23 f. 262 s.); 10 Iun. 1690 deput. ad exercendam leg. Bononien. (S. Br. 1816 ff. 218-219); 17 Iul. 1691 conc. ei prorogatio leg. Ferrarien. ad aliud triennium (S. Br. 1823 f. 11); 21 Nov. 1698 deput. protect. O.E.S.Aug. (S. Br. 1995 f. 9), 15 Maii 1700 protect. Congr. Montis Virginis O.S.B (S. Br. 2030 f. 13), 1 Sept. 1706 protect. regni Hiberniae (S. Br. 2191 f. 23); 14 Oct. 1711 deput. leg. de latere ad Carolum III regem cath. per Italiam transeuntem (AC 26 f. 58).

[6]) 9 Dec. 1726 eandem eccl. recepit in tt. presbyteralem: a 20 Ian. 1727 eandem eccl. in commendam retinuit usque ad 17 Nov. 1732, qua die hunc tt. dimisit (AC 30 f. 243').

[7]) 15 Ian. 1737 de sero hora 4 post brevem morbum em. card. Iosephus Renatus Imperialis, praef. Congr.^um Boni Regiminis, Disciplinaeque Regularis, ob. aet. suae agens annos 85, m. 8, dd. 18; 17 Ian. 1737 in eccl. S. Augustini - cadaver illius in antecedenti sero private illuc delatum - solitae vigiliae cantatae fuerunt; quibus completis in eadem eccl. eius corpus tumulatum remansit (Arch. Caer. 592 pp. 434-435).

[8]) 13 Febr. 1690 disp. super eo quod non erat in ord. min. const. tempore suae creationis in card.^lem (S. Br. 1816 f. 192); 21 Iul. 1693 ei conc. ind. suscipiendi ord. extra tempora et non servatis interstitiis (S. Br. 2040 f. 97).

[9]) Ob. 18 Aug. 1706 hora 16 cum dimidio Romae; nat. 20 Mart. 1657; 19 Aug. 1706 in eccl. S. Caroli ad Cursum celebratae fuerunt exequiae (Arch. Caer. 547 ff. 91-92).

[10]) Iam 5 Oct. 1678 ei conc. offic. secr. Brevium (S. Br. 1737 f. 38); fit can. bas. S. Petri 29 Oct. 1688 (bulla provis. S. Br. 1771 ff. 279-280). 21 Apr. 1696 deput. protect. O.Carth. (S. Br. 1935 f. 1).

[11]) In consist. secreto 13 Nov. 1690 S.^mus D.N. creavit 2 card.^les *diac.*, scil. Franciscum Barberinum et Laurentium Alterium (AC 23 f. 276'). In consist. publico 16 Nov. 1690 S.^mus D.N. eisdem card.^bus tradidit pileum (Arch. Caer. 543 f. 434). In consist. secreto 27 Nov. 1690 S.^mus D.N. eis os clausit et in fine eiusdem consist. aperuit ac tradidit anulum cardinal. c. tt.^orum assign. (AC 23 ff. 277, 278').

[12]) 13 Noc. 1690 disp. super eo quod non erat in ord. min. const. tempore suae creationis in card.^lem et quia patruum et amitinum respective in S. Coll. habeat, videlicet card.^les Carolum Barberinum ac Raynaldum Estensem (S. Br. 1816 f. 191). 28 Iul. 1691 deput. protect. O.Cist. (S. Br. 1823 f. 23 ss.). Deput. leg. Romandiolae 4 Ian. 1694 (AC 24 f. 78). Prom. ad ord. min. 14 Febr. 1694 (Arch. Caer. 514 f. 341), ad ord. subdiac.^tus 22 Nov. 1699 (Arch. Caer. 541 f. 409 s.), diac.^tus 26 Sept. 1700 (l. c. f. 460'), pbr.^tus 15 Sept. 1715 (Arch. Caer. 565 f. 151). Deput. protect. O.F.M.Cap. 22 Mart. 1719 (S. Br. 2470 f. 5). Consecr. Romae a Fabritio card. Paulutio 16 Mart. 1721 (Arch. Caer. 588 pp. 346-347). Fit praef. S. Congr. Ep.^orum et Regularium 28 Iun. 1726 (S. Br. 2662 f. 8 ss.).

[13]) Ob. Romae in palatio suae solitae resid. 17 Aug. 1738 hora 9, a. agens 75, m. 9, dd. 5; 19 Aug. delatum fuit solemni pompa cadaver card. def. ad eccl. S. Andreae de Valle, in qua celebratae fuerunt exequiae, post quas loco depositi tumulatum remansit, Praeneste principatum excell. dom. Barberinae inde transferendum (Arch. Caer. 592 pp. 615-619).

[14]) Iam 11 Nov. 1690 fit prot. apost. de numero participantium (S. Br. 1816 f. 181). 13 Nov. 1690 disp. super eo quod tempore creationis in card.^lem non erat in aet. 22 an. const., quodque patruum magnum card.^lem habeat, videlicet Palutium de Alteriis (S. Br. 1816 f. 194). Deput. leg. Urbinaten. 24 Sept. 1696 (AC 24 f. 153'). Prom. ad ord. subdiac.^tus 30 Nov. 1699 (Arch. Caer. 541 f. 410'), diac.^tus 29 Aug. 1700 (l. c. f. 459).

[15]) AC 30 f. 18.

[16]) Ob. Romae post longam infirmitatem 3 Aug. 1741 hora 23 in aet. an. 70, m. 1, dd. 24; eius cadaver de sero sequenti iuxta suam ultimam voluntatem ad eccl. S. Mariae in Porticu delatum fuit; 5 Aug. in eadem eccl. exequiae celebratae fuerunt, quibus absolutis corpus card. def. in proprio sepulchro existente in capella excell. dom. Altieriae in eadem eccl. tumulatum fuit (Arch. Caer. 593 pp. 422-426).

V. Innocentius XII

Antea Antonius Pignatellus, tt. S. Pancratii pbr. card.,[1]) electus 12 Iul. 1691,[2]) coronatus 15 Iul.,[3]) † 27 Sept. 1700.[4])

---

[1]) Cf. S.R.E. card. III, 2.

[2]) Exequiis pro anima fel. rec. Alexandri PP. VIII iam peractis, 12 Febr. 1691 post missam de Spiritu Sancto ab em. Chisio loco card. Cibo decani cantatam conclave processionaliter ingressi sunt sequentes card.[les]: Flavius Chisius, Carpineus (II, 3), Casanate (II, 12), Marescottus (II, 17), Spada (II, 19), Millinus (III, 6), de Angelis (III, 17), S. Susannae (III, 24), Petruccius (III, 30), Colloredo (III, 35), Rubinus (IV, 6), Ginettus (III, 14), Otthobonus (IV, 1), Homodeus (IV, 11), Franciscus Barberinus (IV, 13) et Laurentius de Alteriis (IV, 14); ingressi capellam Paulinam iuraverunt bullas circa electionem Sum. Pont. Hora 22 solitum fidelitatis iuramentum praestiterunt princeps Sabellus maresciallus conclavis et alii officiales conclavis. Hora vero 6 noctis exclusis omnibus, qui remanere non debuerunt, clausae sunt portae conclavis. 13 Febr. card.[les], qui de sero heri et hoc mane ante scrutinium ingressi sunt conclave, bullas iuraverunt. 14 Febr. mane ante scrutinium ingressus est conclave em. Pallavicinus (III, 18) et de sero absoluto scrutinio em. Fransonus. 16 Febr. card. Columna (II. 14) febri laborans exivit e conclavi. 17 Febr. de mane ante scrutinium ingressus est em. Nigronus (III, 38). 18 Febr. post scrutinium matutinum ingressus est em. Pamphilius (III, 15) et absoluto scrutinio serotino em. Estensis (III, 43). 21 Febr. em. Iulius Spinula febri laborans exivit e conclavi; eadem die intravit em. Dönhoff (III, 33). 25 Febr. post scrutinium matutinum pervenit nuntius de obitu em. Antonii Bichii ep. Praenestin. 26 Febr. ingressi sunt em. de Comitibus et Cursius (III, 37). 27 Febr. denuo clausae fuerunt portae conclavis, quae in praeterita nocte occasione incendii in aula proxima custodiae vestium Pontif. apertae fuerant. 28 Febr. ingressus est em. Gregorius Barbadicus. 4 Mart. exivit em. Rubinus in aure laborans. 6 Mart. absoluto scrutinio vespertino ingressus est em. de Norfolk (II, 20). 11 Mart. ingressi sunt post scrutinium matutinum em. Cicerus (III, 25) et post scrutinium vespertinum em. Delphinus et Duratius (III, 22). 12 Mart. advenit nuntius secutae mortis em. Iulii Spinulae in Urbe sed extra conclave, hoc mane circa horam decimam. 12 Mart. post scrutinium vespertinum ingressus est em. Iudice (IV, 7). 16 Mart. rediit in conclave em. Columna cum iisdem conclavistis, cum quibus exierat; deinde ingressus est em. Kollonitsch (III, 26). 20 Mart. post scrutinium vespertinum revertit in conclave em. Rubinus cum eodem conclavista; eadem die ingressi sunt em. Pignatellus (III, 2), Carafa (III, 36) et Cantelmus (IV, 3). 27 Mart. post scrutinium serotinum card.[les] Galli videlicet Bullionus (I, 4), d'Estrées (II, 7), Bonsius (II, 4) et Le Camus (III, 27) visitata prius bas. S. Petri ingressi sunt conclave; 29 Mart. post scrutinium matutinum ingressus est em. Ursinus (II, 5). 5 Apr. ingressus est em. Spinula (III, 1). 8 Apr. em. Bullionus febri et catharro laborans exivit; eadem die ante scrutinium vespertinum ingressus est em. Vicecomes (III, 7). 13 Apr. circa horam 20 em. Capisuccus exivit e conclavi, qui 22 Apr. circa horam 24 obiit. 18 Apr. post scrutinium vespertinum rediit in conclave em. Bullionus. 20 Apr exivit em. Vicecomes infirmus. 5 Maii exivit em. Nerlius febri laborans. 12 Maii post scrutinium vespertinum Ioannes Bapt. card. Spinula infirmus exivit e conclavi 24 card.[bus] contradicentibus et 29 consentientibus. 14 Maii ante scrutinium matutinum rediit in conclave em. Vicecomes cum iisdem 3 conclavistis. 23 Maii incepto scrutinio vespertino egressus est em. de Comitibus febri laborans, qui 23 Iun. absoluto scrutinio vespertino regressus est. 19 Iun. ante scrutinium vespertinum pro secunda vice exiit em. Vicecomes febri laborans. 29 Iun. hora 12 em. Columna, qui iam die praecedenti licentiam exeundi obtinuerat, novo febrili accessu oppressus, e conclavi exiit. 5 Iul. durante scrutinio vespertino exivit em. de Laurea, qui 12 Iul. unacum em. Spinula ante scrutinium in conclave rediit. 12 Iul. absoluta missa per scrutinium tantum, in quo em. Pignatellus habuit vota 53, Gregorius Barbadicus 6, Palutius Alterius 1 et Cibo 1, quod fuit ipsius electi, card.[les] ad diu desideratam exspectatamque electionem devenerunt. Et accepta electione de sua persona canonice et legitime facta em. Pignatellus vocari voluit Innocentius XII. Card.[les] praesentes in conclavi fuerunt 61; absentes a Curia: card.[les] Portocarrero (I, 5), de Alencastre (III, 21), Radziejowski (III, 29) et Fürstenberg (III, 32); praesentes in Curia, absentes a conclavi tempore electionis Papae: card.[les] Vicecomes (III, 7) et Columna (II, 14). (Ex diariis *B. Porti in ipso conclavi caeremoniarum magistri*, Arch. Caer. 540 ff. 12-120'). Neoelectus Sum. Pont. e nobili genere Pignatelli Neapoli natus 13 Mart. 1615 nomen Antonii sortitus est. Romae in sem. Romano liberalibus disciplinis eruditus philosophiae et theologiae operam dedit; mox iuris utriusque lauream summa cum laude obtinuit. Eum Urbanus PP. VIII inter praelatos Cur. Rom. adscripsit et Urbini vicelegatione decoravit, Innocentius PP. X primum Melitensis inquisitoris munere, deinde Patrimonii praefectura, tum nuntii apost. apud magnum ducem Florentiae et archiep. Larissen. dignitate insignivit, Alexander PP. VII ad Poloniae regem, Clemens vero PP. IX ad imperatorem ablegarunt (Arch. Caer. 514 f. 8 s.).

[3]) 15 Iul. 1691 Innocentius PP. XII in bas. Vat. ab em. card. Sacchetto priori card.[lium] diac. triplici diademate solemni ritu coronatus est (Arch. Caer. 540 ff. 121'-145').

[4]) 23 Sept. 1700 cum ingravescente morbo S.[mus] D.N. se proxime moriturus adverteret, hora circiter 10 iterum S.[mo] Viatico [quod iam 23 Aug. 1700 susceperat (Arch. Caer. 541 f. 457)] praemuniri voluit, ideoque emissa prius fidei professione et petita venia em. card.[bus] adstantibus et absentibus, de omissionibus et commissionibus suis, summa devotione et animi humilitate S.[mum] Viaticum suscepit per manus Thomae Ruffi archiep. Nicaen. Cubiculi praef. et immediate Extrema Unctione ab eodem munitus. 27 Sept. 1700 hora 4 noctis sequentis cum dimidio quadrantis S.[mus] D.N. diem clausit extremum, aet. an. 85, m. 6, dd. 14. Vixit in Pontificatu sine proprio, a parentibus semper abhorruit, omnia pauperibus distribuit, et piissimi principis partes optime explevit. 28 Sept. circa horam 15 fuit recognitio mortis Sum. Pont. ab em. Ioanne Bapt. Spinula card. S. Caesarei nunc., S.R.E camer. et consignatio anuli piscatoris in congregatione gen. frangendi eidem card.[li] a praef. Cubiculi. Eadem die apertum fuit cadaver et aromatibus conditum et de sero circa horam 2 noctis more consueto ad Vaticanum translatum fuit. 29 Sept. cadaver Sum. Pont. processionaliter e capella Sixtina ad bas. Vat. ad capellam S.[mi] Sacramenti delatum fuit. 1 Oct. de sero hora 2 noctis sepulturae traditum fuit cadaver Papae praesentibus eius creaturis necnon quattuor card.[bus] Palatinis (Arch. Caer. 541 ff. 460'-464').

Quaedam adnotationes praesertim ex actis consist. desumptae: In primo consist. secreto 23 Iul. 1691 S.[mus] D.N. egit gratias card.[bus] de Sua in Sum. Pont. electione (AC 23 f. 281 s.) et deinde praestitit solitum iuramentum (Arch. Caer. 540 ff. 148-149). In consist. secreto 12 Nov. 1691 S. S. iubilaeum pro bono regimine initio Pontificatus indixit (AC 23 ff. 286-287). In consist. secreto 9 Ian. 1692 S.[mus] D.N. card.[les] allocutus est super provisione ecclesiarum Galliae (AC 24 ff. 1-2'). 13 Apr. 1692 S.[mus] D.N. solemniter accepit possessionem bas. Lateranen. (Arch. Caer. 514 ff. 151-163). In consist. secreto 25 Iun. 1692 certiores reddidit card.[les] de expugnatione arcis Varadini in Hungaria, enuntiavit Bullam Nepotismi, seque ob notas causas dimissiones nonnullarum ecclesiarum Gallicarum indulsisse (l. c. f. 183' s.). In consist. secreto 7 Dec. 1693 S.[mus] D.N. iubilaeum universale pro pace obtinenda a Divina Bonitate inter principes christianos indixit (Arch. Caer. 545 ff. 251-253). In consist. secreto 14 Nov. 1695 S. S. significavit em. card.[bus] quae fecit pro firmanda pace inter principes christianos (l. c. f. 424). In consist. secreto 3 Dec. 1696 S.[mus] D.N. em. card.[les] certiores reddidit de obitu iam nonnullis abhinc mensibus secuto Ioannis Poloniae regis (AC 24 f. 156'). In consist. secreto 27 Ian. 1698 S.[mus] D.N. S. Coll. certum reddidit super conversione ser.[mi] Augusti regis Poloniae (Arch. Caer. 541 f. 321). In festo Ascensionis D.N.I.Chr. 28 Maii 1699 S.[mus] D.N. in bas. Vat. annum Iubilaei 1700 indixit et Bullam originalem publicavit (l. c. ff. 391'-393'). In consist. secreto 1 Iun. 1699 S.[mus] D.N. allocutionem habuit pro sublevanda egestate Hiberniorum (AC 24 f 223 s.). 24 Dec. 1699 iterum publicata fuit Bulla anni Iubilaei (Arch. Caer. 541 ff. 416-417). Eadem die em. card. de Bouillon S.[te] S. adhuc convalescente portam auream bas. Vat. aperuit (l. c. ff. 417'-419). Eadem die S.[mus] D.N. em. card.[les] Panciaticum, Morigiam archipbr. bas. Liberianae, et Pamphilium archipbr. bas. Lateranen. declaravit legatos ad Portas Sanctas aperiendas S. Pauli, S. Mariae Maioris et S. Ioannis Lateranen. respect. bas. (Arch. Caer. 545 f. 872).

S.R.E. cardinales ab ipso creati:

a) *in prima promotione 12 Dec. 1695 habita.*[1])

1. **Sebastianus Antonius Tanarius** (Tanara),[2]) Bononien., archiep. Damascen., nunt. apost. apud caes. maiest. = tt. SS. IV Coronatorum 21 Maii 1696, tr. ad Tusculan. 1 Apr. 1715, ad Ostien. et Veliternen. 3 Mart. 1721, † 5 Maii 1724.[3])
2. **Iacobus Boncompagnus** (Boncompagni),[4]) Bononien., archiep. Bononien. = tt. S. Mariae in Via 2 Ian. 1696, tr. ad Albanen. 12 Iun. 1724, † 24 Mart. 1731.[5])
3. **Federicus Caccia,**[6]) Mediolanen., archiep. Mediolanen., nunt. apost. apud regem cath. = tt. S. Pudentianae 13 Aug. 1696, † 14 Ian. 1699.[7])
4. **Ioannes Iacobus Cavallerinus** (Cavallerini),[8]) Roman., archiep. Nicaen., nunt. apost. apud regem Xmum = tt. S. Bartholomaei in Insula 21 Maii 1696, † 18 Febr. 1699.[9])
5. **Thaddaeus Aloysius del Verme,**[10]) Placentin., ep. Fanen. = tt. S. Alexii 2 Ian. 1696, † 12 Ian. 1717.[11])
6. **Thomas Maria Ferrarius** (Ferrari),[12]) Mandurien., O.P., mag. Pal. Apost. = tt. S. Clementis 2 Ian. 1696, † 20 Aug. 1716.[13])
7. **Iosephus Sacripantes** (Sacripante),[14]) Narnien., utr. sign. ref. = tt. S. Mariae Transpontinae 2 Ian. 1696, tr. ad tt. S. Praxedis 3 Mart. 1721, ad tt. S. Laurentii in Lucina 31 Iul. 1726, † 4 Ian. 1727.[15])
8. **Coelestinus Sfondratus** (Sfondrati),[16]) Mediolanen., O.S.B. = tt. S. Caeciliae 20 Febr. 1696, † 4 Sept. 1696.[17])

---

[1]) In consist. secreto 12 Dec. 1695 S.mus D.N. creavit 14 card.les, quorum 12 declaravit, *pbr.*os Sebastianum Antonium Tanarium, Bononien., archiep. Damascen., nunt. apud caes. maiest.; Iacobum Boncompagnum, Bononien., archiep. Bononien.; Federicum Caccia, Mediolanen., archiep. Mediolanen., nunt. apud regem cath.; Iacobum Cavallerinum, Roman., archiep. Nicaen., nunt. apud regem Xmum; Thaddaeum Aloysium del Verme, Placentin., ep. Fanen.; Thomam Mariam Ferrarium, Mandurien. (scil. de Casalnuovo in Apulia), O.P., mag. S. Pal. Apost.; Iosephum Sacripantem, Narnien., utr. sign. ref. et subdatarium; Coelestinum Sfondratum, Mediolanen., O.S.B.; Henricum Noris, Veronen., O.E.S.Aug., theol. prof. et custodem Bibl. Vat.; *diac.*os Ioannem Bapt. Spinulam, Ianuen., utr. sign. ref., Urbis gub.; Dominicum Taurusium, Urbevetan., S. Rotae aud.; Henricum de Lagrange, Gallum; alios autem duos in pectore reservavit (AC 24 f. 132 s., Arch. Caer. 541 f. 195). In consist. publico 22 Dec. 1695 S.mus D.N. tradidit pileum cardinal. em. Boncompagno, del Verme, Ferrario, Sacripanti, Noris, Spinulae ac Taurusio (Arch. Caer. 541 f. 197). In consist. secreto 2 Ian. 1696 S.mus D.N. os clausit praedictis 7 card.bus et in fine eiusdem consist. aperuit eisque anulos cardinal. tradidit c. tt.orum assign. (AC 24 ff. 133, 135'). In consist. publico 17 Maii 1696 S.mus D.N. tradidit galerum rubrum card.bus Tanario et Cavallerino (Arch. Caer. 541 ff. 237'-238'). In consist. secreto 21 Maii 1696 S.mus D.N. eisdem 2 card.bus os clausit et in fine eiusdem consist. aperuit eisque anulum cardinal. dedit c. tt.orum assign. (AC 24 ff. 142', 146).

[2]) Cum Brevi Apost. 22 Dec. 1695 S.mus D.N. ei biretum cardinal. misit (S. Br. 2044 f. 33). Deput. protect. O.Praem. 22 Nov. 1698 (S. Br. 1995 f. 21), leg. Urbinaten. 23 Apr. 1703 (AC 25 f. 87); prorogatio leg. Urbinaten. ad aliud triennium 23 Maii 1705 (S. Br. 2159 f. 1); secunda prorogatio 27 Apr. 1709 (S. Br. 2251 f. 1), tertia prorogatio 14 Maii 1712 (S. Br. 2320 f. 7). Deput. protect. Congr.is Windesimen. Can. Reg. O.S.Aug. 18 Ian. 1713 (S. Br. 2336 f. 1).

[3]) Ob. Romae in palatio suae habitationis 5 Maii 1724 hora 5 cum dimidio (Arch. Caer. 569 f. 163) aet. 73 an. (AC 28 f. 138); 7 Maii eius cadaver translatum fuit in eccl. S. Mariae de Victoria, ubi deinde celebratae fuerunt exequiae, ibidemque tumulatum fuit cadaver in avito sepulchro (Arch. Caer. 80 pp. 187-188).

[4]) Deput. leg. de latere apud reginam Romanorum Mutinae degentem 5 Ian. 1699 (AC 24 f. 212').

[5]) Ob. Romae in coenobio PP. Theatinorum, in quo permanebat, 24 Mart. 1731, a. agens 78, m. 10, dd. 19 (Arch. Caer. 592 p. 67); 27 Mart. in eccl. S. Andreae de Valle persolutis exequiis eius cadaver tumulatum fuit in praedicta eccl. loco depositi, donec ad cathedr. suam Bononiae iuxta suam piam dispositionem translatum fuerit (l. c. p. 69).

[6]) Cum Brevi Apost. 22 Dec. 1695 S.mus D.N. ei biretum cardinal. misit (S. Br. 2044 f. 36). In consist. secreto 23 Iul. 1696 S.mus D.N. ei tradidit pileum cardinal. (Arch. Caer. 541 f. 251'); in consist. secreto 13 Aug. 1696 S.mus D.N. ei os clausit et in fine eiusdem consist. aperuit eique tradidit anulum card. c. tt.i assign. (AC 24 ff. 152', 153).

[7]) Ob. Mediolani in palatio archiepali 14 Ian. 1699 hora 8, aet. 64 an. (Arch. Caer. 545 ff. 792-793).

[8]) Cum Brevi Apost. 22 Dec. 1695 S.mus D.N. ei biretum cardinal. misit (S. Br. 2044 f. 36). 16 Maii 1696 fit praef. Signaturae Iustitiae (S. Br. 1937 f. 1).

[9]) Ob. Romae in palatio suae habitationis 18 Febr. 1699 hora 12, aet. an. 60 et dd. 2; 19 Febr. hora 21 actae fuerunt consuetae exequiae in eccl. S. Caroli ad Catenarios ibidemque cadaver card. def.i humo traditum fuit (Arch. Caer. 541 f. 377 s.).

[10]) Tr. ad eccl. Imolen. 2 Ian. 1696 (cf. Imolen.); tr. ad eccl. Ferrarien. 14 Mart. 1701 (cf. Ferrarien.).

[11]) Ob. Ferrariae 12 Ian. 1717 hora 7, aet. 76 an. (Arch. Caer. 548 ff. 218-219); nat. est 16 Febr. 1641; sepultus in eccl. cathedrali Ferrariae (Arch. Caer. 566 f. 7).

[12]) Iam 22 Oct. 1688 deput. mag. S. Pal. Apost. (S. Br. 1748 f. 1). Deput. protect. O.S.Cam. 22 Nov. 1698 (S. Br. 1995 f. 17), protect. Congr.is Charitatis sub titulo S. Hippolyti Martyris in Indiis occident. 13 Apr. 1701 (S. Br. 2072 ff. 5-10). 14 Ian. 1704 fit camer. S. Coll. (cf. Appendix II B).

[13]) Ob. Romae 20 Aug. 1716 hora 20 cum dimidio, aet. an. 68, m. 8, dd. 18; 22 Aug. celebratae fuerunt exequiae in eccl. S. Sabinae (Arch. Caer. 566 ff. 98-99'); in eadem eccl. eius cadaver sepultum fuit (AC 26 f. 271').

[14]) Deput. subdatarius 17 Apr. 1687 (S. Br. 1730 f. 8); 6 Nov. 1688 ei conc. offic. abbreviatoris de Curia (S. Br. 1749 f. 23); deput. subdatarius 10 Oct. 1689 (S. Br. 1787 f. 43) et denuo 16 Iul. 1691 (S. Br. 1823 f. 39); 24 Apr. 1690 deput. ref. utr. sign. c. ret. offic. advocati Aulae Consist. (S. Br. 1797 f. 48). Fit praef. S. Congr. Conc. Trid. 2 Ian. 1696 (S. Br. 1929 f. 9 ss.); deput. protect. O.Carm. 21 Nov. 1698 (S. Br. 1995 f. 13); deput. prodatarius 4 Dec. 1700 (S. Br. 2067 f. 37); deput. protect. Montis Sinai 9 Ian. 1704 (S. Br. 2127 f. 1), protect. missionariorum apost. et christifidelium regnorum Aethiopiae, Fungi, Achmim ac totius Aegypti superioris et insulae Zocotarae illiusque adiacentium provinciarum 18 Febr. 1704 (S. Br. 2129 f. 1); fit praef. S. Congr. Prop. 9 Dec. 1704 (S. Br. 2149 f. 3); fit camer. S. Coll. 26 Ian. 1705 (cf. Appendix II B); deput. protect. regni Scotiae 2 Sept. 1706 (S. Br. 2191 f. 21).

[15]) Ob. Romae 4 Ian. 1727 hora 7, aet. an. 84; 5 Ian. celebratae fuerunt exequiae in eccl. S. Ignatii (Arch. Caer. 591 pp. 126-127); ibidem cadaver card. def. in sacello ab eo exstructo sepulturae traditum fuit (AC 29 f. 64).

[16]) In consist. publico 16 Febr. 1696 S.mus D.N. ei tradidit galerum rubrum (Arch. Caer. 541 f. 213); in consist. secreto 20 Febr. 1696 S.mus D.N. ei os clausit et in fine eiusdem consist. aperuit c. tt.i assign. (AC 24 ff. 137', 139'). Deput. protect. Congr.is Cassinen. O.S.B. 4 Mart. 1696 (S. Br. 1933 f. 20).

[17]) Ob. Romae in hospitio prope domum probationis PP. Soc. Iesu in Monte Quirinali iuxta eccl. S. Andreae, aet. 52 an.; 6 Sept. celebratae fuerunt exequiae in eccl. S. Caeciliae, ubi etiam cadaver card. def.i humo datum fuit (Arch. Caer. 541 f. 254).

9. **Henricus Noris,**[1]) Veronen., O.E.S.Aug., custos Bibl. Vat. = tt. S. Augustini 2 Ian. 1696, † 23 Febr. 1704.[2])

10. **Ioannes Bapt. Spinula** (Spinola),[3]) Ianuen., Urbis gub. = tt. S. Caesarei in Palatio 2 Ian. 1696, iterum 25 Ian. 1706,[4]) † 19 Mart. 1719.[5])

11. **Dominicus Taurusius** (Tarugi),[6]) Urbevetan., S. Rotae aud. = tt. S. Mariae de Scala 2 Ian. 1696, † 27 Dec. 1696.[7])

12. **Henricus de Lagrange d'Arquien,**[8]) Gallus, = tt. S. Nicolai in Carcere Tulliano 11 Apr. 1699, † 24 Maii 1707.[9])

b) *in secunda promotione 22 Iul. 1697 habita.*[10])

13. **Ludovicus de Sousa,**[11]) Lusitan., archiep. Ulixbonen. = † 3 Ian. 1702.[12])

14. **Georgius Cornelius** (Cornaro),[13]) Venet., archiep. Rhodien., nunt. apost. apud Portugalliae regem = tt. SS. XII Apostolorum 7 Apr. 1698, † 10 Aug. 1722.[14])

15. **Petrus Armandus du Cambout de Coislin,**[15]) Gallus, ep. Aurelianen. = tt. S.mae Trinitatis in Monte Pincio 30 Mart. 1700, † 5 Febr. 1706.[16])

16. **Alphonsus Aguilar de Córdoba,**[17]) Hispan. = † 19 Sept. 1699.[18])

17. **Vincentius Grimanus** (Grimani),[19]) Venet. = tt. S. Eustachii 16 Maii 1698, † 26 Sept. 1710.[20])

in pectore reservatus 12 Dec. 1695, 22 Iul. 1697 et declaratus 11 Nov. 1697.[21])

18. **Balthasar Cincius** (Cenci),[22]) Roman., archiep. Larissen., Cubiculi Pont. praef. = tt. S. Petri in Monte Aureo 2 Dec. 1697, † 26 Maii 1709.[23])

---

[1]) Fit primus custos Bibl. Vat. 16 Maii 1692 (S. Br. 1844 f. 126 ss.); deput. protect. Congr.nis Cl.R.Min. 22 Nov. 1698 (S. Br. 1995 f. 25); fit bibliothecarius S.R.E. 6 Mart. 1700 (S. Br. 2026 f. 1).

[2]) Ob. Romae in palatio suae resid. 23 Febr. 1704 hora 15, a. agens 74 (Arch. Caer. 546 f. 670); 24 Febr. celebratae fuerunt exequiae in eccl. S. Augustini (l. c. f. 672).

[3]) 28 Febr. 1688 ei conc. commenda praeceptoriae archihospitalis S. Spiritus in Saxia de Urbe (S. Br. 1741 f. 381 ss.); fit secr. S. Consultae 12 Oct. 1689 (S. Br. 1787 f. 45); fit gub. Urbis 28 Iul. 1691 (S. Br. 1824 f. 35); 12 Dec. 1695 disp. super eo, quod non erat in ord. min. const. tempore suae creationis in card.lem (S. Br. 2042 f. 41); 11 Ian. 1696 ei conc. ind. suscipiendi s. ord. extra tempora et non servatis interstitiis (S. Br. 2043 f. 31); 28 Sept. 1696 deput. protect. Congr.nis Montis Oliveti O.S.B. (S. Br. 1945 f. 9); 25 Febr. 1697 deput. leg. Bononien. (AC 24 f. 163'); 24 Nov. 1698 fit camer. S.R.E. (cf. Appendix II A).

[4]) Eandem eccl. in tt. presbyteralem recepit 25 Ian. 1706 (Arch. Caer. 547 f. 4).

[5]) Ob. Romae in palatio suae solitae resid. 19 Mart. 1719 hora 14 propter podagram membris omnibus captus, a. agens 72, m. 7, dd. 15; 22 Mart. in bas. SS. XII Apostolorum celebratae fuerunt exequiae eius cadavere praesente; postea solemni pompa corpus delatum fuit ad eccl. S. Andreae in Quirinali ibi tumulandum in sepulchro bo. mem. card. Iulii Spinulae, patrui defuncti (Arch. Caer. 548 ff. 361-363).

[6]) Fit ref. utr. sign. c. ret. offic. advocati Aulae Consist. 29 Ian. 1689 (S. Br. 1751 f. 444). Prom. ad eccl. Ferrarien. 2 Ian. 1696 (cf. Ferrarien.). 11 Ian. 1696 ei conc. ind. suscipiendi s. ord. extra tempora et non servatis interstitiis (S. Br. 2043 f. 31').

[7]) Ob. Ferrariae in palatio suae resid. 27 Dec. 1696 hora 14, aet. 58 an. (Arch. Caer. 545 f. 611).

[8]) Cum Brevi Apost. 22 Dec. 1695 S.mus D.N. ei biretum cardinal. misit (S. Br. 2044 f. 37). Finito consist. secreto 30 Mart. 1699 et praestito iam antea iuramento in sacello pontificio card. de Lagrange deductus in consist. semipublicum ibique a S. S. pileo cardinal. decoratus fuit (AC 24 f. 215'). Deinde in consist. secreto 11 Apr. 1699 S.mus D.N. ei os clausit et in fine eiusdem consist. aperuit c. tt.i assign. (l. c. ff. 216, 219'). 25 Sept. 1700 ei conc. ind. suscipiendi s. ord. extra tempora et non servatis interstitiis (S. Br. 2047 f. 90).

[9]) Ob. Romae 24 Maii 1707 hora 16 cum dimidio, aet. suae 107 an. Iste card. uxorem habuit et fuit pater ser.mae reginae Poloniae; s. ord. initiatus non fuit (Arch. Caer. 547 f. 228); 26 Maii celebratae fuerunt exequiae in eccl. S. Ludovici (l. c. f. 229).

[10]) In consist. secreto 22 Iul. 1697 S.mus D.N. creavit 6 card.les, quorum 5 declaravit, scil.: Ludovicum de Sousa, archiep. Ulixbonen., Lusitanum; Georgium Cornelium, archiep. Rhodien., Venet., apud Portugalliae regem nunt.; Petrum Armandum du Cambout de Coislin, ep. Aurelianen., Gallum; Alphonsum de Aguilar de Córdoba, Hispan.; Vincentium Grimanum, abb. commend. S. Mariae de Lucedio, Casalen. dioec., Venet.; alterum vero in pectore reservavit (AC 24 f. 174' s.).

[11]) Cum Brevi Apost. 31 Iul. 1697 S.mus D.N. ei biretum cardinal. misit (S. Br. 2044 f. 29).

[12]) Ob. in civ. Ulixbonen. 3 Ian. 1702 (Arch. Caer. 546 f. 359).

[13]) Cum Brevi Apost. 31 Iul. 1697 S.mus D.N. ei biretum cardinal. misit (S. Br. 2044 f. 27). Promovetur ad eccl. Patavin. 26 Aug. 1697 (cf. Patavin.). Absoluto consist. secreto 10 Mart. 1698 introductus fuit card. Cornelius, qui praestito prius iuramento in capella pontificia admissus fuit ad osculum pedis, manus et oris S.tis S. ac deinde galero rubro insign. fuit (AC 24 f. 190). In consist. secreto 7 Apr. 1698 S.mus D.N. ei os clausit et in fine eiusdem consist. aperuit (l. c. ff. 190, 192) et tt. assignavit (Arch. Caer. 541 f. 336').

[14]) Ob. Patavii 10 Aug. 1722, aet. suae 64 an., paucos ante dies expletorum (AC 27 f. 309').

[15]) Cum Brevi Apost. 31 Iul. 1697 S.mus D.N. ei biretum cardinal. misit (S. Br. 2044 f. 29'). In consist. secreto 30 Mart. 1700 S.mus D.N. ei tradidit pileum rubrum, deinde os clausit et in eodem consist. aperuit c. tt.i assign. (AC 25 ff. 2, 5').

[16]) Card. du Cambout de Coislin, ep. Aurelianen. et magnus regis Xmi eleemos., ob. 5 Febr. 1706 hora 8; natus fuit m. Nov. 1636 (Arch. Caer. 547 f. 10).

[17]) Cum Brevi Apost. 3 Aug. 1697 S.mus D.N. ei biretum cardinal. misit (S. Br. 2044 f. 41). Deput. inquisitor gen. in regnis Hispaniarum 5 Sept. 1699 (S. Br. 2015 ff. 1-6).

[18]) Ob. Matriti 19 Sept. 1699; numquam Romam venit nec pileo rubro decoratus fuit (Arch. Caer. 541 f. 405).

[19]) 22 Iul. 1697 disp. super eo quod non erat in ord. min. const. tempore suae creationis in card.lem (S. Br. 2044 f. 45). Cum Brevi Apost. 26 Iul. 1697 S.mus D.N. ei biretum cardinal. misit (l. c. f. 25). Absoluto consist. secreto 7 Apr. 1698 introductus fuit in consist. semipublicum card. Grimanus, qui praestito prius iuramento in capella pontificia admissus fuit ad osculum pedis, manus et oris S.tis S. et galero rubro insign. fuit (AC 24 f. 192 s.). In consist. secreto 16 Maii 1698 S.mus D.N. ei os clausit et in fine eiusdem consist. aperuit c. tt.i assign. (l. c. f. 194). 19 Apr. 1698 ei conc. ind. suscipiendi ord. extra tempora et non servatis interstitiis (S. Br. 2045 f. 103). 5 Maii 1708 ei conc. lic. suscipiendi et exercendi munus proregis et capitanei regni Neapolis (S. Br. 2230 f. 1).

[20]) Ob. in civ. Neapolitan. 26 Sept. 1710 hora 7, aet. suae an. 57, m. 4 (Arch. Caer. 547 f. 610).

[21]) In consist. secreto 11 Nov. 1697 S.mus D.N. declaravit card.lem Balthasarem Cincium, archiep. Larissen., Cubiculi Pontif. praef., quem 12 Dec. 1695 creaverat et in pectore reservaverat (AC 24 f. 180). In consist. secreto 20 Nov. 1697 S.mus D.N. ei tradidit galerum rubrum (Arch. Caer. 541 f. 310'), deinde in consist. secreto 2 Dec. 1697 os clausit et in fine eiusdem consist. aperuit eique dedit anulum cardinal. c. tt.i assign. (AC 24 ff. 180, 184).

[22]) Promovetur ad eccl. Firman. 20 Nov. 1697 (cf. Firman.).

[23]) Ob. Firmi in palatio suae resid. 26 Maii 1709 hora 17 (Arch. Caer. 547 f. 525).

in pectore reservatus 12 Dec. 1695, 22 Iul. 1697, 11 Nov. 1697 et declaratus 19 Dec. 1698.[1])

19. **Iacobus Antonius Morigia,**[2]) Mediolanen., Congr. Barn., archiep. Florentin. = tt. S. Caeciliae 11 Apr. 1699, † 8 Oct. 1708.[3])

in pectore reservatus 22 Iul. 1697, 11 Nov. 1697 et declaratus 19 Dec. 1698.[4])

20. **Fabritius Paulutius** (Paolucci),[5]) Forolivien., ep. Ferrarien. = tt. SS. Ioannis et Pauli 5 Ian. 1699, tr. ad Albanen. 8 Febr. 1719, ad Portuen. et S. Rufinae 12 Iun. 1724, ad Ostien. et Veliternen. 19 Nov. 1725, † 12 Iun. 1726.[6])

c) *in tertia promotione 14 Nov. 1699 habita.*[7])

21. **Iosephus Archintus** (Archinto),[8]) Mediolanen., archiep. Mediolanen., nunt. apost. apud regem cath. = tt. S. Priscae 14 Mart. 1701, † 9 Apr. 1712.[9])

22. **Andreas de Sancta Cruce** (Santacroce),[10]) Roman., archiep. Seleucien., nunt. apost. apud caes. maiest. = tt. S. Mariae de Populo 30 Mart. 1700, † 10 Maii 1712.[11])

23. **Marcellus d'Aste,**[12]) Roman., archiep. Athenarum, praesidens Urbini = tt. S. Martini in Montibus 30 Mart. 1700, † 11 Iun. 1709.[13])

24. **Daniel Marcus Delphinus** (Delfino), Venet., ep. Brixien, nunt. apost. apud regem X.mum = tt. S. Susannae 30 Mart. 1700, † 5 Aug. 1704.[14])

25. **Ioannes Maria Gabriellius** (Gabrielli),[15]) Tifernas, abb. gen. O.Cist. = tt. S. Pudentianae 3 Febr. 1700, † 17 Sept. 1711.[16])

in pectore reservatus 14 Nov. 1699 et declaratus 24 Nov. 1699.[17])

26. **Nicolaus Radolovicus** al. **Radulovicus** (Radulovich), Neapolitan., archiep. Theatin., S. Congr. Ep.orum et Regularium secr. = tt. S. Bartholomaei in Insula 3 Febr. 1700, † 27 Oct. 1702.[18])

---

[1]) In consist. secreto 19 Dec. 1698 S.mus D.N. declaravit unum ex card.bus, quem in pectore reservaverat 12 Dec. 1695, scil. Iacobum Morigiam, archiep. Florentin., Congr.Barn. (AC 24 f. 210). Finito consist. secreto 30 Mart. 1699 et praestito iam antea iuramento in sacello pontificio card. Morigia deductus fuit in consist. semipublicum ibique a S.te S. pileo rubro decoratus fuit (AC 24 f. 215'); deinde in consist. secreto 11 Apr. 1699 S.mus D.N. ei os clausit et in fine eiusdem consist. aperuit c. tt.[1] assign. (l. c. ff. 216, 219').

[2]) 20 Apr. 1699 fit archipbr. bas. S. Mariae Maioris de Urbe (Arch. Caer. 541 f. 387'); dim. eccl. Florentin. 23 Oct. 1699 (cf. Florentin.); promovetur ad eccl. Papien. 24 Ian. 1701 (cf. Papien.).

[3]) Ob. 8 Oct. 1708, aet. 76 an. (Cerracchini, L. G., Cronologia Sacra de' Vescovi e Arcivescovi di Firenze, Firenze 1716, 244).

[4]) In consist. secreto 19 Dec. 1698 S.mus D.N. declaravit card.lem, quem reservaverat in pectore 22 Iul. 1697, scil. Fabritium Paulutium. Forolivien., ep. Ferrarien. (AC 24 f. 210). Finito consist. 22 Dec. 1698 et praestito prius in sacello pontificio solito iuramento dictus card. deductus fuit in consist. semipublicum ibique a S.te S. fuit pileo rubro decoratus (l. c. f. 212). In consist. secreto 5 Ian. 1699 S.mus D.N. ei os clausit et in fine eiusdem consist. aperuit (l. c. f. 213') et tt. assignavit (Arch. Caer. 541 f. 373).

[5]) 3 Dec. 1700 Clemens PP. XI declaravit eum a secretis Status (Arch. Caer. 541 f. 489); 1 Oct. 1704 deput. protect. Congr. Cl.R Min. (S. Br. 2145 f. 1); 25 Ian. 1706 fit camer. S. Coll. (cf. Appendix II B); 12 Ian. 1709 ei conc. plenipotentia ad tractandam et concludendam concordiam cum ministris imperatoris (S. Br. 2516 f. 25); 12 Iul. 1710 deput. protect. Ord. Guilelmitarum sub regula S. Benedicti (S. Br. 2277 f. 1); 11 Maii 1721 fit vic. Urbis (S. Br. 2610 ff. 7-9); 9 Sept. 1721 deput. praef. S. Congr. Ep.orum et Regularium (S. Br. 2560 ff. 9-10); 1 Sept. 1724 ei conc. plenipotentia ad tractandam et concludendam cum card. Cienfuegos dimissionem ac receptionem possessionis Comacli et pertinentiarum aliorumque locorum (S. Br. 2738 f. 33).

[6]) Ob. Romae in aedibus Pal. Apost. Quirinalis 12 Iun. 1726 hora 5, aet. an. 75, m. 2, dd. 8 (Arch. Caer. 591 pp. 56, 58, 61); eius cadaver post horam 7 eiusdem diei translatum fuit ad palatium propriae habitationis in foro SS. XII Apostolorum situm et 13 Iun. delatum fuit ad eccl. paroec. SS. XII Apostolorum ibidemque celebratae fuerunt exequiae 14 Iun.; hora 23 eiusdem diei cadaver delatum fuit ad eccl. S. Marcelli, ubi in proprio sepulchro tumulatum fuit (Arch. Caer. 573 pp. 520-524).

[7]) In consist. secreto 14 Nov. 1699 horis pomeridianis S.mus D.N. lecto decumbens et viribus paene destitutus card.les voce quamvis languida ac saepe intermissa excepit et creavit 9 card.les, quorum 5 declaravit, scil. Iosephum Archintum, archiep. Mediolanen., nunt. apud regem cath.; Andream de Sancta Cruce, Roman., archiep. Seleucien., nunt. apud caes. maiest.; Marcellum d'Aste, Roman., archiep. Athenarum, Urbini praesidentem; Danielem Marcum Delphinum, Venet., ep. Brixien., nunt. apud regem X.mum; Ioannem Mariam Gabriellium, Tifernam, abb. gen. O.Cist.; alios 4 in pectore reservavit quandocumque et ubicumque sibi placuerit publicandos (AC 24 f. 234). In consist. secreto 30 Mart. 1700 S.mus D.N. tradidit pileum card.bus de Sancta Cruce, Delphino, d'Aste, subinde os clausit eisdem et in eodem consist. aperuit c. tt.orum assign. (AC 25 f. 2, Arch. Caer. 541 f. 407 s.).

[8]) In consist. publico 11 Ian. 1701 Clemens PP. XI ei pileum cardinal. tradidit (Arch. Caer. 541 f. 504). In consist. secreto 24 Ian. 1701 S.mus D.N. ei os clausit et 21 Febr. aperuit (AC 25 ff. 21, 25) et 14 Mart. 1701 dedit anulum cardinal. c. tt.[1] assign. (Arch. Caer. 541 f. 509'). Deput. leg. de latere ad sponsam regis Hispaniarum 8 Aug. 1701 (AC 25 f. 40 s.).

[9]) Ob. Mediolani 9 Apr. 1712 hora prima, a. agens 62 (Arch. Caer. 547 f. 764).

[10]) Promovetur ad eccl. Viterbien. et Tuscanen. 24 Ian. 1701 (cf. Viterbien); fit camer. S. Coll. 21 Febr. 1707 (cf. Appendix II B).

[11]) Ob. Romae 10 Maii 1712 (P. Dat. 1712 f. 32).

[12]) Promovetur ad eccl. Anconitan. 3 Febr. 1700 (cf. Anconitan.); deput. leg. Urbini 10 Maii 1700 (AC 25 f. 6).

[13]) Ob. Bononiae in conventu fratrum O.P., quo adversa valetudine medicorum consilio se contulerat, 11 Iun. 1709 hora 10 (Arch. Caer. 547 f. 527).

[14]) Ob. in civ. Brixien. in suo epali palatio 5 Aug. 1704 hora prima, a. agens 50, m. 10 (Arch. Caer. 546 ff. 723-724).

[15]) In consist. secreto 3 Febr. 1700 S.mus D.N. ei tradidit pileum cardinal., deinde os clausit et in eodem consist. aperuit c. tt.[1] assign. (AC 25 f. 1 s.). Deput. protect. Congr. FF. B. Petri de Pisis 12 Maii 1700 (S. Br. 2030 f. 5); 28 Ian. 1709 fit camer. S. Coll. (cf. Appendix II B).

[16]) Ob. in loco Caprarolae, quo tribus abhinc mensibus se contulerat ad sanitatem firmandam, 17 Sept. 1711 hora 2 cum quadrante, aet. 57 an.; corpus reliquit tumulandum in eccl. S. Bernardi Civitatis Castelli, viscera in eccl. S. Pudentianae, cor in eccl. S. Sebastiani, cuius mon. heredem instituit (Arch. Caer. 547 f. 687).

[17]) S.mus D.N. decumbens primis sub aurora crepusculis voluit sine consist. declarare card.les in pectore reservatos [14 Nov. 1699]; sed card. Ioannes Franciscus Albanus dixit, cum S.mus incipiebat declarare: « S. V. deprecor, ne ulterius progrediatur, hoc enim in grave totius fortasse Eccl.ae scandalum contingere posset ansam praebere schismatis ». Etiam card. Fabritius Spada suadere cepit eidem S.ti S. Convocato igitur consist. secreto 24 Nov. 1699 S.mus D.N. declaravit card.les: Nicolaum Radolovicum, archiep. Theatin., secr. S. Congr. Ep.orum et Regularium, Neapolitan.; et Sperellum de Sperellis, ep. olim Interamnen., assessorem S. Inquisitionis, Assisien.; aliisque 2 in pectore reservatis [quos vero numquam publicavit] consist. dimisit (AC 24 f. 235'). In consist. secreto 3 Febr. 1700 S.mus D.N. dictis card.bus pileum cardinal. tradidit, deinde os clausit et in eodem consist. aperuit c. tt.orum assign. (AC f. 1).

[18]) Ob. Romae in palatio suae solitae resid. 27 Oct. 1702 hora 11 cum dimidio; 29 Oct. in eccl. paroec. S. Marcelli celebratae fuerunt exequiae (Arch. Caer. 546 ff. 457-459); corpus supra terram in unam ex capellis eiusdem eccl. per modum depositi locatum fuit (l. c. f. 461).

27. **Sperellus de Sperellis** (Sperelli),[1] Assisien., ep. olim Interamnen., assessor S. Inquisitionis = tt. S. Ioannis ante Portam Latinam 3 Febr. 1700, † 22 Mart. 1710.[2])

d) *in quarta promotione 21 Iun. 1700 habita.*[3])

28. **Ludovicus Antonius de Noailles,**[4]) Gallus, archiep. Parisien. = tt. S. Mariae supra Minervam 3 Ian. 1701, tr. ad tt. S. Sixti 3 Mart. 1729, † 4 Maii 1729.[5])

29. **Ioannes Philippus von Lamberg,**[6]) German., ep. Passavien. = tt. S. Silvestri in Capite 3 Ian. 1701, † 20 Oct. 1712.[7])

30. **Franciscus Borja,**[8]) Hispan. = † 3 Apr. 1702.[9])

---

[1]) Deput. protect. Congr.[is] Silvestrinorum 12 Maii 1700 (S. Br. 2030 f. 9); fit camer. S. Coll. 27 Febr. 1708 (cf. Appendix II B).

[2]) Ob. Romae in palatio suae resid. in platea S. Mariae supra Minervam 22 Mart. 1710 hora 24; 24 Mart. celebratae fuerunt exequiae in eccl. S. Mariae supra Minervam (Arch. Caer. 547 f. 587) ibique sepultum fuit cadaver (AC 26 f. 37').

[3]) In consist. secreto 21 Iun. 1700 S.[mus] D.N. creavit 3 card.[les], scil.: Ludovicum Antonium de Noailles, archiep. Parisien., Gallum; Ioannem Philippum de Lamberg, ep. Passavien., German.; Franciscum Borja, can. Toletan., Hispan. (AC 25 f. 14'; Arch. Caer. 541 f. 449'). In consist. publico 18 Dec. 1700 Clemens PP. XI pileo rubro decoravit card.[les] de Noailles et de Lamberg (Arch. Caer. 541 f. 496). In consist. secreto 3 Ian. 1701 S.[mus] D.N. dictis 2 card.[bus] os clausit et in fine eiusdem consist. aperuit (AC 25 ff. 17', 20') et tt. assignavit (Arch. Caer. 541 f. 500').

[4]) Cum Brevi Apost. 3 Iul. 1700 S.[mus] D.N. ei biretum cardinal. misit (S. Br. 2047 f. 78). In consist. secreto 8 Nov. 1728 ex improviso indicto S.[mus] D.N. de nulla alia agi voluit, sed tantum card.[les] allocutus eisdem significavit card.[lem] de Noailles pure et simpliciter Bullam Clementis PP. XI quae incipit « Unigenitus » acceptasse et ita ad communionem S.R.E., a qua in vim Bullae « Pastoralis » discesserat, feliciter rediisse (AC 29 f. 138' s.).

[5]) Ob. Parisiis in suo archiepatu ante auroram 4 Maii 1729, 78 an. in dies expleturus; in sua metrop. sepultum fuit cadaver (AC 29 f. 218 s.).

[6]) Cum Brevi Apost. 3 Iul. 1700 S.[mus] D.N. ei biretum cardinal. misit (S. Br. 2047 f. 78').

[7]) Ob. 20 Oct. 1712, a. agens 60, m. 5 (Arch. Caer. 547 f. 811).

[8]) Cum Brevi Apost. 3 Iul. 1700 S.[mus] D.N. ei biretum cardinal. misit (S. Br. 2047 f. 86). Promovetur ad eccl. Calaguritan. et Calceaten. 18 Iul. 1701 (cf. Calaguritan.); tr. ad eccl. Burgen. 3 Apr. 1702 (cf. Burgen.).

[9]) Dicitur obiisse eodem die, quo in consist. per S.[tem] S. ad eccl. Burgen. propositus fuit, nempe 3 Apr. 1702 (Arch. Caer. 546 f. 403).

VI. Clemens XI

Antea Ioannes Franciscus Albanus, tt. S. Silvestri in Capite pbr. card.,[1]) electus 23 Nov. 1700,[2]) coronatus 8 Dec.,[3]) † 19 Mart. 1721.[4])

---

[1]) Cf. S.R.E. card. IV, 12.

[2]) Novendialibus exequiis pro anima fel. rec. Innocentii PP. XII peractis 9 Oct. 1700 fuit celebrata missa solemnis de Spiritu Santo ab em. Bulliono, S. Coll. decano. Card.[les] qui voluerunt hoc mane intrare conclave, processionaliter hymnum Veni Creator Spiritus cantantes ad capellam Paulinam ascenderunt numero 19, nempe em. Acciaiolus (I, 8), de Carpineo (II, 3), Barbadicus (III, 24), Colloredo (III, 35), Nigronus (III, 38), Rubinus (IV, 6), Tanarius (V, 1), Cincius (V, 18), S. Clementis (V, 6), Sacripantes (V, 7), Noris (V, 9), Paulutius (V, 20), de Sancta-Cruce (V, 22), de Sperellis (V, 27), Gabriellius (V, 25), Otthobonus (IV, 1), Franciscus Barberinus (IV, 13), de Alteriis (IV, 14), et S. Caesarei (V, 10); deinde clausa fuit ianua et em. card.[les] iuraverunt Bullas. Post prandium maresciallus conclavis excell. princeps Iulius Sabellus et alii officiales conclavis solitum iuramentum praestiterunt. De sero ingressi sunt conclave em. Marescottus (II, 17), Spada (II, 19), Millinus (III, 6), Duratius (III, 22), Panciaticus (IV, 2), de Abdua (IV, 4), de Janson (IV, 5), Iudice (IV, 7), Albanus (IV, 12), Morigia (V, 19), Radolovicus (V, 26), Pamphilius (III, 15), Medices (III, 42), Bichius (IV, 9), Imperialis (IV, 10), Homodeus (IV, 11). Hora 7 noctis clausum fuit conclave. 10 Oct. 1700 hora 14 intraverunt conclave em. Bullionus (I, 4), Carolus Barberinus, Nerlius (II, 10). Hora 21 absoluto scrutinio ingressus est conclave em. d'Estrées (II, 7), necnon hora prima noctis citra consuetum em. de Coislin (V, 15). 11 Oct. ante scrutinium vespertinum ingressus est conclave em. d'Arquien (V, 12), et post scrutinium ingressi sunt em. Cantelmus (IV, 3) et Cornelius (V, 14). 12 Oct. post. scrutinium vespertinum ingressi sunt em. Petruccius (III, 30), Delphinus (V, 24) et Astallius (III, 39). 14 Oct. post scrutinium vespertinum ingressus est em. Boncompagnus (V, 2). 15 Oct. ante scrutinium matutinum ingressus est em. d'Aste (V, 23). 16 Oct. post scrutinium vespertinum ingressus est conclave em. Ursinus (II, 5). 18 Oct. post scrutinium matutinum ingressus est em. Costagutus (IV, 8) et ante scrutinium vespertinum em. Spinula (III, 1). 20 Oct. post scrutinium vespertinum ingressus est em. del Verme (V, 5). 21 Oct. ante scrutinium vespertinum ingressus est em. Le Camus (III, 27). 3 Nov. post scrutinium vespertinum ingressus est em. Archintus (V, 21) redux ab Hispania, ubi munere nunt. Apost. functus erat nondum accepto bireto nec pileo cardinal. 6 Nov. post scrutinium vespertinum ingressus est conclave em. de Lamberg (V, 29). 7 Nov. absoluto scrutinio serotino ingressus est em. Grimanus (V, 17). 14 Nov. ingressus est em. Noailles (V, 28). 22 Nov. fuerunt data suffragia super egressu e conclavi em. Archinti infirmi plenis votis. 23 Nov. optata tandem illuxit dies in qua erga nos Deus Optimus Maximus infundere misericordiam dignatus est electione em. Francisci card. Albani Urbinatis an. 51 in Sum. Pont., post triduanas indutias in quibus in sua cella tamquam infirmus permansit, cum iam totum S. Coll. oculos in eundem em. card.[lem] convertisset, ipse autem econtra fortiter viriliterque non sine lacrimarum copia summaque animi perturbatione ac febrili calore unanimi S.[i] Coll. menti resistens, hoc mane Spiritus Sancti evidentissimae voluntati cedens, post exquisitas theologorum opiniones, an sine culpa posset renuere em. card.[lium] constantissimae intentioni paruit, et licet invitus plenissimo S.[i] Coll. gaudio Summum Pontificatum acceptavit et nomen Clementis XI sibi imposuit. In electione non fuit habitus accessus, quia em. Albanus omnia vota in scrutinio habuit (Ex diariis *B. Porti in ipso conclavi caeremoniarum magistri*, Arch. Caer. 541 ff. 467-480). 30 Nov. 1700 S. S. Clemens XI consecr. fuit in ep.[um] more privato in bas. Vat. ab em. Bulliono (l. c. ff. 483-487').

[3]) 8 Dec. 1700 S.[mus] D.N. solemniter triplici diademate coronatus est in bas. Vat. (Arch. Caer. 541 ff. 489'-491').

[4]) 17 Mart. 1721 S.[mus] D.N. circa meridiem febri correptus lecto cubare coactus fuit. 18 Mart. hora 20 ill.[mus] Oliverius sacrista Pontificem S.[mo] Viatico refecit. At quia morbus Pontificis continuo adaugebatur, par esse arbitratum fuit, praemissa fidei professione hora 3 noctis eundem sacramento Extremae Unctionis corroborare. 19 Mart. Divi Iosephi Sponsi B.M.V. festo recurrente, in cuius honorem S.[mus] D.N. elapsis annis offic. proprium composuerat et praecipua in eum devotione afficiebatur, hora igitur 18 cum dimidio et medio quadrante praecedente unius horae agone adstantibus bas. Vat. poenit.[iis] aliis S.[tis] S. familiari-

bus litanias recitantibus Sum. Pont. placidissime pretiosam animam Deo Creatori reddidit annos aet. suae agens 71, m. 7, dd. 24. Hora 21 eiusdem diei facta fuit recognitio mortis Pontificis ab em. Albano S.R.E. camer., et ill.mus Rasponus S.mi praedefuncti propraefectus Cubiculi tradidit anulum piscatoris em. card.li camer., ab eodem exhibendum S.° Coll. in proxima congregatione gen.; 20 Mart. hora 21 apertum fuit cadaver Pontificis, ac aromatibus conditum et in aula quae dicitur di Maratta expositum fuit; hora autem 2 noctis delatum fuit cadaver Pontificis ad Vaticanum, ubi in capella Sixtina expositum fuit. 21 Mart. cadaver Pontificis a can. bas. S. Petri delatum fuit ad bas. intra capellam S.mi Sacramenti prope cancellos. 23 Mart. hora vero 24 adstantibus em. Paulutio, Corsino, Aquaviva, Gualterio, Fabrono, Priolo, de Comitibus, Ptolemaeo, Scotto, S. Sixti, S. Agnetis, Althan, Salerno, Columna, Albano et Oliverio humatum fuit corpus Pontificis in eodemmet loco, ubi fuerat depositi loco illud s. mem. Alexandri PP. VIII (Arch. Caer. 588 ff. 347-378). 20 Mart. 1722 hora prima noctis cadaver Sum. Pont. Clementis XI, quod in forma depositi prope baptisterium reconditum erat, intus chorum can.orum bas. Vat. asportatum fuit. 21 Mart. 1722 in eodem choro, adstantibus fere omnibus card.bus, R.P.D. de Nicolais archiep. Myren. basilicae vic., Sacrum pro anniversario s. mem. Clementis PP. XI, cadavere praesente, solemniter decantavit, et in fine circa cadaver absolutionem fecit, qua completa eodem in choro nuper constructum tumulum benedixit et cadaver in praefato tumulo reconditum fuit (Arch. Caer. 589 pp. 274-276).

Quaedam adnotationes praesertim ex actis consist. depromptae: In primo consist. secreto 15 Dec. 1700 habito S.mus D.N. egit de Sua ad Pontificatum assumptione gratias Domino et em. card.bus (AC 25 ff. 15-16) et deinde solitum iuramentum de tuendis bonis eccl.cis emisit (Arch. Caer. 546 f. 42). 24 Dec. 1700 S.mus D.N. solemni ritu clausit Portam Sanctam bas. Vat. (l. c. ff. 56-63). Eadem die em. Bullionus, Pamphilius et Morigia Portam Sanctam S. Pauli, S. Ioannis Lateranen et S. Mariae Maioris respect. bas. clauserunt (Arch. Caer. 541 f. 497'). In consist. secreto 21 Febr. 1701 S.mus D.N. verba fecit de obitu Caroli II Hispaniarum regis ac iubilaeum universale indixit, ut solitum est initio Pontificatus (AC 25 ff. 23'-25). 10 Apr. 1701 S.mus D.N. cum solemni equitatione ad possesionem bas. Lateranen. capiendam processit (Arch. Caer. 546 ff. 174-188). In consist. secreto 18 Apr. 1701 S.mus D.N. ad S. Coll. verba habuit de nuper assumpta regali dignitate a marchione Brandenburgen. (AC 25 f. 29' s.). In consist. secreto 3 Oct. 1701 S.mus D.N. allocutus est em. card.les de obitu Iacobi II regis Angliae (l. c. ff. 43'-45). In consist. secreto 21 Nov. 1701 S. S. ad em. card.les super missione nuntiorum extraord. ad reges pro pace verba habuit (l. c. ff. 46-47'). In consist. secreto 15 Ian. 1703 S.mus D.N. sermonem habuit de terraemotu (l. c. ff. 77-78). In consist. secreto 19 Febr. 1703 S.mus D.N. verba habuit ad em. card.les super gratiarum actione Divinae Bonitati ob praeservationem Urbis a periculis praeteriti terraemotus ac super celebratione festi Purificationis B.M.V. singulis annis (l. c. f. 83 s.). In consist. secreto 18 Maii 1705 S. S. locutus est de obitu ser.mi Leopoldi in imperatorem electi (Arch. Caer. 546 ff. 817-819). In consist. secreto 21 Febr. 1707 S. S. mortem ser.mi Lusitaniae regis em. card.bus patefecit (Arch. Caer. 547 f. 174). In consist. 1 Aug. 1707 S.mus D.N. sermonem habuit de vulneribus Ecclesiae inflictis in regno Neapolis, in ducatu Sabaudiae, in principatu Pedemontis ac nuperrime in ducatu Parmae et Placentiae (AC 25 ff. 193-194'). In consist. secreto 24 Sept. 1708 S.mus D.N. de unanimi card.lium consensu inibi praesentium decrevit extractionem 500000 aureorum ex pecuniis in aerario castri S. Angeli a fel. rec. Sixto PP. V reconditis pro imminentibus Sedis Apost. ac Status Eccl.ci necessitatibus impendenda (Arch. Caer. 547 f. 414). In consist. secreto 14 Oct. 1709 S.mus D.N. recognovit ser.mum Carolum ab Austria Hispaniarum regem cath. in eodem statu, in quo ad praesens regnat, prout fecerunt alii Pontifices (l. c. ff. 558-559). In consist. secreto 19 Febr. 1710 S. S. em. card.les certiores fecit Carolum III postulasse absolutionem tam pro se quam pro omnibus aliis super actis contra immunitatem Ecclesiae perpetratis (AC 26 f. 3). In consist. secreto 7 Maii 1710 S. S. allocutionem habuit de invalida abdicatione regni Poloniae a commissariis quidem Augusti regis nulliter facta et vulgata ubique, ab eodem tamen rege numquam probata (l. c. f. 15'). In consist. secreto 1 Dec. 1710 S.mus D.N. em. card.bus significavit ser.mum Lotharingiae ducem ea quae acta fuerunt contra immunitatem eccl.cam revocasse (Arch. Caer. 547 f. 621). In consist. secreto 27 Apr. 1711 S. S. obitum ser.mi Iosephi imperatoris electi em. card.bus patefecit (AC 26 f. 48'). In consist. secreto 11 Maii 1711 S.mus D.N. S. Coll. allocutus est super obitu Ludovici Galliarum Delphini, ser.mi regis Ludovici XIV filii (l. c. f. 50'). In consist. secreto 14 Oct. 1711 S. S. em. card.bus significavit obitum Caroli Thomae card. Maillard de Tournon eiusque insignes virtutes catholicae fidei propagandae zelum prosecutus est (l. c. f. 56'). In consist. secreto 18 Dec. 1711 S.mus D.N. allocutionem habuit de electione Caroli III Hispaniarum regis cath. in Romanorum regem et imperatorem electi Francofurti ad Moenum 12 Oct. a. currentis (l. c. f. 62' s.). In consist. secreto 16 Mart. 1712 S. S. annuntiavit em. card.bus obitum ser.mi Ludovici Galliarum Delphini (l. c. f. 76). In consist. semipublicis 6, 9, 11, 18 Maii 1712 habitis card.les et ep.i suffragia tulerunt super canonizatione B. Pii V Pont. Max., B. Andreae Avellini O.Theat., B. Felicis a Cantalicio O.F.M.Cap., B. Catharinae de Bononia (l. c. ff. 82-95). 22 Maii 1712 S.mus D.N. solemnia canonizationis dictorum BB. omnium cum applausu peregit (Arch. Caer. 547 f. 787). In consist. secreto 11 Iul. 1712 S.mus D.N. significavit em. card.bus deplorabilem statum catholicorum in Helvetia ab haereticis oppressorum (l. c. ff. 793-794). 8 Sept. 1713 S. S. edidit bullam « Unigenitus » (Bullarium Romanum. Tom. X pars I, Romae 1735, n. 187 pp. 340-344). In consist. secreto 26 Febr. 1714 S. S. locutus est super electione ser.mi Caroli VI Hungariae et Bohemiae regis in Romanorum regem futurum imperatorem iam habita ante duos annos, quam more praedecessorum Pontificum confirmavit cum suppletione et sanatione quorumcumque defectuum, qui in huiusmodi electione intervenerint (AC 26 ff. 169'-170'). In consist. secreto 7 Maii 1714 S.mus D.N. mortem annuntiavit et laudes prosecutus est principis Antonii Ulrici ducis Brunsvicen. et Wolfenbüttel, qui nonnullos ante annos a Lutheranorum erroribus in cath. veritatis sinum se receperat (l. c. f. 177). In consist. secreto 7 Dec. 1714 significavit em. card.bus Religionem et S. Sedem ubique in discrimen adduci, et in re tanti momenti recurrendum esse ad Patrem luminum, ideoque indulgentiam plenariam in forma iubilaei ad divinum auxilium implorandum concessisse (l. c. f. 201'). In consist. secreto 21 Ian. 1715 S. S. amplissima oratione verba fecit de his, quae in ultima pacificatione Badensi ac duabus novissime praecedentibus Rastattensi et Ultraiectina acta sunt (l. c. f. 207 s.). In consist. secreto 20 Febr. 1715 S. S. indicavit em. card.bus extinctionem et abolitionem praetensae Apostolicae in regno Siciliae Legationis, et Monarchiae nunc. (Arch. Caer. 548 f. 80). In consist. secreto 6 Maii 1715 S.mus D.N. habuit verba in laudem regis Hispaniarum Philippi V commendando eius pietatem erga S. Sedem et immunitatem Ecclesiae (l. c. f. 104). In consist. secreto 29 Maii 1715 S. S. indixit iubilaeum universale ad divinum auxilium contra Turcas aliisque Ecclesiae necessitatibus implorandum (l. c. ff. 105-106). In consist. secreto 23 Sept. 1715 S. S. mortem regis Galliarum Ludovici XIV significavit (AC 26 ff. 224-225). In consist. secreto 13 Ian. 1716 S.mus D.N. locutus est de imminentibus periculis Turcarum et hortatus est em. card.les ad aliquod subsidium praebendum (l. c. f. 233). In consist. secreto 30 Mart. 1716 S. S. verba fecit super defensione contra Turcas et auxilio ab orthodoxis principibus praestito, et pro bello sacro decimas eccl.cas imposuit (l. c. ff. 240-243'). 24 Maii 1716 peracta fuerunt solemnia beatificationis ven. Servi Dei Ioannis Francisci Régis S.I. in bas. Vat. (Arch. Caer. 548 ff. 168-169). in consist. secreto 2 Sept. 1716 S.mus D.N. notificavit S. Coll. victoriam ab armis Caroli VI imperatoris in Hungaria contra Turcas 5 Aug. obtentam (AC 26 ff. 258-260'). In consist. secreto 7 Dec. 1716 S.mus D.N. verba habuit de subsidio in Turcas misso a Lusitaniae rege et de nova erectione patr. Ulixbonen. occidentalis (l. c. f. 266). In consist. secreto 4 Ian. 1717 S. S. communicavit S. Coll. deditionem a Turcis factam munitissimi oppidi Temesvariae et Capellam S. Epiphaniae die in Liberiana bas. pro gratiarum actione habendam indixit (AC 27 ff. 6-8'). In consist. secreto 1 Oct. 1717 S.mus D.N. allocutionem ad em. card.les habuit de victoria in bello contra Turcas, qua 18 Sept. princeps Eugenius civ. Albae Graeciae, nempe Belgradum, expugnavit (l. c. ff. 31-31', 33-36'). In consist. secreto 11 Oct. 1717 S. S. significavit em. card.bus ser.mum Federicum Augustum principem electorem Saxoniae 27 Nov. 1712 Bononiae haeresim Lutheranam detestasse (l. c. ff. 37'-39). In consist. secreto 6 Dec. 1717 S.mus D.N. in gravissimis huius temporis calamitatibus ad exorandum divinum auxilium iubilaeum indixit brevi oratione (l. c. f. 42'). In consist. secreto 15 Mart. 1719 S.mus D.N. notum fecit S. Coll. sponsalia inita inter archiducissam Mariam Iosepham ab Austria Iosephi I imperatoris primogenitam et Federicum Augustum principem regalem Poloniae ac electorem Saxoniae, a quibus nuptiis se orthodoxae fidei multum beneficii sperare addens (l. c. ff. 104-105'). In consist. secreto 26 Apr. 1719 S. S. allocutionem habuit super decanatum S. Coll. ac super epatum Ostien. et Veliternen. (l. c. ff. 110'-115). In consist. secreto 18 Sept. 1719 S.mus D.N. verba fecit super rebus Sinensibus et super missione visitatoris apost. cum facultatibus legati de latere ad illarum partium regna in pers. Caroli Ambrosii Mediobarbi (l. c. ff. 120'-125). In consist. secreto 6 Maii 1720 S. S. habuit verba in laudem regis Portugalliae super missione patr. Mediobarbi (Arch. Caer. 548 f. 447). In consist. secreto 16 Dec. 1720

S.R.E. cardinales ab ipso creati:

a) *in prima promotione 17 Dec. 1703 habita.*[1])

1. **Franciscus Pignatellus** (Pignatelli),[2]) Neapolitan., archiep. Neapolitan. = tt. SS. Marcellini et Petri 11 Febr. 1704, tr. ad Sabinen. 26 Apr. 1719, ad Tusculan. 12 Iun. 1724, ad Portuen. et S. Rufinae 19 Nov. 1725, † 5 Dec. 1734.[3])

b) *in secunda promotione 17 Maii 1706 habita.*[4])

2. **Franciscus Martellus** (Martelli), Florentin., patr. Hierosolymitan., secr. S. Consultae = tt. S. Eusebii 25 Iun. 1706, † 28 Sept. 1717.[5])
3. **Ioannes Baduarius** (Badoer(o) al. Baduaro),[6]) Venet., patr. Venetiarum = tt. S. Marcelli 25 Iun. 1706, tr. ad tt. S. Marci 11 Iul. 1712, † 17 Maii 1714.[7])
4. **Laurentius Casonus** (Casoni),[8]) Sarzanen., archiep. Caesarien., S. Officii assessor = tt. S. Bernardi ad Thermas 25 Iun. 1706, tr. ad tt. S. Petri ad Vincula 21 Ian. 1715, † 19 Nov. 1720.[9])
5. **Laurentius Corsinus** (Corsini),[10]) Florentin., archiep. Nicomedien., thesaur. gen. = tt. S. Susannae 25 Iun. 1706, tr. ad tt. S. Petri ad Vincula 16 Dec. 1720, ad Tusculan. 19 Nov. 1725, el. Sum. Pont. Clemens XII 12 Iul. 1730,[11]) † 6 Febr. 1740.[12])
6. **Laurentius Fliscus** (Fieschi), Ianuen., archiep. Ianuen. = tt. S. Mariae de Pace 25 Iun. 1706, † 1 Maii 1726.[13])
7. **Franciscus Aquaviva de Aragonia** (Acquaviva d'Aragona),[14]) Neapolitan., archiep. Larissen., nunt. apost. apud regem cath. = tt. S. Bartholomaei in Insula 8 Iun. 1707, tr. ad tt. S. Caeciliae 28 Ian. 1709, iterum 12 Iun. 1724 in commendam,[15]) tr. ad Sabinen. 12 Iun. 1724, † 9 Ian. 1725.[16])
8. **Thomas Ruf(f)us** (Ruffo),[17]) Neapolitan., archiep. Nicaen., Cubiculi S.tis S. praef. = tt. S. Laurentii in Panisperna 25 Iun. 1706, tr. ad tt. S. Mariae trans Ti-

---

S.mus D.N. locutus est de insigni victoria ab exercitu Philippi Hispaniarum regis de Mauris reportata simulque civ. Septensi ab illorum obsidione liberata (AC 27 ff. 191-192). In consist. secreto 3 Febr. 1721 S. S. em. card.les certiores fecit de secunda victoria ab exercitu Hispanico contra Mauros relata (l. c. ff. 211-212). In consist. secreto 3 Mart. 1721 S.mus D.N. de optione Ostien. et Veliternen. ac decanatu S. Coll. allocutionem habuit (l. c. ff. 222'-227).

1) In consist. secreto 17 Dec. 1703 in Pal. Apost. Vat. habito S.mus D.N. creavit card.lem *pbr.* Franciscum Pignatellum, archiep. Neapolitan. (AC 25 f. 109' s.). In consist. publico 10 Ian. 1704 S. S. ei galerum rubrum dedit (Arch. Caer. 546 ff. 652-654). Deinde in consist. secreto 14 Ian. 1704 dicto card. os clausit et 11 Febr. 1704 aperuit eique anulum tradidit c. tt.1 assign. (AC 25 ff. 110', 112').

2) Cum Brevi Apost. 19 Dec. 1703 S.mus D.N. ei biretum cardinal. misit (S. Br. 2510 f. 48).

3) Ob. in civ. Neapolitan. 5 Dec. 1734; sep. in eccl. SS. XII Apostolorum O.Theat. in sacello S.mae Conceptioni dicato (Arch. Caer. 592 p. 246).

4) In consist. secreto 17 Maii 1706. S.mus D.N. ad complendum septuagenarium numerum creavit 20 card.les, ex quibus 19 declaravit, scil. Franciscum Martellum, patr. Hierosolymitan.; Ioannem Baduarium, patr. Venetiarum; Laurentium Casonum, archiep. Caesarien.; Laurentium Corsinum, archiep. Nicomedien.; Laurentium Fliscum, archiep. Ianuen.; Franciscum de Aquaviva, archiep. Larissen.; Thomam Ruffum, archiep. Nicaen., Cubiculi S.tis S. praef.; Horatium Philippum archiep. Spada, ep. Lucan.; Philippum Antonium archiep. Gualterium, ep. Imolen.; Christianum Augustum e ducibus Saxoniae, ep. Iaurien.; Raynutium Pallavicinum, almae Urbis gub.; Carolum Columnam, prot. apost., Pal. Apost. praef.; Ioannem Dominicum Paraccianum, prot. apost. et aud. S.tis S.; Alexandrum Caprara, S. Rom. Rotae aud.; Iosephum de la Tremoille, S. Rotae aud.; Petrum Priolum, cler. Cam. Apost. ac fel. rec. Alexandri PP. VIII pronepotem; Nicolaum Grimaldum, S. Congr. Ep.orum et Regularium secr.; Carolum Augustinum Fabronum, S. Congr. Prop. secr.; Gabrielem Philippuccium, Sign. Iustitiae votantem; alium card.lem in pectore reservavit arbitrio suo quandocumque evulgandum (AC 25 ff. 159'-161). In consist. publico 20 Maii 1706 S.mus D.N. pileum rubrum dedit 13 card.bus, scil. Martello, Casono, Corsino, Flisco, Ruffo, Pallavicino, Paracciano, Caprara, de la Tremoille, Fabrono, Columnae, Priolo, Grimaldo (Arch. Caer. 547 ff. 44-46). In consist. secreto 7 Iun. 1706 S.mus D.N. eisdem 13 card.bus os clausit (AC 25 f. 166). In consist. publico 22 Iun. 1706 S.mus D.N. galerum rubrum dedit em. Baduario (Arch. Caer. 547 ff. 67-69). In consist. secr. 25 Iun. 1706 S.mus D.N. clausit os em. Baduario et deinde illud aperuit supradictis 13 card.bus, postremo em. Baduario, c. tt.orum assign. (AC 25 ff. 170', 172').

5) Ob. Romae in palatio suae solitae resid. podagra laborans 28 Sept. 1717 hora 23, a. agens 84 (Arch. Caer. 548 f. 274); 30 Sept. celebratae fuerunt exequiae in eccl. S. Augustini (Arch. Caer. 587 p. 231) ibidemque eius cadaver repositum fuit in avito sepulchro (AC 27 f. 3).

22) Promovetur ad eccl. Malacitan. 6 Dec. 1717 (cf. Malacitan.) In consist. secreto 20 Dec. 1723 habito S. S. fecit verba super cassatione et abolitione omnium gestorum in causa Iulii card. Alberoni et iussit legi Breve ad hunc effectum exaratum (Arch. Caer. 568 f. 201), cuius tenor erat absolutio dicti card. et impositio silentii in dicta causa (S. Br. 2612 f. 59 ss.). Deput. leg. Romandiolae 17 Ian. 1735 (AC 31 f. 47'), leg. Bononiae 29 Aug. 1740 (l. c. f. 254).

tt. S. Laurentii in Lucina 29 Aug. 1740,[1]) † 26 Iun. 1752.[2])

in pectore reservatus 12 Iul. 1717 et declaratus 1 Oct. 1717.[3])

58. **Emericus Csáky,**[4]) Hungarus, archiep. Colocen. et Bacchien. = tt. S. Eusebii 16 Iun. 1721, † 28 Aug. 1732.[5])

o) *in decimaquarta promotione 29 Nov. 1719 habita.*[6])

59. **Leo Potier de Gesvres,**[7]) Gallus, archiep. Bituricen. = † 12 Nov. 1744.[8])

60. **Franciscus de Mailly,**[9]) Gallus, archiep. Rhemen. = † 13 Sept. 1721.[10])

61. **Georgius Spinula** (Spinola),[11]) Ianuen., archiep. Caesarien. = tt. S. Agnetis extra moenia 20 Ian. 1721, tr. ad tt. S. Mariae trans Tiberim 15 Dec. 1734,[12]) ad tt. S. Praxedis 16 Dec. 1737,[13]) ad Praenestin. 3 Sept. 1738,[14]) † 17 Ian. 1739.[15])

62. **Cornelius Bentivolus** (Bentivoglio),[16]) Ferrarien., archiep. Carthaginen. = tt. S. Hieronymi Illyricorum 15 Apr. 1720, tr. ad tt. S. Caeciliae 25 Iun. 1727, † 30 Dec. 1732.[17])

63. **Thomas Philippus de Alsatia de Boussu** (d'Alsace-Boussu),[18]) Belga, archiep. Mechlinien. = tt. S. Caesarei 16 Iun. 1721, tr. ad tt. S. Balbinae 2 Dec. 1733,[19]) ad tt. S. Laurentii in Lucina 17 Iul. 1752,[20]) † 5 Ian. 1759.[21])

64. **Ludovicus Belluga y Moncada,**[22]) Hispan., ep. Carthaginen. = tt. S. Mariae Transpontinae 16 Iun. 1721, tr. ad tt. S. Priscae 20 Febr. 1726, ad tt. S. Mariae trans Tiberim 16 Dec. 1737,[23]) ad tt. S. Praxedis 3 Sept. 1738,[24]) † 22 Febr. 1743.[25])

65. **Iosephus Pereira de Lacerda,**[26]) Lusitan., ep. Pharaonen. = tt. S. Susannae 16 Iun. 1721, † 28 Sept. 1738.[27])

---

[1]) AC 31 f. 251.

[2]) Ob. Placentiae 26 Iun. 1752; nat. 31 Maii 1664 (AC 34 f. 116').

[3]) In consist. secreto 1 Oct. 1717 S.mus D.N. publicavit card.lem, quem in consist. 12 Iul. 1717 creaverat et in pectore reservaverat, scil. Emericum Csáky, archiep. Colocen. (AC 27 f. 32'). In consist. publico 10 Iun. 1721 Innocentius PP. XIII ei galerum rubrum tradidit (Arch. Caer. 572 f. 34). In consist. secreto 16 Iul. 1721 S. S. ei os clausit et in fine eiusdem consist. aperuit eique anulum cardinal. tradidit c. tt.l assign. (AC 27 ff. 237, 241').

[4]) Cum Brevi Apost. 8 Oct. 1717 S.mus D.N. ei biretum cardinal. misit (S. Br. 2525 f. 115).

[5]) Ob. 28 Aug. 1732 Varadini, quo pastorali intentus muneri ad primum eccl.ae, quam construebat, ponendum lapidem perrexerat, in aet. an. 59, m. 10 (AC 30 ff. 248'-249).

[6]) In consist. secreto 29 Nov. 1719 S.mus D.N. creavit 10 S.R.E. *pbr.* card.les, quorum 9 declaravit, scil. Leonem Potier de Gesvres, archiep. Bituricen., Gallum, per plures annos prot. apost. de numero participantium ac interim utr. sign. ref.; Franciscum de Mailly, archiep. Rhemen., Gallum; Georgium Spinulam, archiep. Caesarien., apud caes. maiest. nunt. apost., Ianuen.; Cornelium Bentivolum, archiep. Carthaginen., apud regem Xmum nunt. apost., Ferrarien.; Thomam Philippum de Alsatia de Boussu, archiep. Mechlinien., Belgam; Ludovicum Belluga et Moncada, ep. Carthaginen., Hispan.; Iosephum Pereira de Lacerda, ep. Pharaonen., Lusitan.; Michaelem Fridericum ex comitibus de Althan, ep. Vacien., German.; Ioannem Bapt. Salernum, S.I., theol. prof. ac promovendorum ad epatus examinatorem; alium vero in pectore reservavit (AC 27 ff. 133'-138, Arch. Caer. 548 f. 421). In consist. publico 10 Iun. 1721 Innocentius PP. XIII card.bus de Alsatia de Boussu, Belluga, Pereira galerum rubrum tradidit (Arch. Caer. 572 p. 34). In consist. secreto 16 Iun. 1721 S. S. dictis 3 card.bus os clausit et in fine eiusdem consist. aperuit eisque anulum cardinal. tradidit c. tt.orum assign. (AC 27 ff. 237, 241').

[7]) Cum Brevi Apost. 23 Dec. 1719 S.mus D.N. ei biretum cardinal. misit (S. Br. 2527 f. 261).

[8]) Ob. Versaliae (AC 32 f. 295) 12 Nov. 1744 (P. Cons. 132 f. 377').

[9]) Cum Brevi Apost. 23 Dec. 1719 S.mus D.N. ei biretum cardinal. misit (S. Br. 2527 f. 266).

[10]) Ob. 13 Sept. 1721 hora 22 Remis in suo archiepatu Franciscus card. de Mailly, cath. veritatis zelo atque erga Sed. Apost. veneratione conspicuus licet nunquam post suam ad card.tus evectionem Romam venit (AC 27 f. 264).

[11]) Cum Brevi Apost. 16 Dec. 1719 S.mus D.N. ei biretum cardinal. misit (S. Br. 2527 f. 250). In consist. publico 19 Dec. 1720 S. S. ei galerum rubrum tradidit (AC 27 ff. 198-198'). In consist. secreto 20 Ian. 1721 S. S. ei os clausit (Arch. Caer. 588 p. 318) et in fine eiusdem consist. aperuit c. tt.l assign. (AC 27 f. 208). 10 Maii 1721 fit a secretis Status (Arch. Caer. 589 p. 23). 27 Ian. 1724 ei conc. plenipotentia ad tractandam cum card. Cienfuegos restitutionem civ.tis Comaclen. finitimorumque locorum (S. Br. 2612 f. 92). 18 Apr. 1725 deput. protect. Congr. Windesimen. Can. Reg. O.S.Aug. (S. Br. 2636 f. 5). 20 Febr. 1726 fit camer. S. Coll. (cf. Appendix II B). 4 Iul. 1726 fit praef. Congr. Immunitatis Eccl.cae (S. Br. 2664 f. 34). 25 Iun. 1727 deput. leg. Bononiae (AC 29 f. 31'). 25 Ian. 1731 deput. leg. a latere in ducatu Parmae et Placentiae (S. Br. 2960 ff. 218-220). 27 Nov. 1737 deput. protect. Congr.um Camald. (S. Br. 2907 f. 5).

[12]) AC 31 f. 40.

[13]) AC 31 f. 142.

[14]) AC 31 f. 189.

[15]) Ob. Romae 17 Ian. 1739 hora 9, in aet. an. 71, m. 7, dd. 13; 18 Ian. eius cadaver delatum fuit ad eccl. S. Ignatii, in qua 19 Ian. exequiae celebratae fuerunt; eadem die sero cadaver ad eccl. S.mi Salvatoris translatum ibique tumulatum fuit (Arch. Caer. 592 pp. 639-640).

[16]) Cum Brevi Apost. 3 Dec. 1719 S.mus D.N. ei biretum cardinal. misit (S. Br. 2527 f. 243). In consist. publico 25 Ian. 1720 S. S. ei galerum rubrum tradidit (AC 27 f. 149). In consist. secreto 20 Mart. 1720 S. S. ei os clausit et in consist. secreto 15 Apr. 1720 aperuit c. tt.l assign. (l. c. ff. 158, 162, 165'). 20 Mart. 1720 deput. leg. Romandiolae (l. c. ff. 160'-161); 28 Maii 1721 haec leg. prorogatur ad triennium (S. Br. 2553 f. 13), 12 Iun. 1724 secunda prorogatio ad aliud triennium (S. Br. 2618 f. 13). 20 Ian. 1727 fit camer. S. Coll. (cf. Appendix II B).

[17]) Ob. Romae 30 Dec. 1732, in aet. an. 64, m. 10, dd. 3; corpus ad eccl. S. Caeciliae delatum ibique persolutis exequiis tumulatum fuit (AC 30 ff. 249-249').

[18]) Cum Brevi Apost. 23 Dec. 1719 S.mus D.N. ei biretum cardinal. misit (S. Br. 2527 f. 240).

[19]) AC 30 f. 305.

[20]) AC 34 f. 100.

[21]) Ob. Mechliniae 5 Ian. 1759; nat. Bruxellis 12 Nov. 1679 (AC 35 f. 242').

[22]) Cum Brevi Apost. 21 Mart. 1720 S.mus D.N. ei biretum cardinal. misit (S. Br. 2527 f. 234). 26 Ian. 1728 fit camer. S. Coll. (cf. Appendix II B).

[23]) Arch. Caer. 592 p. 543.

[24]) AC 31 f. 190.

[25]) Ob. Romae 22 Febr. 1743 hora 24, in aet. an. 80, m. 2, dd. 23; 24 Febr. eius cadaver ad eccl. S. Mariae in Vallicella delatum fuit, ubi 25 Febr. habita fuit Capella Papalis; deinde in sepulchro PP. Oratorii S. Philippi Nerii tumulatum fuit (Arch. Caer. 594 pp. 14-16).

[26]) Cum Brevi Apost. 20 Dec. 1720 S.mus D.N. ei biretum cardinal. misit (S. Br. 2527 f. 256).

[27]) Ob. in sua eccl. 28 Sept. 1738 (AC 31 ff. 199-199') in aet. an. 76, m. 3, dd. 22 (Arch. Caer. 592 p. 624).

66. **Michael Fridericus von Althan,**[1]) German., ep. Vacien. = tt. S. Sabinae 16 Sept. 1720, † 20 Iun. 1734.[2])

67. **Ioannes Bapt. Salernus** (Salerni),[3]) Cusentin., S.I. = tt. S. Priscae 16 Sept. 1720, tr. ad tt. S. Stephani in Monte Coelio 20 Febr. 1726, † 30 Ian. 1729.[4])

in pectore reservatus 29 Nov. 1719
et declaratus 30 Sept. 1720.[5])

68. **Ioannes Franciscus Barbadicus** (Barbadico al. Barbarigo),[6]) Venet., ep. Brixien. = tt. SS. Marcellini et Petri 20 Ian. 1721, † 26 Ian. 1730.[7])

p) *in decimaquinta promotione 30 Sept. 1720 habita.*[8])

69. **Carolus Borja y Centellas Ponce de León,**[9]) Hispan., patr. Indiarum = tt. S. Pudentianae 16 Iun. 1721, † 8 Aug. 1733.[10])

70. **Alvarus Cienfuegos,**[11]) Hispan., S.I. = tt. S. Bartholomaei in Insula 16 Iul. 1721, † 19 Aug. 1739.[12])

---

[1]) Cum Brevi Apost. 16 Dec. 1719 S.mus D.N. ei biretum cardinal. misit (S. Br. 2527 f. 263). In consist. publico 22 Aug. 1720 S. S. ei galerum rubrum tradidit (AC 27 ff. 182-182'). In consist. secreto 16 Sept. 1720 S. S. ei os clausit et in fine eiusdem consist. aperuit c. tt.¹ assign. (l. c. ff. 183, 185'). 19 Maii 1722 ei conc. lic. suscipiendi et exercendi munus proregis et capitanei gen. regni Neapolis (S. Br. 2575 f. 1). 13 Iul. 1726 deput. protect. O.S.Pauli in Hungaria et Congr. Windesimen. O.C.S.Aug. (S. Br. 2664 ff. 46, 48). 7 Febr. 1729 fit camer. S. Coll. (cf. Appendix II B).

[2]) Ob. Vaciae 20 Iun. 1734 hora 12 circ., in aet. an. 51, m. 11 (AC 31 ff. 41-41').

[3]) Cum Brevi Apost. 11 Dec. 1719 S.mus D.N. ei biretum cardinal. misit (S. Br. 2527 f. 237). Absoluto consist. secreto 22 Iul. 1720 S. S. tradidit galerum rubrum card.li Salerno (Arch. Caer. 588 f. 245 a), qui superioribus diebus Urbem e Polonia atque Saxonia redux ingressus fuerat (AC 27 ff. 181-181'). In consist. secreto 16 Sept. 1720 S.mus D.N. eidem card. os clausit et in eodem consist. aperuit c. tt.¹ assign. (l. c. ff. 183, 185').

[4]) Ob. Romae 30 Ian. 1729 summo mane in palatio suae solitae resid., in aet. 58 an.; 31 Ian. in eccl. S. Ignatii habita fuit Capella Papalis; a prandio cantatae fuerunt solitae vigiliae in eadem eccl. (Arch. Caer. 591 pp. 344-346) ibidemque cadaver tumulatum fuit (AC 29 f. 217').

[5]) In consist. secreto 30 Sept. 1720 S.mus D.N. declaravit S.R.E card.lem Ioannem Franciscum Barbadicum ep. Brixien., Venetum, quem in consist. 29 Nov. 1719 in pectore reservaverat (AC 27 f. 189, Arch. Caer. 588 p. 267).

[6]) Cum Brevi Apost. 9 Oct. 1720 S.mus D.N. ei biretum cardinal. misit (S. Br. 2527 f. 253). In consist. publico 2 Ian. 1721 S. S. ei galerum rubrum tradidit (AC 27 ff. 218-218'). In consist. secreto 20 Ian. 1721 S. S. ei os clausit (Arch. Caer. 588 p. 318) et in eodem consist. aperuit c. tt.¹ assign. (AC 27 f. 208). 20 Ian. 1723 tr. ad eccl. Patavin. (cf. Patavin.).

[7]) Ob. Patavii 26 Ian. 1730 hora 23; vir eximiae probitatis, docilis ingenii animique liberalis, qui omnes causas atque cognitiones non sine maximis sumptibus semper impendit in promovenda beatificatione ven. Servi Dei Gregorii card. Barbadici patrui et in eccl. Patavin. antecessoris, apud quem in cathedr. tumulatus fuit (AC 30 f. 58).

[8]) In consist. secreto 30 Sept. 1720 S.mus D.N. creavit *pbr.* card.les Carolum Borgiam, patr. Indiarum, Hispan., et Alvarum Cienfuegos, S.I., theol. prof., Hispan. (AC 27 ff. 189'-190, Arch. Caer. 588 p. 267). In consist. publico 10 Iun. 1721 Innocentius PP. XIII eis galerum rubrum tradidit (Arch. Caer. 572 p. 64). In consist. secreto 16 Iun. 1721 S. S. eis os clausit et in fine eiusdem consist. aperuit atque anulum cardinal. tradidit c. tt.orum assign. (AC 27 ff. 237, 242).

[9]) Cum Brevi Apost. 5 Oct. 1720 S.mus D.N. ei biretum cardinal. misit (S. Br. 2527 f. 247).

[10]) Ob. in Comitatu Regio, vulgo S. Ildephonsi, alias Balsain prope Matritum 8 Aug. 1733, in aet. an. 70, m. 3, dd. 9 (AC 30 ff. 313'-314).

[11]) Cum Brevi Apost. 16 Oct. 1720 S.mus D.N. ei biretum cardinal. misit (S. Br. 2611 f. 261). 20 Ian. 1721 promovetur ad eccl. Catanien. (cf. Catanien.). 21 Febr. 1725 tr. ad eccl. Montis Regalis (cf. Montis Regalis). 8 Febr. 1730 fit camer. S. Coll. (cf. Appendix II B). 15 Nov. 1735 deput. admin. Quinqueecclesien. c. ret. eccl. Montis Regalis (cf. Quinqueecclesien.).

[12]) Ob. Romae 19 Aug. 1739 circa horam 10 cum dimidio, in aet. an. 82, m. 5, dd. 21; exequiis in eccl. S. Ignatii absolutis cadaver a dicta eccl. ad templum Nominis Iesu translatum ibique tumulatum fuit (Arch. Caer. 592 pp. 746-748).

VII. Innocentius XIII

Antea Michael Angelus de Comitibus, tt. SS. Quirici et Iulittae pbr. card.,[1]) electus 8 Maii 1721,[2]) coronatus 18 Maii,[3]) † 7 Mart. 1724.[4])

S.R.E. cardinales ab ipso creati:

a) *in prima promotione 16 Iun. 1721 habita.*[5])

1. **Bernardus Maria de Comitibus** (Conti),[6]) Roman., O.S.B., olim ep. Terracinen., S.^{tis} S. frater germanus = tt. S. Bernardi ad Thermas 16 Iul. 1721, † 23 Apr. 1730.[7])

b) *in secunda promotione 16 Iul. 1721 habita.*[8])

---

1) Cf. S.R.E. card. VI, 21.

2) Novendialibus exequiis pro anima fel. rec. Clementis PP. XI peractis, 31 Mart. 1731 em. card. Tanarius, decan., in choro can.^{orum} bas. S. Petri Sacrum de Spiritu Sancto pro electione novi Pontificis solemni ritu fecit cum praesentia 26 em. card.^{lium}; quo peracto praecedentibus cantoribus cantantibus hymnum Veni Creator em. card.^{les} ingressi sunt conclave. Perventum fuit ad capellam Paulinam ubi immediate lectae fuerunt Bullae et Constitutiones Apost. quas iuramenti robore firmarunt em. Patres; et expletis omnibus em. card.^{les} ad proprias cellas se contulerunt, et nonnulli ad propria palatia, vespere ad conclave reversuri; hora autem 22 em. card.^{les} ad capellam Sixtinam venerunt et exceperunt iuramenta ab exc.^{mo} principe maresciallo conclavis et ab aliis officialibus. Hora autem 3 noctis clausae sunt portae conclavis (Arch. Caer. 588 pp. 381-383). Die 8 Maii 1721 illuxit tandem optata dies, in qua em. electores concordarunt in electione Summi Pont., eligentes unanimiter in scrutinio matutino em. Michaelem Angelum card. de Comitibus, qui nomen sibi imposuit Innocentii XIII (Ex diariis *Francisci Bolza caeremoniarum magistri*, Arch. Caer. 572 p. 1). Em. card.^{les}, qui in conclave ingressi sunt, fuerunt infrascripti, videlicet *ep.*^{i}: Tanarius (V, 1), Ursinus (II, 5), Iudice (IV, 7), Paulutius (V, 20), Pignatellus (VI, 1), Barberinus (IV, 13); *pbr.*^{i}: Boncompagnus (V, 2), Sacripantes (V, 7), Cornelius (V, 14), Corsinus (VI, 5), Aquaviva (VI, 7), Ruffus (VI, 8), Spada (VI, 9), Gualterius (VI, 10), Vallemanus (VI, 22), Paraccianus (VI, 14), Fabronus (VI, 19), Priolus (VI, 17), de Comitibus (VI, 21) el. Sum. Pont., Gozzadinus (VI, 24), Picus (VI, 38), de Via (VI, 27), Cusanus (VI, 28), Piazza (VI, 29), Zondadarius (VI, 30), Bussius (VI, 39), Corradinus (VI, 40), de Rohan (VI, 31), Schrattenbach (VI, 33), Ptolomaeus (VI, 36), Odescalchus (VI, 45), Bissy (VI, 48), Innicus Caracciolus (VI, 49), Scottus (VI, 50), Nicolaus Caracciolus (VI, 52), Patritius (VI, 53), Spinula (VI, 55), Borromaeus (VI, 56), Csáky (VI, 59), S. Agnetis (VI, 61), Bentivolus (VI, 62), de Boussu (VI, 63), Barbadicus (VI, 68), Althan (VI, 66), Salernus (VI, 67), Cienfuegos (VI, 70); *diac.*^{i}: Pamphilius (III, 15), Otthobonus (IV, 1), Imperialis (IV, 10), Alterius (IV, 14), Columna (VI, 13), Albanus (VI, 26), de Urighis (VI, 41), Schönborn (VI, 47), Oliverius (VI, 46), Alberonus (VI, 57). Ex quibus em. card.^{bus} conclavi adhuc perdurante, egressi fuerunt ex eodem aegroti em. card.^{les} Paraccianus et Salernus. Em. Paraccianus utpote graviori morbo correptus in proprio palatio adhuc retinetur; em. vero Salernus ad conclave reversus est ante vespertinum scrutinium 7 Maii. Em. de Boussu et Schönborn cum nuperrime ad Urbem adventassent, eodem vespertino scrutinio peracto in conclave ingressi sunt (Arch. Caer. 589 pp. 18-22).

3) 18 Maii 1721 S. S. in bas. S. Petri coronatus fuit solemni ritu (Arch. Caer. 589 pp. 25-72).

4) Nonnullis abhinc diebus S.^{mus} D.N. infirmitate non levi detentus, vehementiori 5 Mart. 1724 cruciatus, ac periclitante salute, fuit hora 2 noctis per Viaticum S. Communione refectus per manus Sinibaldi ab Auria archiep. Patracen.; et post horam prof. fidei maxima cordis compunctione recitavit et ingravescente morbo hora 11 ab eodem archiep. Extrema Unctione confirmatus; denique 7 Mart. praesentibus PP. Generalibus O.P., O.F.M.Conv. et O.F.M.Obs., necnon 4 poenit.^{iis} bas. S. Petri animam eius Deo commendantibus, praesentibusque nonnullis familiaribus, inter pias iaculatorias orationes a P. Flaminio eius confessario prolatas, animam Deo reddidit hora 23 cum dimidio (Ex diariis *Francisci Bolza caeremoniarum magistri*, Arch. Caer. 572 pp. 477-478), in aet. an. 68, m. 9, dd. 24 (Arch. Caer. 589 p. 531). 8 Mart. hora 15 cum dimidio venit ad Pal. Quirinale em. card. Albanus. S.R.E. camer., et fecit recognitionem cadaveris Summi Pont.; et praef. Cubiculi postea eidem card.^{li} consignavit bursam parvam cum anulo piscatoris intus. De sero apertum fuit cadaver Summi Pont. quod inventum est totum cancrenatum et quia deformata erat facies, facta fuit maschera ex cera alba; deinde translatum fuit cadaver in cameram, quae dicitur Consistorialis, internam. 9 Mart. hora 24 facta fuit translatio corporis ad Pal. Vat. et portatum fuit corpus ad capellam Sixtinam (Arch. Caer. 568 ff. 218-219'). 10 Mart. corpus Pontificis solemniter translatum fuit ad bas. Vat. et delatum ad capellam S.^{mi} Sacramenti ita aptatum, ut pedes oscularentur a populo per tres dies subsequentes. 12 Mart. de sero hora 1 noctis tumulatum fuit cadaver Pontificis in bas. Vat. in loco depositi prope capellam S.^{mi} Crucifixi supra ianuam e conspectu tumuli reginae Suecorum (Ex diariis *Placidi Eustachii Ghezzii caeremoniarum magistri*, Arch. Caer. 568 ff. 220-224).

Quaedam adnotationes praesertim ex actis consist. desumptae: In consist. secreto 28 Maii 1721 habito S.^{mus} D.N. ad card.^{les} verba habuit gratiarum actionis de Sua ad Pontificatum assumptione, eisque nuntiavit iubilaeum universale ad implorandum divinum auxilium initio Sui Pontificatus pro salutari Cath. Eccl.^{ae} regimine (AC 27 ff. 230-230'). 16 Nov. 1721 S. S. praevia solemni equitatione possessionem accepit bas. S. Ioannis in Laterano (Arch. Caer. 568 ff. 33-34). In consist. secreto 1 Iun. 1722 S. S. card.^{les} allocutus est super gravissimo negotio tradendi investituram regni utriusque Siciliae Carolo III imperatori ut successori legitimo Caroli II Hispaniarum regis (AC 27 ff. 289'-291). 6 Iun. 1722 in Pal. Apost. Quirinali fuit congr. gen. totius S. Coll. coram S.^{mo} D.N. pro praedicta investitura (l. c. ff. 291-292'). In congr. gen. 9 Iun. 1722 totius S. Coll. in Pal. Apost. Quirinali habita S.^{mus} D.N. solemni ritu investituram regni Siciliae cum tota terra citra Pharum usque ad confinia terrarum Eccl.^{ae} Rom. Carolo VI regi cath. et Romanorum regi in imperatorem electo concessit (l. c. ff. 293-294). In consist. secreto 23 Sept. 1722 S.^{mus} D.N. em. card.^{les} propter imminens periculum Turcarum tentantium insulam Meliten. obsidere, hortatus est, ut orationibus et pecuniis tantae temeritati resistant (l. c. ff. 304-305). In consist. secreto 15 Mart. 1723 S. S. verba fecit super investitura ducatus Parmae et Placentiae in conventu Cameracen. a legatis Hispanis postulata ab aula imperiali et iussit legi a secr. Brevium ad Princ. Brevia et a S.^{i} Coll. secretario protestationem (AC 28 f. 14). 30 Maii 1723 em. marchio Matthaeus Sacchettus, ser.^{mi} Francisci Farnesii ducis Parmae et Placentiae orator, oboedientiam et fidelitatis iuramentum in manibus S.^{mi} D.N. nomine eiusdem ducis praestitit (Arch. Caer. 572 pp. 372-390).

5) In consist. secreto 15 Iun. 1721 S.^{mus} D.N. creavit et declaravit S.R.E. card.^{lem} Bernardum Mariam de Comitibus, O.S.B., olim ep. Terracinen., S.^{tis} S. fratrem germanum (AC 27 f. 242). In consist. publico 19 Iun. 1721 S. S. ei galerum rubrum tradidit; deinde in consist. secreto 16 Iul. 1721 ei os clausit et in fine eiusdem consist. aperuit eique tradidit anulum cardinal. c. tt.^{i} assign. (l. c. ff. 243', 244, 247).

6) 17 Iun. 1721 deput. protect. Congr. Cassinen. O.S.B. (S. Br. 2554 f. 26). 3 Aug. 1721 accepit in bas. Vat. possessionem officii poenit. maioris (Arch. Caer. 568 ff. 10'-11').

7) Ob. Romae in conclavi 23 Apr. 1730 hora 13, aet. 65 an. (Arch. Caer. 591 pp. 512-514). Vacante Sede Apost. exequiae absentibus card.^{bus} celebratae fuerunt in eccl. S. Mariae in Via; corpus ex eius testamento translatum fuit in aedem S. Mariae de Monticello, ubi sepulturae traditum fuit (AC 30 f. 59').

8) In consist. secreto 16 Iul. 1721 S.^{mus} D.N. creavit 2 S.R.E. card.^{les}, scil. Guilelmum Dubois, Gallum, archiep. Cameracen., inter

2. **Guilelmus Dubois,**[1] Gallus, archiep. Cameracen. = † 10 Aug. 1723.[2]
3. **Alexander Albanus** (Albani),[3] Urbinaten., nepos Clementis PP. XI, Cam. Apost. cler. = tt. S. Adriani 24 Sept. 1721, tr. ad tt. S. Mariae in Cosmedin 23 Sept. 1722, ad tt. S. Agathae 7 Aug. 1741,[4] ad tt. S. Mariae ad Martyres 11 Mart. 1743,[5] ad tt. S. Mariae in Via Lata 10 Apr. 1747,[6] † 11 Dec. 1779.[7]

---

*pbr.*oe relatum et Alexandrum Albanum, Urbinaten., nepotem Clementis PP. XI, Cam. Apost. cler., ord. *diac.*orum adscriptum (AC 27 f. 247). In consist. publico 19 Iul. 1721 S. S. card.lem Albanum ornavit pileo rubro (l. c. ff. 248-248'); deinde in consist. secreto 10 Sept. 1721 S. S. dicto card. os clausit et 24 Sept. 1721 aperuit c. tt.l assign. (l. c. ff. 249, 252', 258).

[1]) Cum Brevi Apost. 24 Iul. 1721 S.mus D.N. ei biretum cardinal. misit (S. Br. 2611 f. 257).

[2]) Ob. in loco de Versailles prope Parisios 10 Aug. 1723, in aet. an. 66, m. 11, dd. 4; ex humili fortuna ad cardinalatum evectus a S.mo D.N. atque ad munus primi ministri in minoritate regis Xmi Gallias pro arbitrio administrabat. Cadaver Lutetiam delatum conditum fuit in eccl. S. Honorati, ubi ille can. fuerat; non integram sui nominis in pietate et moribus famam reliquit (AC 28 f. 61).

[3]) 26 Aug. 1701 recipitur in fratrem militarem de Iustitia linguae Italicae hospitalis S. Ioannis Hieros.. (S. Br. 2508 f. 34 ss.). 8 Dec. 1718 deput. secr. Memorialium (S. Br. 2467 f. 1). 10 Maii 1719 fit cler. Cam. Apost. (S. Br. 2473 f. 16). 16 Iul. 1721 disp. super defectu ord. min. et super eo, quod fratrem card.lem habeat, scil. Hannibalem Albanum, ad effectum validitatis suae creationis in card.lem (S. Br 2610 f. 145). 2 Aug. 1721 ei conc. ind. suscipiendi omnes etiam s. ord. extra tempora et non servatis interstitiis (S. Br. 2258 f. 1). 20 Dec. 1721 prom. ad ord. subdiac.tus (S. Br. 2610 f. 141). 26 Iun. 1726 deput. protect. Congr. Cl.R.Min. (S. Br. 2662 f. 45), 26 Aug. 1740 protect. cantorum et capellanorum Capellae S.mi (S. Br. 2985 f. 9), 4 Iul. 1741 protect. Congr. Montis Libani monachorum Syrorum Maronitarum O.S. Antonii abb. (S. Br. 3043 f. 5), 13 Nov. 1751 protect. O.Praem. (S. Br. 3241 f. 19). 12 Aug. 1761 fit bibliothecarius S.R.E. (S. Br. 3655 f. 387).

[4]) 7 Aug. 1741 tr. ad tt. S. Agathae cum ret. tt. S. Mariae in Cosmedin in commendam (AC 32 f. 45'). Eundem tt. in commendam retinuit usque ad sui obitum.

[5]) AC 32 f. 158'.

[6]) AC 33 f. 111.

[7]) Ob. Romae 11 Dec. 1779; nat. in civ. Urbinaten. 15 Oct. 1692; funebria celebrata fuerunt in eccl. S. Laurentii in Lucina, et hinc in eccl.am S. Sebastiani extra muros privatim translatum corpus in sacello excell.mae suae dom. tumulatum fuit (AC 39 f. 98).

VIII. Benedictus XIII

Antea Vincentius Maria Ursinus, ep. Portuen. et S. Rufinae,[1] electus 29 Maii 1724,[2] coronatus 4 Iun.,[3] † 21 Febr. 1730.[4]

---

[1]) Cf. S.R.E. card. II, 5.

[2]) Novendialibus exequiis pro anima fel. rec. Innocentii PP. XIII expletis, 20 Mart. 1724 interfuerunt 30 em. card.les Missae de Spiritu Sancto a card. Iudice cantatae. Deinde 22 card.les cantantes hymnum Veni Creator ingressi sunt capellam Paulinam, ubi solitas Bullas iuramenti robore firmarunt, reliqui in propria palatia se contulerunt vespere conclave ingressuri; em. Tanarius decan. de more hortatus est em. Patres ut quam citius providerent Eccl.ae Dei de optimo universali Pastore. Hora 21 in capella Sixtina Maffeus Farsettus gub. conclavis et Augustinus Chisius maresciallus perpetuus conclavis praestiterunt solitum iuramentum. Circa horam 6 noctis clausae sunt portae conclavis. 21 Mart. circa horam 24 ingressi sunt conclave em. Vallemanus et Picus; 22 Mart. circa horam 24 ingressi sunt em. Gozzadinus, Piazza et Corradinus; 23 Mart. ingressus est em. Spada, 25 Mart. em. Marinus, 26 Mart. ingressi sunt em. Pignatellus et Ruffus, 28 Mart. em. Ursinus et Bentivolus; 2 Apr. ingressus est em. Barbadicus, 6 Apr. em. Caracciolus; 12 Apr. ingressi sunt em. de Via et Rohan; 14 Apr. ingressus est em. Bissy, 15 Apr. em. Boncompagnus; eadem die egressus est e conclavi em. Tanarius infirmus, qui 5 Maii Romae extra conclave obiit; 19 Apr. ingressi sunt conclave em. Odescalchus et Borromaeus; 23 Apr. exiit e conclavi em. Rohan infirmus, qui 29 Apr. in conclave rediit; 25 Apr. ingressus est conclave em. Polignac, 30 Apr. em. Cusanus; 14 Maii ingressus est em. Belluga, 15 Maii em. Borja. Acerrime discussa inter purpuratos principes electione novi Pontificis per dies 70 in conclavi, tandem unanimi em. Patrum consensu, 29 Maii 1724, in scrutinio vespertino electus fuit in Sum. Pont. em. Vincentius Maria card. Ursinus ep. Portuen., archiep. Beneventan., et ad decanatum S. Coll. paucis abhinc diebus per obitum em. Tanarii evectus, a. aet. suae 75 attingens, qui prae humilitate tantam dignitatem reicere cupiens insistentibus card.bus tandem acceptavit sibique nomen Benedicti XIII imposuit.

Em. card.les, qui in conclavi elegerunt in Sum. Pont. Benedictum PP. XIII, fuerunt: *ep.*i: Iudice (IV, 7), Paulutius (V, 20), Pignatellus (VI, 1), Barberinus (IV, 13); *pbr.*i: Boncompagnus (V, 2), Sacripantes (V, 7), Corsinus (VI, 5), Aquaviva (VI, 7), Ruffus (VI, 8), Spada (VI, 9), Gualterius (VI, 10), Vallemanus (VI, 22), Fabronus (VI, 19), Priolus (VI, 17), Gozzadinus (VI, 24), Hannibal Albanus (VI, 26), Picus (VI, 38), de Via (VI, 27), Cusanus (VI, 28), Piazza (VI, 29), Zondadarius (VI, 30), Bussius (VI, 39), Corradinus (VI, 40), de Rohan (VI, 31), Ptolemaeus (VI, 36), Odescalchus (VI, 45), de Bissy (VI, 48), Innicus Caracciolus (VI, 49), Scottus (VI, 50), Patritius (VI, 53), Nicolaus Spinula (VI, 55), Borromaeus (VI, 56), Georgius Spinula (VI, 61), Bentivolus (VI, 62), Barbadicus (VI, 68), Belluga (VI, 64), Pereira de Lacerda (VI, 65), Salernus (VI, 67), Borja (VI, 69), Cienfuegos (VI, 70), de Comitibus (VII, 1); *diac.*i: Pamphilius (III, 15), Otthobonus (IV, 1), Imperialis (IV, 10), Alterius (IV, 14), Columna (VI, 13), de Urighis (VI, 41), Polignac (VI, 44), Oliverius (VI, 46), Marinus (VI, 51), Alberonus (VI, 57), Alexander Albanus (VII, 3). Em. card.les, qui non interfuerunt in conclavi, sunt sequentes: Marescottus (II, 17), de Noailles (V, 28), Fliscus (VI, 6), de Saxonia (VI, 11), da Cunha (VI, 32), Schrattenbach (VI, 33), Schönborn (VI, 47), Nicolaus Caracciolus (VI, 52), Csáky (VI, 58), Potier de Gesvres (VI, 59), de Boussu (VI, 63), de Althan (VI, 66) (Ex diariis *Placidi Eustachii Ghezzii caeremoniarum magistri,* Arch. Caer. 569 ff. 32'-231').

[3]) 4 Iun. 1724, recurrente Dominica Pentecostes, peracta fuerunt solemnia coronationis S.mi D.N. in porticu bas. Vat. (Arch. Caer. 590 pp. 27-65).

[4]) 21 Febr. 1730 S.mus D.N. ingravescente morbo, genuflexus in terra per spatium quinque quadrantium horae, accepit S. Communionem pro Viatico, et hora 23 cum quadrante munitus Extrema Unctione animam Deo reddidit assistentibus Generalibus Religionum et aliis Patribus poenit.lis; 22 Febr. absente a Roma card. Albano camer. S.R.E., eius loco em. Corsinus fecit recognitionem cadaveris Sum. Pont. et recepit a praef. Cubiculi bursam cum anulo piscatoris. Absente em. Corsino apertum fuit cadaver et aromatibus conditum postea delatum fuit ad capellam Sixtinam (Arch. Caer. 570 f. 23). 23 Febr. cong.e gen. card.lium absoluta cadaver Sum. Pont. translatum fuit ad bas. Vat., ibi locatum in medio basilicae et completa absolutione delatum fuit ad capellam S.mi Sacramenti (Arch. Caer. 575 ff. 182'-185). 25 Febr. circa horam 24 corpus def.i Pont. humatum fuit assistentibus 12

S.R.E. cardinales ab ipso creati:

a) *in prima promotione 11 Sept. 1724 habita.*[1])

1. **Ioannes Bapt. de Alteriis** (Altieri),[2]) Roman., archiep. Tyren., cler. Cam. Apost. decan. et viarum praeses = tt. S. Matthaei in Merulana 20 Nov. 1724, tr. ad Praenestin. 26 Ian. 1739,[3]) † 12 Mart. 1740.[4])
2. **Alexander Falconerius** (Falconieri),[5]) Roman., Urbis gub., S. Rotae aud. = tt. S. Mariae de Scala 20 Nov. 1724, † 26 Ian. 1734.[6])

b) *in secunda promotione 20 Nov. 1724 habita.*[7])

3. **Vincentius Petra,**[8]) Neapolitan., archiep. Damascen., S. Congr. Ep.^{orum} et Reg. secr. = tt. S. Honuphrii 20 Dec.

---

em. card.^{bus} ab eodem creatis (l. c. ff. 185'-186). 21 Febr. 1733 circa horam 23 in bas. Vat. secuta est recognitio corporis s. mem. Benedicti PP. XIII et die sequenti corpus translatum ad eccl. S. Mariae supra Minervam (Arch. Caer. 577 f. 49). 22 Febr. 1739 in eccl. S. Mariae supra Minervam nova translatio corporis s. mem. Benedicti PP. XIII facta est a sacello S. Mariae Magdalenae, ubi loco depositi usque adhuc requievit, in novum sepulchrum in capella S. Dominici constructum (Arch. Caer. 592 pp. 656-657).

Quaedam adnotationes praesertim ex actis consist. depromptae: In primo consist. secreto 12 Iul. 1724 S.^{mus} D.N. gratias egit em. card.^{bus} de Sui assumptione ad Pontificatum et deinde iuravit Constit. Apost., quae ab unoquoque Pontifice in primo consist. iurari solent (AC 28 ff. 79-81, 94). In consist. secr. 26 Iun. 1724 S. S. indixit universale iubilaeum proximi Anni Sancti (l. c. f. 95). 29 Iun. 1724 promulgata fuit Bulla iubilaei Anni Sancti in bas. Vat. (Arch. Caer. 574 f. 16). 24 Sept. 1724 S. S. praevia solemni equitatione possessionem accepit bas S. Ioannis in Laterano (Arch. Caer. 573 pp. 92-97). In consist. secreto 27 Sept. 1724 S.^{mus} D.N. em. card.^{les} certiores fecit de immaturo obitu Ludovici Hispaniarum regis secuto die 31 m. elapsi (AC 28 ff. 112-113). In consist. secreto 20 Dec. 1724 S. S. allocutus est em. card.^{les} super Romanum concilium provinciale, quod convocare intendit pro Dominica in Albis futuri anni iubilaei (Arch. Caer. 590 p. 272). 24 Dec. 1724 tres de latere legati a S.^{te} S. deputati aperuerunt respectivas Portas Sanctas, em. Paulutius prodecanus infirmo em.° Iudice decano Portam S. Pauli, em. Pamphilius archiepbr. Portam bas. Lateranen. et em. Otthobonus archipbr. Portam bas. Liberianae (Arch. Caer. 573 p. 147) et eadem die S.^{mus} D.N. aperuit de more Portam Sanctam bas. Vat. (l. c. pp. 157-158). In consist. secreto 29 Ian. 1725 S. S. allocutionem habuit super restitutione civitatis Comaclen. ab imperatore Carolo VI S. Sedi mox facienda (AC 28 ff. 147'-148'). 15 Apr. 1725, Dominica 2 post Pascha, in bas. Lateranen. inchoatum fuit solemne concilium Romanum provinciale cum prima sessione (Arch. Caer. 573 pp. 263-272), quod concilium duravit usque ad 30 Maii 1725, qua die subscripta sunt decreta dicti concilii in sacello Sixtino ab em. Patribus et rev. praesulibus Summo Pontifice praesente (l. c. pp. 324-325). In consist. secreto 11 Iun. 1725 S.^{mus} D.N. em. card.^{bus} manifestavit pacem nuper secutam inter maiest. caes. et regem cath. necnon damna, quae praeiudicialia S. Sedi praevidentur in successione ditionum Parmae et Placentiae (AC 28 ff. 175'-177). 3 Nov. 1725 S.^{mus} D.N. iuxta novissimum Romani concilii decretum Sacrum solemniter explevit in Sixtino Vat.^{i} Pal. sacello pro animabus Summorum Pontificum defunctorum adstantibus omnibus em. Patribus in Urbe praesentibus et intervenire valentibus (Arch. Caer. 590 p. 513). 24 Dec. 1725 em. Paulutius, Pamphilius et Otthobonus, ad hunc effectum legati de latere creati, clauserunt Portas Sanctas S. Pauli, S. Ioannis, S. Mariae Maioris respect. basilicarum (Arch. Caer. 573 p. 406), Portam Sanctam bas. Vat. clausit de more Summus Pontifex (l. c. pp. 407-412). 1 Sept. 1726 in bas. Vat. fuerunt solemnia beatificationis ven. Hyacinthae de Mariscottis monialis professae ex Ord. S. Francisci (l. c. pp. 564-566). In consist. semipublicis 15, 20, 22, 27, 29 Nov., 2, 4, 6 Dec. 1726 habitis card.^{les}, archiep.^{i} et ep.^{i} suffragia dederunt pro canonizatione BB. Turibii de Mogrovejo, archiep. Liman., Iacobi de Marchia Conf. O.F.M.Obs., Agnetis de Monte Politiano Virg. O.P., Peregrini Latiosi Conf. O.S.M., Ioannis a Cruce Conf. O.Carm., Francisci Solani Conf. O.F.M.Obs., Aloysii Gonzagae Conf. S.I., Stanislai Kostkae Conf. S.I. (AC 28 ff. 254'-274'). In consist. secreto 9 Dec. 1726 S.^{mus} D.N. sermonem habuit super ecclesiis Sardiniae earumque provisione (l. c. ff. 275-276). 10 Dec. 1726 solemni pompa in bas. Vat. relati sunt inter Sanctos: BB. Turibius, Iacobus a Marchia et Agnes a Monte Politiano (Arch. Caer. 573 pp. 622-624), 27 Dec. 1726 BB. Peregrinus Latiosus, Ioannes a Cruce et Franciscus Solanus (l. c. pp. 639-640), 31 Dec. 1726 BB. Aloysius Gonzaga et Stanislaus Kostka (l. c. pp. 642-643). 24 Mart. 1727 S.^{mus} D.N. iter suscepit versus civ.^{tem} Beneventan., ad quam iuxta suum sensum in consist. 17 Mart. 1727 apertum em. card.^{bus} se conferre enuntiavit pro consecratione habenda eccl.^{ae} noviter ab ipso constructae in honorem S. Philippi Nerii praecipui patroni S.^{tis} S. (Arch. Caer. 591 p. 145-146). 28 Maii 1727 hora 24 S.^{mus} D.N. per portam S. Ioannis a civ. Beneventan. ad Urbem revertit (l. c. p. 158). 6 Nov. 1727 S.^{mus} D.N. civitatem versus Viterbii iter arripuit, quam civ.^{tem} ingressus fuit die 8 eiusdem. Die 9 eiusdem in eccl. O.P. sub invocatione B.M.V. della Quercia extra Viterbii moenia sita Pontifex munus consecrationis solemni ritu impendit Clementi Augusto S. Rom. Imperii electori archiep. Colonien. et ep. Monasterien. et Paderbornen. (l. c. pp. 220-223). Die 13 eiusdem S.^{mus} D.N. ad Urbem revertit (l. c. p. 226). In consist. semipublico 30 Apr. 1728 habito pro canonizatione B. Margaritae de Cortona Tertii Ord. S. Francisci prolata fuerunt vota a card.^{bus}, archiep.^{is} et ep.^{is} (AC 29 ff. 94-97). 16 Maii 1728 in bas. Vat. S.^{mus} D.N. inter Sanctorum album adscripsit B. Margaritam (Arch. Caer. 591 p. 273). In consist. semipublico 10 Mart. 1729 S.^{mus} D.N. suffragia recepit super canonizatione B. Ioannis Nepomuceni (AC 29 ff. 161-164). 19 Mart. 1729 in bas. S. Ioannis in Laterano fuerunt solemnia dicti B. Ioannis (Arch. Caer. 575 f. 164'). 28 Mart. 1729 S.^{mus} D.N. iter suscepit versus civ. Beneventan., ubi 24 Apr. 1729 incoepit concilium provinciale Beneventanum, quod usque ad diem 12 Maii duravit (Arch. Caer. 576 ff. 11-26). 10 Iun. 1729 hora 14 a civ. Beneventan. per viam civ.^{tis} Albanen., in qua per aliquot dies remansit, ad Urbem rediit S.^{mus} D.N., qui descendit ad bas. Liberianam exceptus a 12 em. card.^{bus} et quamplurimis praesulibus (Arch. Caer. 591 pp. 366-367). 24 Aug. 1729 in bas. Vat. fuerunt solemnia beatificationis ven. Servi Dei Vincentii a Paulo, fundatoris Congr. Missionis (Arch. Caer. 575 f. 174'). 29 Ian. 1730 in bas. Vat. fuit solemnis beatificatio ven. Servi Dei Petri Forerii, praepositi gen. Can. Reg. Congr. Salvatoris (Arch. Caer. 570 ff. 9-9').

1) In consist. secreto 11 Sept. 1724 S.^{mus} D.N. creavit et declaravit 2 S.R.E. card.^{les}, videlicet Ioannem Bapt. de Alteriis, archiep. Tyren., cler.^{orum} Cam. Apost. decan. et viarum praesidem, Roman.; et Alexandrum Falconerium, almae Urbis gub. et S. Rotae aud., Roman. (AC 28 ff. 109-109'). In consist. publico 16 Sept. 1724 S. S. dictis card. galerum rubrum imposuit (l. c. f. 111), deinde in consist. secreto 27 Sept. 1724 eis os clauist (l. c. f. 113) et 20 Nov. 1724 aperuit (Arch. Caer. 574 f. 65') c. tt.^{orum} assign. (AC 28 ff. 125'-126).

2) 11 Sept. 1724 disp. super eo, quod fratrem germanum card.^{lem} habeat, scil. Laurentium de Alteriis (S. Br. 2624 f. 26). 3 Mart. 1732 fit camer. S. Coll. (cf. Appendix II B).

3) AC 31 f. 206'.

4) Ob. Romae in conclavi pro eligendo Summo Pont. 12 Mart. 1740, a. aet. suae 69 (AC 31 f. 282).

5) 22 Nov. 1697 fit praesidens Cam. Apost. (S. Br. 1972 f. 17), 15 Dec. 1701 cler. Cam. Apost. (S. Br. 2088 f. 5). 23 Iun. 1717 fit gub. Urbis (S. Br. 2438 f. 175). 27 Febr. 1727 deput. protect. regni Scotiae (S. Br. 2679 f. 1).

6) Ob. Romae 26 Ian. 1734 circa horam 18, annos agens 76, m. 11, dd. 19 (Arch. Caer. 592 p. 210); persolutis de more exequiis in eccl. S. Ioannis Florentinorum 28 Ian. 1734 eius cadaver ibidem tumulatum fuit (AC 31 f. 40').

7) In consist. secreto 20 Nov. 1724 S.^{mus} D.N. creavit et declaravit S.R.E. card.^{lem} Vincentium Petram, archiep. Damascen., S. Congr. Ep.^{orum} et Reg. secr., Neapolitan. (AC 28 f. 126, Arch. Caer. 590 p. 251). In consist. publico 23 Nov. 1724 S. S. ei galerum rubrum imposuit (AC 28 f. 127), deinde in consist. secreto 20 Dec. 1724 ei os clausit et in eodem consist. aperuit (l. c. ff. 128, 133') c. tt.^{i} assign. (Arch. Caer. 573 p. 145).

8) 10 Ian. 1727 deput. praef. S. Congr. Prop. (S. Br. 2675 f. 16). 7 Oct. 1730 deput. protect. nationis Graecorum, illiusque christifidelium cath. in Urbe commorantium (S. Br. 2759 f. 1). 19 Ian. 1733 fit camer. S. Coll. (cf. Appendix II B). 18 Ian. 1735 deput. protect. Congr. reformatae monachorum Melchitarum Aleppinorum (S. Br. 2848 f. 7).

1724, tr. ad tt. S. Petri ad Vincula 11 Febr. 1737,[1]) ad Praenestin. 16 Sept. 1740,[2]) † 21 Mart. 1747.[3])

c) *in tertia promotione 20 Dec. 1724 habita.*[4])

4. **Prosper Marefuscus** (Marefoschi),[5]) Maceraten., archiep. Caesarien. = tt. S. Chrysogoni 29 Ian. 1725, tr. ad tt. S. Calixti 19 Nov. 1725, ad tt. S. Silvestri in Capite 20 Sept. 1728, † 24 Febr. 1732.[6])
5. **Augustinus Pipia,**[7]) Sardus, O.P. mag. gen., el. ep. Auximan. = tt. S. Sixti 29 Ian. 1725, tr. ad tt. S. Mariae supra Minervam 3 Mart. 1729, † 19 al. 21 Febr. 1730.[8])

d) *in quarta promotione 11 Iun. 1725 habita.*[9])

6. **Nicolaus Coscia,**[10]) Neapolitan., archiep. Traianopolitan. = tt. S. Mariae in Domnica 23 Iul. 1725,[11]) † 8 Febr. 1755.[12])
7. **Nicolaus Iudice** (del Giudice),[13]) Neapolitan., prot. apost. et S. Pal. Apost. praef. = tt. S. Mariae ad Martyres 23 Iul. 1725,[14]) † 30 Ian. 1743.[15])

e) *in quinta promotione 11 Sept. 1726 habita.*[16])

8. **Andreas Hercules de Fleury,** Gallus, olim ep. Foroiulien. = † 29 Ian. 1743.[17])

f) *in sexta promotione 9 Dec. 1726 habita.*[18])

9. **Nicolaus Maria Lercarius** (Lercari),[19]) Ianuen., archiep. Nazianzen., S.mi D.N. primus min. et Status a secretis = tt. SS. Ioannis et Pauli 16 Dec. 1726, tr. ad tt. S. Petri ad Vincula 11 Mart. 1743,[20]) † 21 Mart. 1757.[21])
10. **Laurentius Cozza,**[22]) Montis Falisci, O.F.M.Obs. min. gen. = tt. S. Laurentii in Panisperna 16 Dec. 1726, tr. ad tt. S. Mariae in Aracoeli 20 Ian. 1727, † 19 Ian. 1729.[23])

---

[1]) AC 31 f. 112'.

[2]) AC 31 f. 257'.

[3]) Ob. Romae 21 Mart. 1747 hora 10 cum dimidio, annos agens 84, m. 4, dd. 8 (Arch. Caer. 596 pp. 192-193); 22 Mart. de sero delatum fuit cadaver ad eccl. S. Mariae in Vallicella, ubi habita fuit Capella Papalis 23 Mart.; hora 21 cum dimidio eiusdem diei translatum fuit cadaver ad eccl. Spiritus Sancti nationis Neapolitanae, ubi tumulatum remansit in sepulchro, quod vivens erexerat (l. c. p. 195-198).

[4]) In consist. secreto 20 Dec. 1724 S.mus D.N. creavit S.R.E. card.les *pbr.*os Prosperum Marefuscum, archiep. Caesarien., bas. S. Petri can., Congr.um Boni Regiminis, Immunitatis eccl.cae et Controversiarum iurisdictionalium secr., deinde Clementis PP. XI et Innocentii PP. XIII aud., et tandem Congr.um Ep.orum ac S. Officii cons., S. Poenitentiariae sigillatorem, necnon familiarem S.tis S. ac aud.; Augustinum Pipiam, el. ep. Auximan., O.P. mag. gen. (AC 28 ff. 135-136). In consist. publico 23 Dec. 1724 S. S. dictis card.bus galerum rubrum tradidit (Arch. Caer. 573 p. 145), deinde in consist. secreto 29 Ian. 1725 eis os clausit et in eodem consist. aperuit c. tt.orum assign. (AC 28 ff. 143, 147, 148').

[5]) 20 Dec. 1724 confirm. in munere auditoris usque ad novam electionem (Arch. Caer. 590 p. 276). 13 Iun. 1726 fit vic. almae Urbis (S. Br. 2662 ff. 1-2). 13 Iul. 1726 deput. protect. Congr. Hispan. O.S. Ioannis Dei (S. Br. 2664 f. 36).

[6]) Ob. Romae 24 Febr. 1732 hora 6, annos agens 78, m. 4, dd. 27 (Arch. Caer. 592 p. 108); exequiis in eccl. S. Salvatoris in Lauro absolutis cadaver ibidem sepultum fuit (l. c. p. 109).

[7]) 20 Dec. 1724 ei conc. ind. retinendi munus mag. gen. usque ad proximum capitulum (S. Br. 2629 f. 10). 30 Sept. 1727 deput. protect. Congr. Vallis Umbrosae O.S.B. (S. Br. 2690 f. 1).

[8]) Ob. Romae 19 Febr. 1730, annos agens 69, m. 4, dd. 20 (Arch. Caer. 570 f. 22'), al. ob. 21 Febr. 1730 (AC 30 ff. 58'-59); exequiis in eccl. S. Mariae supra Minervam celebratis cadaver ibidem humo traditum fuit (l. c.).

[9]) In consist. secreto 11 Iun. 1725 S.mus D.N. creavit S.R.E. card.les Nicolaum Coscia, archiep. Traianopolitan. inter *pbr.*os relatum; Nicolaum Iudice, prot. apost. et S. Pal. Apost. praef. *diac.*is adscriptum. Novem em. card.les contra promotionem archiep. Traianopolitan. longo liberoque sermone sententiam tulerunt, videl. Paulutius Status secr., Fabronus, Picus, Zondadarius, Corradinus prodat., Ptolemaeus, Belluga, Salernus, Imperialis; omnes vero card.les nemine discrepante promotionem probaverunt (AC 28 f. 178). In consist. publico 14 Iun. 1725 S. S. duobus memoratis card.bus galerum rubrum tradidit (Arch. Caer. 573 pp. 339-342). In consist. secreto 23 Iul. 1725 S. S. eisdem os clausit et in fine eiusdem consist. aperuit c. tt.orum assign. (AC 28 ff. 181, 183).

[10]) 5 Sept. 1725 fit coadi. c.f.s. Beneventan. (cf. Beneventan.). 17 Dec. 1725 deput. protect. O.F.M.Conv. (S. Br. 2650 f. 1), 28 Mart. 1726 protect. civ.tis Avenionen. (S. Br. 2656 f. 12). 23 Febr. 1734 absolv. ab excommunicatione maiori, quam Clemens PP. XII per suam definitivam sententiam 9 Maii 1733 latam eum incurrisse declaravit (S. Br. 2961 f. 122 ss.). 8 Ian. 1742 S. S. card.li Coscia significat, non obstantibus confectis contra ipsum processibus et sententia Clementis PP. XII ipsum in pristinum statum et honorem esse restitutum (S. Br. 3387 f. 26 ss.).

[11]) In consist. secr. 23 Iul. 1725 S. S. assignavit card.li Coscia pro eius tt. pbr.li eccl.am S. Mariae in Domnica, quam ex diaconia in tt. pbr.lem declaravit (AC 28 f. 183').

[12]) Ob. Neapoli 8 Febr. 1755, annos agens 73, dd. 14 (Arch. Caer. 600 pp. 168-169); eius cadaver sepultum fuit in eccl. domus professae PP. S.I. (AC 34 f. 306).

[13]) 2 Mart. 1696 fit praesidens Cam. Apost. (S. Br. 1937 f. 11). 22 Nov. 1697 cler. Cam. Apost. (S. Br. 1972 f. 13). 7 Maii 1715 fit praef. Pal. Apost. (S. Br. 2388 f. 1). 11 Iun. 1725 disp. super eo quod patruum [Franciscum card. Iudice] et amitinum [Nicolaum card. Caracciolum] card.les habeat tempore suae creationis in card.lem (S. Br. 2738 f. 182).

[14]) In consist. secreto 23 Iul. 1725 S. S. assignavit card.li Iudice diaconiam S. Mariae ad Martyres vulgo Rotonda quam de novo instituit (AC 28 f. 184).

[15]) Ob. Romae 30 Ian. 1743 hora 19, annos agens 82, m. 7, dd. 14; 1 Febr. in eccl. S. Ignatii habita fuit Capella Papalis in suffragium dicti card.; de sero cadaver delatum fuit ad eccl. S. Mariae Transpontinae et ibi in forma depositi tumulatum, transferendum Neapolim, ubi in eccl. Carmelitarum suum sepulchrum elegerat (Arch. Caer. 594 pp. 7-10).

[16]) In consist. secreto 11 Sept. 1726 S. S. creavit S.R.E. *pbr.*um card.lem Andream Herculem de Fleury, olim ep. Foroiulien., regis X.mi expraeceptorem, nunc vero eiusdem summa cum auctoritate primum consiliarium Status (AC 28 f. 245).

[17]) Ob. Parisiis 29 Ian. 1743, in aet. 88 an.; nunquam ad Urbem accessit, neque pileum habuit neque tt. (Arch. Caer. 594 p. 14); eius cadaver sepultum fuit in eccl. S. Ludovici, in qua splendidum monumentum regia cura et magnificentia positum fuit (AC 32 ff. 206-206').

[18]) In consist. secreto 9 Dec. 1726 S. S. creavit 9 S.R.E. card.les, quorum 2 tantum evulgavit, scil.: Nicolaum Mariam Lercarium, archiep. Nazianzen., suum primum min. et Status a secretis; Laurentium Cozza, min. gen. O.F.M.Obs., iam prof. theol. et Terrae Sanctae custodem; alios vero 7 in pectore reservavit arbitrio suo quandocumque declarandos (AC 28 ff. 283-286). In consist. publico 12 Dec. 1726 S.mus D.N. dictis 2 card.bus galerum rubrum imposuit (l. c. f. 287'), deinde in consist. secreto 16 Dec. 1726 eis os clausit et aperuit c. tt.orum assign. (l. c. ff. 288', 293').

[19]) 30 Sept. 1727 deput. protect. Congr. Can. Reg. Lateranen. (S. Br. 2690 f. 3). 20 Ian. 1734 fit camer. S. Coll. (AC 31 f. 5).

[20]) AC 32 f. 156.

[21]) Ob. Romae in palatio suae resid. in Campo Martio 21 Mart. 1757 hora 2, in aet. 82 an.; 22 Mart. habita fuit Capella Papalis in eccl. S. Petri in Vinculis, ibidemque cadaver eius tumulatum fuit (Arch. Caer. 601 pp. 20-22).

[22]) 9 Dec. 1726 conc. ei ind. retinendi munus min. gen. O.F.M. Obs. (S. Br. 2675 f. 18).

[23]) Ob. Romae in coenobio S. Bartholomaei in Insula 19 Ian. 1729 hora prima cum dimidio, annos agens 74, m. 9, dd. 18 (Arch. Caer. 591 pp. 342-343); 20 Iun. in eccl. S. Bartholomaei in Insula habita

in pectore reservatus 9 Dec. 1726 et publicatus 26 Nov. 1727.[1])

11. **Angelus Maria Quirinus** (Quirini),[2]) Venet., O.S.B.Congr. Cassinen., ep. Brixien. = tt. S. Augustini 22 Dec. 1727, tr. ad tt. S. Marci 8 Mart. 1728, ad tt. S. Praxedis 11 Mart. 1743,[3]) † 6 Ian. 1755.[4])

g) *in septima promotione 26 Nov. 1727 habita.*[5])

12. **Didacus de Astorga y Céspedes,**[6]) Hispan., archiep. Toletan. = † 8 Febr. 1743.[7])

13. **Sigismundus von Kollonitsch** (Kollonitz, Kollonich, Collonicz),[8]) German., archiep. Viennen. in Austria = tt. SS. Marcellini et Petri 14 Aug. 1730, tr. ad tt. S. Chrysogoni 29 Aug. 1740,[9]) † 12 Apr. 1751.[10])

14. **Philippus Ludovicus von Sinzendorf,**[11]) German., ep. Iaurien. = tt. S. Mariae supra Minervam 14 Aug. 1730, † 28 Sept. 1747.[12])

15. **Ioannes da Motta e Silva,**[13]) Lusitan., can. pbr. patr. Ulixbonen. = † 4 Oct. 1747.[14])

in pectore reservatus 9 Dec. 1726, 26 Nov. 1727 et publicatus 26 Ian. 1728.[15])

16. **Franciscus Antonius Finy,** Minerbinen., archiep. Damascen. = tt. S. Mariae in Via 8 Mart. 1728, tr. ad tt. S. Sixti 6 Iul. 1729, ad tt. S. Mariae in Transtiberim 3 Sept. 1738,[16]) ad tt. S. Petri ad Vincula 16 Sept. 1740,[17]) ad tt. S. Mariae in Transtiberim 11 Mart. 1743,[18]) † 5 Apr. 1743.[19])

in pectore reservati 9 Dec. 1726, 26 Nov. 1727, 26 Ian. 1728 et publicati 30 Apr. 1728.[20])

17. **Marcus Antonius Ansidei,** Perusin., ep. Perusin., S. Officii assessor = tt. S. Petri in Monte Aureo 10 Maii 1728, tr. ad tt. S. Augustini 6 Iul. al. 3 Aug. 1729, † 14 Febr. 1730.[21])

18. **Prosper de Lambertinis** (Lambertini),[22]) Bononien., ep. Anconitan., S. Congr. Concilii secr. et fidei promotor = tt. S. Crucis in Hierusalem 10 Maii 1728, el. Sum. Pont. Benedictus XIV 17 Aug. 1740,[23]) † 3 Maii 1758.[24])

19. **Gregorius Selleri,**[25]) Perusin., O.P., S. Pal. Apost. mag. = tt. S. Augustini 10 Maii 1728, † 31 Maii 1729.[26])

20. **Antonius Bancherius** (Banchieri),[27]) Pistorien., Urbis gub.

---

fuit Capella Papalis pro exequiis animae card. def., ibidemque cadaver eius in sepulchro fratrum conditum fuit (AC 29 f. 217).

[1]) In consist. secreto 26 Nov. 1727 S.mus D.N. declaravit unum ex 7 card.bus in consist. secreto 9 Dec. 1726 creatis et in pectore reservatis, scil. Angelum Mariam Quirinum, Venetum, ep. Brixien., O.S.B. Congr. Cassinen., alios 6 in pectore reservatos (AC 29 f. 56') In consist. publico 29 Nov. 1727 S. S. dicto card. galerum rubrum tradidit (l. c. f. 58), deinde in consist. secreto 22 Dec. 1727 ei os clausit et in fine eiusdem consist. aperuit c. tt.[1] assign. (l. c. ff. 58, 63).

[2]) 4 Sept. 1730 fit bibliothecarius S.R.E. (S. Br. 2757 f. 1). 30 Sept. 1740 deput. protect. O.S. Hieronymi Congr. Lombardiae (S. Br. 2987 f. 55).

[3]) 11 Mart. 1743 tr. ad tt. S. Praxedis c. ret. tt. S. Marci in commendam (AC 32 f. 151').

[4]) Ob. Brixiae 6 Ian. 1755, annos agens 74, m. 9, dd. 27 (Arch. Caer. 600 p. 162).

[5]) In consist. secreto 26 Nov. 1727 S.mus D.N. creavit et declaravit 4 S.R.E. card.les, scil. Didacum de Astorga y Céspedes, Hispan., archiep. Toletan.; Sigismundum a Kollonitsch, German., archiep. Viennen. in Austria; Philippum Ludovicum de Sinzendorf, German., ep. Iaurien.; Ioannem da Motta, Lusitan., can. patr. eccl. Ulixbonen. (AC 29 ff. 54-56). In consist. publico 27 Iul. 1730 S.mus D.N. Clemens PP. XII card.bus Kollonitsch et Sinzendorf galerum rubrum tradidit (AC 30 f. 19'). In consist. secreto 14 Aug. 1730 S. S. dictis 2 card.bus os clausit et in fine eiusdem consist. aperuit c. tt.orum assign. (l. c. ff. 22, 24').

[6]) Cum Brevi Apost. 6 Dec. 1727 S.mus D.N. ei biretum cardinal. misit (S. Br. 2742 f. 254).

[7]) Ob. Matriti 8 Febr. 1734, in aet. 69 an. et 4 fere m.; pileum rubrum non recepit, quod Romam nunquam profectus sit (AC 31 ff. 40'-41).

[8]) Cum Brevi Apost. 23 Dec. 1727 S.mus D.N. ei biretum cardinal. misit (S. Br. 2743 f. 21). 27 Nov. 1728 deput. inquisitor gen. regnorum Hispaniarum et dominiorum, quae Hispaniarum regi subsunt (S. Br. 2736 f. 5 ss.). 21 Iul. 1734 deput. protect. O.S.Pauli in Hungaria (S. Br. 2837 f. 5).

[9]) AC 31 f. 251.

[10]) Ob. Viennae 12 Apr. 1751; nat. Viennae 28 Maii 1677 (AC 34 f. 73).

[11]) Cum Brevi Apost. 19 Dec. 1727 S.mus D.N. ei biretum cardinal. misit (S. Br. 2743 f. 21'). 3 Sept. 1732 tr. ad eccl. Vratislavien. (AC 30 f. 234).

[12]) Ob. Vratislaviae 28 Sept. 1747 (AC 33 f. 175').

[13]) Cum Brevi Apost. 18 Dec. 1727 S.mus D.N. ei biretum cardinal. misit (S. Br. 2743 f. 21').

[14]) Ob. in civ. Ulixbonen. 4 Oct. 1747, sepultus in eccl. S. Mariae Montis Carmeli (AC 33 f. 175').

[15]) In consist. secreto 26 Ian. 1728 S.mus D.N. declaravit unum ex card.bus in consist. secreto 9 Dec. 1726 creatis et in pectore reservatis, scil. Franciscum Antonium Finy, archiep. Damascen., alios autem 5 in pectore iterum reservavit (AC 29 ff. 72'-74). In consist. publico 29 Ian. 1728 S. S. dicto card. galerum rubrum tradidit (l. c. f. 75'), deinde in consist. secreto 8 Mart. 1728 eidem os clausit et in fine eiusdem consist. aperuit c. tt.[1] assign. (AC 29 ff. 76', 82').

[16]) AC 31 f. 190.

³) Promovetur c. decr. ... repar. dom. epalis, erig. sem., c. reserv. pens. 200 scut. mon. pro pers. nominanda (AC 22 f. 168'); nat. in civ. Mediolanen., aet. 56 an., mag. theol. in coll. S. Bonaventurae de Urbe, lect. univ. Papien., iam provincialis prov. Mediolanen. (P. Dat. 1674 f. 211 ss.); 24 Sept. 1670 deput. proc. gen. ad triennium festo Pentecoste a. 1671 incipiendum (S. Br. 1456 f. 107); confirm. in hoc offic. ad aliud triennium 23 Febr. 1674 (S. Br. 1528 f. 287); consecr. Romae a Gaspare card. de Carpineo 7 Oct. 1674 (Vat. Lat. 12339 f. 190); ob a. 1680 (P. Cons. 79 f. 11').

⁴) Absolv. a vinc. Anagnin., tr. c. decr. ... vac. omnia benef., quae obtinet, suspenso effectu vacationis usque ad sui obitum, repar. cathedr. et dom. epalis, erig. theol. et poenit., sem. (AC 23 f. 56'); bulla prov. (S. Br. 1774 f. 528 ss.); ob. 5 Aug. 1682 (P. Cons. 82 f. 57).

⁵) Promovetur c. disp. ... pbr., c. ret. pens., quas percipit, c. decr. ... vac. omnia benef. etc. ut supra, repar., erig. etc. ut supra (AC 23 f. 130'); nat. in civ. Urbevetan., aet. 60 an. circ., doct. iur. utr., ref. utr. sign., aud. gen. nuntiaturae Hispaniarum, gub. Tudertin. (P. Cons. 82 f. 50 ss.); prom. ad ord. pbr.^tus 11 Iul. 1683 (Arch. Caer. 559 fasc. C f. 17); consecr. Romae a Galeatio card. Marescotto 25 Iul. 1683 (l. c. fasc. D f. 18); ob. 14 Apr. 1688 (Gams 660).

⁶) Promovetur c. decr. ... vac. cant.^tus Urbinaten. ac omnia benef. etc. ut supra, repar. dom. epalis, erig. sem. (AC 23 f. 266); nat. in civ. Urbinaten., bapt. 13 Dec. 1641, pbr., doct iur. utr. univ. Urbinaten., iam vic. gen. Urbinaten. et Licien., vic. apost. Hieracen. (P. Dat. 1690 f. 56 ss.); tr. ad Aesin. 20 Febr. 1696.

⁷) Promovetur c. decr. ... vac. can.^tus et praeb. Viterbien. (AC 24 f. 144'); nat. in terra Capranicae dioec. Sutrin. 2 Iul. 1636, prom. ad ord. pbr.^tus 26 Dec. 1678, doct. iur. utr. Sapientiae Rom. 7 Apr. 1664, iam vic. gen. Viterbien. (P. Dat. 1696 f. 69 ss.); consecr. Romae a Bandino card. Panciatico 3 Iun. 1696 (Arch. Caer. 541 f. 241); ob. m. Iul. 1697 in terra Capranicae (P. Cons. 92 f. 92).

⁸) Promovetur c. ret. pens., quas percipit (AC 24 f. 182); nat. in terra S. Constantii dioec. Fanen. 14 Apr. 1636, pbr., doct. iur. utr. Urbinaten. 28 Febr. 1655, iam vic. gen. Veliternen., vic. apost. Imolen., vic. gen. Urbevetan., Nepesin. et Sutrin., ad praesens vic. apost. S. Severini (P. Dat. 1697 f. 137 ss.); consecr. Romae a Petro M. card. Petruccio 24 Nov. 1697 (Arch. Caer. 541 f. 311); dim. 9 Dec. 1710 (P. Dat. 1710 f. 143).

⁹) Promovetur c. decr. ... repar. cathedr., instr. supellect., c. reserv. pens. 400 scut. mon. Rom. pro Ambrosio ep. dimittente (AC 26 f. 43'); nat. in terra Castignani dioec. Montis Alti 1 Sept. 1656, prom. ad ord. min., subdiac.^tus, diac.^tus ac pbr.^tus 14, 21, 28 Oct., 4 Nov. 1703, doct. iur. utr. Maceraten. 22 Apr. 1683, iam gub. Brictinorien., aud. leg.^is Ravennaten. et aud. diversorum card. (P. Dat. 1710 f. 151 ss.); ob. in resid. m. Febr. 1728 (P. Dat. 1728 f. 33).

¹⁰) Promovetur c. decr. ... repar. dom. epalis, instr. supellect., erig. sem., c. reserv. pens. 200 scut. mon. Rom. pro pers. nominandis (AC 29 f. 87); nat. Arvonae 21 Mart. 1685, prom. ad ord. pbr.^tus 25 Febr. 1708, mag. theol. 2 Iul. 1719, iam lect. theol. Romae (P. Dat. 1728 f. 33 ss.); consecr. Romae ab Augustino card. Pipia 18 Apr. 1728 (Arch. Caer. 591 p. 265); conc. ei privil. ep.^orum solio Pontif. assist. 25 Maii 1728 (S. Br. 2719 f. 42); tr. ad Auximan. et Cingulan. 23 Dec. 1729.

¹¹) Absolv. a vinc. Ferentin., tr. c. decr. ... erig. sem. (AC 29 f. 211); 19 Oct. 1740 Iacobus Philippus Consoli, pbr. Viterbien., deput. vic. apost. Aquaependen. ob absentiam Simonis ep. ad Urbem evocati (S. Br. 3386 f. 125 ss.); Simon dim. Aquaependen. 25 Nov. 1743 (P. Dat. 1743 f. 193); promovetur ad Tyanen. 2 Dec. 1743 (AC 32 f. 194'); ob. Romae 16 Sept. 1761 (Galletti Vat. Lat. 7900 f. 126').

Aquen. (Aix)

¹) A. 1693: Civ. Aquen. sita est in prov. Provinciae; eccl. metrop. est sub invocatione S. Salvatoris; in ea sunt 2 dign. et 18 can.^tus; valor ann. fr. mens. archiepalis 30000 libr. Turonen.; in civ. sunt 3 eccl. paroec., 17 coenobia virorum, 11 mon. monialium (P. Cons. 87 f. 63 ss.); taxa (a. 1708) 2400 flor. (AC 25 f. 214).

²) Promovetur eique iniungitur ... extens. regaliae, c. ret. compat. et mon. commend. B.M.V. et S. Ioannis de Orbesterio O.S.B. dioec. Lucionen., c. decr. ... erig. poenit., mont. piet. (AC 24 f. 68); eadem die conc. pallium (l. c. f. 71); nomin. r. X^mo m. Febr. 1687 (P. Cons. 87 f. 69); ob. 20 Ian. 1708 (P. Cons. 101 f. 50).

ob. Danielis	**Carolus Gaspardus Guilelmus** de Vintimille du Luc, nuper ep. Massilien.[3])	14 Maii 1708	AC 25 f. 213'
tr. Caroli G. G. ad Parisien.	**Ioannes Bapt. Antonius** de Brancas, ep. Rupellen.[4])	17 Aug. 1729	AC 29 f. 191'

Aquen(sis) *(Dax)* in Gallia [1])

dim. Hugonis de Bar	**Paulus Philippus** de Chaumont [2])	14 Dec. 1671	AC 22 f. 95'
cess. Pauli Ph.	**Bernardus** d'Abbadie d'Arbocave [3])	5 Maii 1692	AC 24 f. 20'

Aquen(sis) *(Acqui)* in Italia superiore [1])

ob. Ioannis A. Bicuti [2])	**Carolus Antonius** Gozanus (Gozzani) [3])	30 Sept. 1675	AC 22 f. 188'
ob. Caroli A.	**Ioannes Bapt.** Rotarius (Rovero) [4])	1 Oct. 1727	AC 29 f. 41

Aquilan(a) *(Aquila)* in Italia inferiore [1])

tr. Caroli de Angelis ad Acerrarum	**Ioannes** de Torrecilla y Cárdenas [2])	19 Oct. 1676	AC 22 f. 208
tr. Ioannis ad Brundusin.	**Archangelus** a Cilento (de Chilento), O.F.M.[3])	2 Iun. 1681	AC 23 f. 72
ob. Archangeli	**Ignatius** de la Cerda, O.E.S.Aug.[4])	11 Ian. 1683	AC 23 f. 117'
ob. Ignatii	**Dominicus** Taglialatela [5])	8 Iun. 1718	AC 27 f. 74

---

[3]) Promovetur eique iniungitur etc. ut supra, c. ret. compat., c. decr. ... prof. fidei, erig. poenit., sem. (AC 25 f. 213'); 24 Sept. 1708 conc. pallium (l. c. f. 217'); nomin. r. X^mo 10 Febr. 1708 (P. Cons. 101 f. 43); tr. ad Parisien. 17 Aug. 1729.

[4]) Absolv. a vinc. Rupellen., tr. eique iniungitur etc. ut supra, c. ret. compat., c. decr. ... prof. fidei et iuram. fidel., instit. poenit. (AC 29 f. 191'); conc. pallium 7 Sept. 1729 (l. c. f. 198'); nomin. r. X^mo 14 Iun. 1729 (P. Cons. 115 f. 56); ob. 30 Aug. 1770 (Gallia Christ. Nov. I, 150).

Aquen. (Dax)

[1]) A. 1671: Civ. Aquen. sita in prov. Auxitan. inhabitatur a 1000 et ultra incolis catholicis; eccl. cathedr. sub invocatione B.M.V. suffrag. metrop. Auxitan.; in ea sunt 10 can.^tus; valor ann. fr. mens. epalis 9000 libr. Turonen.; in civ. sunt 4 conventus virorum, 2 mon. monialium; dioec. amplectitur 250 circ. parochias (P. Cons. 70 f. 83 s.); taxa 500 flor. (AC 22 f. 95').

[2]) Promovetur c. ret. compat. ac mon. commend. S. Vincentii de Burgo O.S.B. dioec. Burdegalen., c. decr. ... repar. cathedr. et dom. epalis, erig. poenit. et mont. piet. (AC 22 f. 95'); nat. Parisiis, aet. 37 an. circ., pbr., doct. iur. can., praef. bibliothecae palatii regii (P. Cons. 70 f. 72 ss.); nomin. r. X^mo 17 Maii 1671 (l. c. f. 72); cess. a. 1684; ob. m. Mart. 1697 (Gallia Christ. I, 1060). Post Paulum Philippum inveniuntur duo ep. Aquen., nempe « Leo de La Lanne » a. 1684, sed nondum confirm. a S. Sede, designatur ep. Baionen., « Ioannes Maria de Prugues » a. 1688, ob. Parisiis 1690, nondum confirm. (l. c.); de ultimodicto habetur processus consist. (P. Cons. 86 f. 398 ss.).

[3]) Promovetur eique iniungitur... extens. regaliae, c. ret. compat. c. decr. ... prof. fidei in manibus nuntii apost. quamprimum ad regem X^mum mittendi, repar. cathedr., erig. poenit., sem., mont. piet., c. reserv. pens. 3000 libr. Turonen. pro pers. nominanda (AC 24 f. 20'); nat. in dioec. Lascuren., aet. 38 an. circ., pbr., doct. theol. (P. Cons. 76 f. 403 ss.); nomin. r. X^mo 1 Nov. 1690 (l. c. f. 415'); 7 Oct. 1692 ei conc. ind. emittendi prof. fidei in manibus alicuius ep. seu dign. a nuntio Franciae substituendae (S. Br. 1853 f. 79); ob. 14 Dec. 1732 (P. Cons. 119 f. 41').

Aquen. (Acqui)

[1]) A. 1675: Civ. Aquen. inhabitatur a 4000 incolarum; eccl. cathedr. sub invocatione B.M.V. in caelum Assumptae suffrag. metrop. Mediolanen.; in ea sunt 3 dign. et 9 can.^tus; valor ann. fr. mens. epalis 400 scut. mon.; in civ. sunt 2 conventus virorum et 1 mon. monialium; dioec. amplectitur 80 loca (P. Cons. 74 f. 45' ss.); taxa 150 flor. (AM 42 f. 239).

[2]) Ob. in resid. 10 Mart. 1675 (P. Dat. 1675 f. 328).

[3]) Promovetur c. decr. ... vac. archidiac.^tus Casalen., repar. dom. epalis, erig. theol. et poenit., mont. piet. (AC 22 f. 188'); nat. in civ. Casalen., aet. 35 an. circ., pbr., doct. iur. utr. et mag. theol. Sapientiae Rom. 6, 22 Maii 1665, prot. apost. (P. Dat. 1675 f. 325 ss.); consecr. Romae a Carolo card. Pio 6 Oct. 1675 (Vat. Lat. 12339 f. 221'); ob. 11 Dec. 1721 (Gams 809).

[4]) Promovetur c. decr. ... vac. offic. coadiutoris can.^l eccl. Taurinen. et archidiac.^tus eiusdem eccl. ceteraque benef., quae obtinet, suspenso effectu vacationis respectu compat. usque ad sui obitum, erig. mont. piet. (AC 29 f. 41); nat. in loco de Pralormo dioec. Asten. 28 Nov. 1684, prom. ad ord. pbr.^tus 21 Mart. 1711, doct. iur. utr. Pisan. 27 Iun. 1706, cons. S. Officii 19 Ian. 1716 (P. Dat. 1727 f. 258 ss.); consecr. Romae a Sum. Pont. 12 Oct. 1727 (Arch. Caer. 591 p. 213); tr. ad Taurinen. 3 Febr. 1744 (AC 32 f. 222'); creatur card. 5 Apr. 1756 (AC 35 f. 15); ob. in civ. Taurinen. 9 Oct. 1766 (AC 36 f. 247).

Aquilan.

[1]) A. 1676: Civ. Aquilan. sita in Aprutiis inhabitatur ab 11000 circ. incolarum; eccl. cathedr. sub invocatione S. Maximi est S. Sedi immed. subi.; in ea sunt 1 dign. et 11 can.^tus; valor ann. fr. mens. epalis 1600 circ. scut. mon. Rom.; in civ. sunt 16 conventus virorum et 13 mon. monialium; dioec. amplectitur 60 loca (P. Cons. 75 f. 27 s.); taxa 626 $^2/_3$ flor. (AM 43 f. 57).

[2]) Promovetur c. decr. ... vac. omnia benef., quae obtinet, suspenso effectu vacationis quoad compat. usque ad sui obitum, erig. theol. et poenit., sem., mont. piet. (AC 22 f. 208); nat. in civ. Almerien., aet. 53 an. circ., pbr., lic. theol., can. archipbr. ac cant. Almerien., iam vic. capitularis eiusdem eccl. (P. Cons. 75 f. 20 ss.); nomin. r. cath. 10 Nov. 1675 (l. c. f. 24); consecr. Romae a Vincentio M. card. Ursino 28 Oct. 1676 (Vat. Lat. 12341 f. 50); tr. ad Brundusin. 17 Mart. 1681.

[3]) Nomin. r. cath., promovetur c. decr. ... erig. theol., sem., mont. piet. (AC 23 f. 72); nat. in terra S. Mauri dioec. Caputaquen., aet. 63 an. circ., lect. theol., iam provincialis prov. Principatus et definitor gen. (P. Cons. 80 f. 35 ss.); consecr. Romae a Carolo card. Pio 24 Iun. 1681 (Vat. Lat. 12340 f. 132); ob. in resid. circ. m. Apr. 1682 (P. Cons. 82 f. 59').

[4]) Praesent. r. cath., promovetur c. decr. ... erig. etc. ut supra (AC 23 f. 117'); aet. 50 an. circ., mag. theol., assist. gen. (P. Cons. 82 f. 58 ss.); ob. in civ. Reatin. (P. Dat. 1718 f. 261') 29 Sept. 1702 (Gams 851). 21 Maii 1707 fit declaratio nullitatis gestorum a ministris regiae audientiae civ.^tis Aquilan. immunitati Eccl.^ae praeiudicialium; isti enim bona mensae epalis sequestraverant et bo. mem. Ignatium tunc ep. non multo ante ob. Innocentii PP. XII ex dioec. eiecerant (S. Br. 2514 f. 45 ss.).

[5]) Promovetur c. decr. ... vac. paroec. eccl. B.M. ad Nives civ. Neapolitan. ceteraque benef., quae obtinet, suspenso effectu vacationis

Aquilegien(sis) seu **Aquileien(sis)** *(Aquileia)* in Histria, patriarchatus [1])

. . . .	**Dionysius** Delphinus (Delfino), fit ep. Lorien. et coadi. c.f.s.[2])	8 Febr. 1698	S. Br.
. . . .	**Marcus** Gradenigo, fit ep. Tilopolien. et coadi.c.f.s.[3])	22 Aug. 1699	S. Br.
. . . .	**Daniel** Delphinus (Delfino), fit ep. Aureliopolitan. et coadi.c.f.s.[4])	6 Dec. 1714	S. Br.

Aquinaten(sis) *(Aquino)* et [ab a. 1725] **Pontis Curvi** *(Pontecorvo)* in Italia inferiore [1])

ob. Marcelli Philonardi [2])	**Ioannes** Ferrarius (Ferrari) [3])	17 Apr. 1690	AC 23 f. 265'
ob. Ioannis	**Iosephus** de Carolis [4])	5 Oct. 1699	AC 24 f. 230'

Araden(sis) *(Arad, Aradus)* in partibus infidelium, tit.[1])

certo modo	**Carolus** Poniński, fit suffrag. Posnanien.[2])	19 Dec. 1725	AC 28 f. 203
certo modo	**Gaspar Adolphus** Schernauer, fit suffrag. Moguntin.[3])	10 Maii 1728	AC 29 f. 104

Arausicen(sis) v. **Aura(s)icen(sis)**

---

respectu compat. usque ad sui obitum, constr. cathedr. et dom. epalis, instit. theol., mont. piet. (AC 27 f. 74); nat. in terra Paniscoculi dioec. Neapolitan. 4 Nov. 1666, charactere cler. insign. et prom. ad ord. min. 20 Sept., 20 Dec. 1687, subdiac.tus 18 Sept. 1688, diac.tus 26 Mart. 1689, pbr.tus 23 Dec. 1690, doct. iur. utr. Sapientiae Rom. 24 Maii 1692, examinator synodalis Neapolitan. (P. Dat. 1718 f. 260 ss.); consecr. Romae a Michaele A. card. de Comitibus 12 Iun. 1718 (Arch. Caer. 571 p. 101); ob. 18 Mart. 1742 (Gams 851).

Aquilegien.

¹) Cf. Hierarchia IV, 90.

²) Cler. nobilis Venetus, promovetur ad Lorien. et deput. coadi. c.f.s. Ioanni card. Delphino patr. Aquilegien. eius patruo, cuius ad hoc accedit assensus, c. decr. expediendi litteras sub plumbo infra 3 menses proximos (S. Br. 1985 f. 1 ss.); bulla prov. (S. Br. 2054 f. 205 ss.); consecr. Romae a Georgio card. Cornelio 4 Maii 1698 (Arch. Caer. 541 f. 337); fit ep. solio Pontif. assist. 8 Maii 1698 (S. Br. 2038 f. 249); succedit card. Delphino, qui ob. 20 Iul. 1699 (Arch. Caer. 541 f. 402); Dionysius ob. 13 Aug. 1734 (Gams 775).

³) Cler. nobilis Venetus, promovetur ad Tilopolien. et deput. coadi. c.f.s. Dionysio patr. Aquilegien., cuius ad hoc accedit assensus, c. decr. expediendi litteras etc. ut supra (S. Br. 2016 f. 1 ss.); bulla prov. (S. Br. 2055 f. 435 ss.); 27 Aug. 1699 ei conc. ind. suscipiendi ordines extra tempora (S. Br. 2014 f. 154); consecr. Romae a Marco card. Delphino 6 Febr. 1701 (Arch. Caer. 541 f. 507); fit ep. solio Pontif. assist. 13 Febr. 1701 (S. Br. 2073 f. 22); non succedit; tr. ad Veronen. 19 Nov. 1714.

⁴) Pbr. nobilis Venetus, promovetur ad Aureliopolitan. et deput. coadi. c.f.s. Dionysio patr. Aquilegien. eius patruo, cuius etc. ut supra (S. Br. 2379 f. 1 ss.); bulla prov. (S. Br. 2541 f. 331 ss.); nat. 22 Ian. 1686 (S. Br. 2379 f. 10); fit ep. solio Pontif. assist. 14 Apr. 1715 (S. Br. 2387 f. 12); succedit 13 Aug. 1734 (Gams 775); creatur card. 10 Apr. 1747 (AC 33 f. 105); suppresso patriarchatu Aquilegien. 6 Iul. 1751 fit archiep. Utinen. c. ret. tituli patr. (S. Br. 3400 f. 265 ss.); ob. 13 Mart. 1762 (AC 35 f. 386).

Aquinaten.

¹) A. 1699. Civ. Aquinaten. sita in prov. Terrae Laboris inhabitatur a 150 circ. incolis; eccl. cathedr. sub invocatione S. Constantii est S. Sedi immed. subi.; in ea sunt 1 dign. et 6 can.tus; valor ann. fr. mens. epalis 1000 circ. duc. mon. illarum partium; in civ. est 1 eccl. paroec., in qua loco cathedralis semidestructae officiatur; dioec. amplectitur 16 loca; ep. residere solet in civ. Montis Curvi (P. Cons. 93 f. 24 ss.). Constitutione Apost. sub dat. IX Kal. Iul. 1725 oppidum Pontis Curvi seu Fregellarum, in prov. Rom., civ.tis titulo ac honore insignitur, eiusque colleg. eccl. S. Bartholomaei in cathedr. erigitur, et cathedr. Aquinaten. aeque principaliter in perpetuum unitur (S. Br. 2745 f. 363 ss.).

²) Ob. in resid. m. Maii 1689 (P. Dat. 1690 f. 32).

³) Promovetur c. decr. ... vac. omnia benef., quae obtinet, suspenso tamen effectu vacationis usque ad sui obitum, instr. supellect., constr. dom. epalis, erig. theol. et poenit., mont. piet. (AC 23 f. 265'); nat. in terra Ceprani dioec. Verulan. 23 Apr. 1632, prom. ad ord. subdiac.tus, diac.tus ac pbr.tus 24, 29 Iun., 1 Iul. 1657, doct. iur. utr. Sapientiae Rom. (P. Dat. 1690 f. 31 ss.); ob. Ceprani (P. Cons. 93 f. 27) 11 Maii 1699 (Gams 852).

⁴) Promovetur c. decr. ... vac. omnia benef. etc. ut supra, constr. cathedr. et dom. epalis, instr., erig. etc. ut supra (AC 24 f. 230'); nat. in terra de Pofi dioec. Verulan. 14 Iul. 1652, pbr., doct. phil. et theol. in coll. Rom. 24 Mart. 1677 (P. Dat. 1699 f. 61); consecr. Romae a Petro M. card. Petruccio 11 Oct. 1699 (Arch. Caer. 541 f. 404'); fit ep. solio Pontif. assist. 6 Maii 1725 (S. Br. 2687 f. 14); 13 Iul. 1725 promovetur ad metrop. eccl. Tyanen. i.p.i. c. ret. Aquinaten. ac omnium, quae obtinet (S. Br. 2643 f. 7 ss.); ob. Romae 5 Ian. 1742 (P. Dat. 1742 f. 22'; Galletti Vat. Lat. 7900 f. 121).

Araden.

¹) Duae habentur eccl. tit. Araden., una in Palaestina Tertia seu Salutari sub metrop. Petren., altera in Phoenicia Prima seu Maritima sub metrop. Tyren. (Index Sed. tit. nn. 1001, 805).

²) Promovetur ad Araden. et deput. suffrag. Posnanien. ad pontif., c. disp. ... gradus, c. ret. praepositurae Posnanien. ac can.tus et praeb. colleg. Varsavien. necnon praepositurae Wschovien., c. assign. congruae 300 duc. auri de Camera super fructibus mensae epalis Posnanien. (AC 28 f. 203); bulla prov. (S. Br. 2746 f. 15 ss.); nat. in loco Smiglen. dioec. Posnanien. 12 Dec. 1675, charactere cler. insign. 18 Febr. 1689, prom. ad ord. min. 31 Mart. 1691, subdiac.tus ac diac.tus 20 Iul., 20 Sept. 1698, pbr.tus 17 Sept. 1699, iam vic. capitularis Posnanien. (P. Cons. 111 f. 494 ss.); ob. m. Sept. 1727 (P. Cons. 114 f. 313).

³) Promovetur ad Araden. et deput. suffrag. Moguntin. ad pontif., c. assign. congruae 300 duc. auri de Camera super fructibus mensae archiepalis Moguntin. (AC 29 f. 104); bulla prov. (S. Br. 2748 f. 285 ss.); nat. in civ. Moguntin., aet. 59 an. circ., pbr., mag. theol. et lic. iur. utr., provicarius gen. Moguntin. (A. Cons. 1728 tom. I f. 62); ob. 20 Iun. 1733 (Falk, Fr., Die Mainzer Weihbischöfe: Archivalische Zeitschrift. Neue Folge 3, 1892, 296).

Arben(sis) *(Arbe, Rab)* in Dalmatia [1])

ob. Domnii Gaudentii [2])	**Octavius** Spader, O.F.M.Obs.[3])	28 Nov. 1695	AC 24 f. 129
tr. Octavii ad Assisien.	**Antonius** Rosignoli [4])	30 Mart. 1700	AC 25 f. 2'
tr. Antonii ad Nonen.	**Vincentius** Lessius (Lessio) [5])	11 Dec. 1713	AC 26 f. 158
tr. Vincentii ad Veglen.	**Doymus** Zeni [6])	6 Maii 1720	AC 27 f. 168'
ob. Doymi	**Andreas** Carlovich [7])	15 Dec. 1728	AC 29 f. 140

Arboren(sis) *(Oristano)* in insula Sardinia, metrop.[1])

tr. Bernardi Cotoner ad Maioricen.	**Petrus** de Alagón, ep. Ampurien.[2])	15 Ian. 1672	AC 22 f. 102
tr. Petri ad Maioricen.	**Iosephus** Acorrá, ep. Ampurien.[3])	30 Apr. 1685	AC 23 f. 164'
ob. Iosephi	**Franciscus** Masones y Nin, ep. Uxellen.[4])	15 Sept. 1704	AC 25 f. 123'
ob. Francisci	**Antonius** Nin [5])	16 Dec. 1726	AC 28 f. 291

Arcadien(sis) *(Arcadia)* in insula Creta, tit.[1])

certo modo	**Michael Angelus** de Martino [2])	20 Sept. 1728	AC 29 f. 113'

Arben.

[1]) A. 1695: Civ. Arben. sita in prov. Dalmatiae inhabitatur a 1000 circ. incolis sub dominio temporali reipublicae Venetiarum; eccl. cathedr. sub invocatione B.M.V. suffrag. metrop. Iadren.; in ea sunt 3 dign. et 12 can.^{tus}; valor ann. fr. mens. epalis 300 circ. duc. mon. illarum partium; in civ. sunt 3 conventus virorum et 3 mon. monialium; dioec. amplectitur unum tantum locum de Novaglia nunc. (P. Dat. 1695 f. 175 ss.); taxa (a. 1713) 33 $^1/_3$ flor. (AC 26 f. 158).

[2]) Ob. in resid. m. Iun. 1695 (P. Dat. 1695 f. 176).

[3]) Promovetur c. decr. ... erig. poenit., sem., mont. piet. (AC 24 f. 129); bulla prov. (S. Br. 2051 f. 408 ss.); nat. in civ. Iadren., bapt. 18 Nov. 1645, prom. ad ord. pbr.^{tus} 16 Mart. 1669, lect. iubilatus 31 Aug. 1695 (P. Dat. 1695 f. 173 ss.); consecr. Romae a Petro M. card. Petruccio 30 Nov. 1695 (Arch. Caer. 541 f. 193); tr. ad Assisien. 19 Dec. 1698.

[4]) Promovetur c. decr. ... vac. can.^{tus} et praeb. Tragurien., repar. cathedr. et dom. epalis, erig. etc. ut supra (AC 25 f. 2'); bulla prov. (S. Br. 2056 f. 212 ss.); nat. in civ. Tragurien. 7 Iul. 1660, pbr., doct. phil. et theol. in coll. de Prop. Fide, iam vic. gen. et capitularis Tragurien. (P. Dat. 1700 f. 15 ss.); consecr. Romae a Dominico B. ep. Melphiten. vicesgerente Romae 4 Apr. 1700 (Arch. Caer. 541 f. 434'); tr. ad Nonen. 27 Nov. 1713.

[5]) Promovetur c. decr. ... vac. can.^{tus} et praeb. Curzolen. ceteraque benef., quae obtinet, suspenso effectu vacationis usque ad sui obitum, instr. supellect., repar., erig. etc. ut supra (AC 26 f. 158); bulla prov. (S. Br. 2538 f. 363 ss.); nat. in civ. Curzolen., bapt. 7 Sept. 1668, prom. ad ord. pbr.^{tus} 7 Mart. 1693, doct. iur. utr. Patavin. 9 Aug. 1708, provicarius gen. Curzolen. 23 Ian. 1713 (P. Dat. 1713 f. 197 ss.); tr. ad Veglen. 2 Oct. 1719.

[6]) Promovetur c. decr. ... repar., instr., instit., erig. etc. ut supra (AC 27 f. 168'); bulla prov. (S. Br. 2542 f. 262 ss.); nat. in civ. Pharen., bapt. 2 Apr. 1662, prom. ad ord. pbr.^{tus} 20 Dec. 1687, doct. iur. utr. Patavin. 12 Apr. 1683, iam can. et primicerius et vic. capitularis Pharen., ad praesens vic. gen. Iadren. (P. Dat. 1720 f. 29 ss.); consecr. Romae a Petro card. Priolo 21 Maii 1720 (Arch. Caer. 571 p. 359); ob. in resid. circ. m. Mart. 1728 (P. Dat. 1728 f. 165').

[7]) Promovetur c. decr. ... vac. can.^{tus} et praeb. Spalaten. ceteraque benef., quae obtinet, suspenso effectu vacationis respectu compat. usque ad sui obitum, repar., instr., instit., erig. etc. ut supra (AC 29 f. 140); bulla prov. (S. Br. 2748 f. 579 ss.); nat. in civ. Spalaten., bapt. 20 Apr. 1676, prom. ad ord. pbr.^{tus} 13 Iun. 1699, doct. iur. utr. Maceraten. 16 Nov. 1728 (P. Dat. 1728 f. 162 ss.); consecr. Romae a Sum. Pont. 26 Dec. 1728 (Arch. Caer. 575 f. 160'); ob. 12 Ian. 1738 (Gams 395).

Arboren.

[1]) A. 1671: Civ. Arboren. sita in insula Sardinia sub dominio temporali regis cath. inhabitatur a 5000 circ. incolarum; eccl. metrop. est sub invocatione B.M.V.; in ea sunt 1 dign. et 19 can.^{tus}; valor ann. fr. mens. archiepalis 8000 circ. ponderum illarum partium; in civ. sunt 7 conventus virorum et monialium (P. Cons. 71 f. 82 ss.); taxa 350 flor. (AC 22 f. 102).

[2]) Absolv. a vinc. Ampurien., tr. c. ret. compat., c. decr. ... prof. fidei, erig. mont. piet., c. reserv. pens. 1267 $^1/_2$ duc. auri de Camera pro pers. nominandis, non exced ... 3^{am} fr. (AC 22 f. 102); conc. pallium 8 Febr. 1672 (l. c. f. 108); praesent. r. cath. 24 Oct. 1671 (P. Cons. 71 f. 83); tr. ad Maioricen. 2 Oct. 1684.

[3]) Absolv. a vinc. Ampurien., tr. c. ret. compat., c. decr. ... erig. theol. et poenit., c. reserv. pens. 1267 duc. auri de Camera etc. ut supra (AC 23 f. 164'); conc. pallium 14 Maii 1685 (l. c. f. 167'); ob. in resid. m. Dec. 1702 (P. Cons. 97 f. 87').

[4]) Absolv. a vinc. Uxellen., praesent. r. cath., tr. c. decr. ... prof. fidei, perfect. dom. archiepalis, instit. sem., erig. mont. piet., c. reserv. pens. 795 duc. auri de Camera et 12 iuliorum mon. Rom. etc. ut supra (AC 25 f. 123'); conc. pallium 17 Nov. 1704 (l. c. f. 127); ob. in resid. m. Maii 1717 (P. Dat. 1726 f. 218). 29 Iul. 1726 Ioannes Leonardus Sanna, pbr. Arboren., deput. visit. apost. eccl. Arboren. c. fac. administrandi dictam eccl. (S. Br. 2665 f. 127).

[5]) Praesent. r. Sardiniae, promovetur c. ret. compat., c. decr. ... vac. can.^{tus} et praeb. Calaritan., repar. cathedr. et dom. archiepalis, instr. supellect., instit. theol., erig. mont. piet., c. reserv. pens. 1111 duc. auri de Camera etc. ut supra (AC 28 f. 291); conc. pallium 23 Dec. 1726 (l. c. f. 297'); nat. in civ. Calaritan., bapt. 17 Ian. 1672, prom. ad ord. pbr.^{tus} 27 Mart. 1700, doct. iur. utr. Sapientiae Rom. 15 Mart. 1701 (P. Dat. 1726 f. 217 ss.); fit ep. solio Pontif. assist. 26 Febr. 1727 (S. Br. 2719 f. 89); ob. m. Dec. 1740 (P. Dat. 1741 f. 147).

Arcadien.

[1]) Eccl. Arcadien. sita est in insula Creta sub metrop. Gortynien. (Index Sed. tit. n. 116).

[2]) Promovetur c. ret. offic. coadiutoris can.^{ci} Neapolitan., c. decr. ... vac. cetera benef., quae obtinet, suspenso tamen effectu vacationis usque ad sui obitum, prof. fidei (AC 29 f. 133'); bulla prov. (S. Br. 2748 f. 528 ss.); nat. in civ. Neapolitan., bapt. 3 Oct. 1682, prom. ad ord. pbr.^{tus} 18 Dec. 1706, lic. iur. utr. Neapolitan. 14 Mart. 1728 (P. Dat. 1728 f. 176 ss.).

Arcadiopolitan(a) *(Arcadiopolis)* in Asia Prima, tit.[1])

ob. Michaelis Pérez de Cavallos	**Fridericus Carolus** von Schönborn, fit coadi.c.f.s. Bambergen.[2])	19 Maii 1710	AC 26 f. 19

Arcen(sis) *(Arca)* in partibus infidelium, tit.[1])

certo modo	**Petrus** de Lossa y Valero, fit suffrag. Conchen.[2])	11 Sept. 1726	AC 28 f. 244'

Ardachaden(sis) *(Ardagh)* in Hibernia [1])

. . . .	**Gerardus** Ferall, fit vic. apost.[2])	31 Iul. 1669	S. Br.
tr. Patritii Plunket ad Meden.	**Gregorius** Fallon, fit ep. Cluanen. et admin.[3])	17 Maii 1688	AC 23 f. 217'
. . . .	**Carolus** Tiernan, fit vic. apost.[4])	6 Iul. 1696	S. Br.
. . . .	**Bernardus** Donogher, fit vic. apost.[5])	20 Aug. 1699	S. Br.
certo modo	**Thomas** Flynn [6])	2 Oct. 1717	. . . .

Ardferten(sis) et **Achadoën(sis)** al. **Kerrien(sis)** et **Aghadonen(sis)** *(Ardfert* al. *Kerry et Aghadoë)* in Hibernia [1])

. . . .	**Aeneas** O'Leyne, fit vic. apost.[2])	12 Mart. 1700	S. Br.
certo modo	**Dionysius** Moriarty [3])	7 Mart. 1720	S. Br.

Arelaten(sis) *(Arles)* in Gallia, metrop.[1])

. . . .	**Ioannes Bapt.** Adhémar de Monteil de Grignan, fit ep. Claudiopolitan. et coadi.c.f.s.[2])	3 Aug. 1667	AC 21 f. 166

Arcadiopolitan.

¹) Eccl. Arcadiopolitan. sita est in Asia Prima sub metrop. Ephesin. (Index Sed. tit. n. 191).

²) Promovetur ad Arcadiopolitan. et deput. coadi. c.f.s. ep.° Bambergen. (AC 26 f. 19); cf. Bambergen.

Arcen.

¹) Duae habentur eccl. tit. Arcen., una in Armenia Secunda sub metrop. Meliten., altera in Phoenicia Prima seu Maritima sub metrop. Tyren. (Index Sed. tit. nn. 362, 806).

²) Promovetur ad Arcen. et deput. suffrag. Conchen. ad pontif., c. ret. compat., c. assign. congruae 300 duc. auri de Camera super fructibus mensae epalis Conchen. (AC 28 f. 244'); bulla prov. (S. Br. 2746 f. 350 ss.); nat. in dioec. Conchen., aet. 50 an. et ultra, pbr., doct. iur. utr. (P. Cons. 112 f. 217 ss.).

Ardachaden.

¹) Cf. Hierarchia IV, 92.

²) Pbr. saec., mag. theol., deput. vic. apost. Ardachaden. c. decr., quod si intra 4 menses a die receptionis Brevis propriam non petierit dioec., vel saltem regnum Hiberniae, eo ipso privatus officio et facultatibus remaneat, iuxta decr. S. Congr. Prop. 9 Iul. 1669 emanatum et a S. S. 14 Iul. approbatum (S. Br. 1429 f. 41); 21 Iul. 1671 ei conc. disp. super defectu natalium ad effectum, ut vicariatum apost. Ardachaden. a Clemente IX demandatum exercere possit, c. nova deputatione quatenus opus sit (S. Br. 1473 f. 36).

³) Promovetur ad Cluanen. c. admin. Ardachaden. (AC 23 f. 217'); cf. Cluanen.

⁴) Pbr. saec. Hibernus, vic. gen. Ardachaden., deput. vic. apost. Ardachaden. a pluribus annis pastoris solatio destitutae, iuxta decr. S. Congr. Prop. 4 Iun. 1696 emanatum et a S. S. eadem die approbatum (S. Br. 1941 f. 11 s.).

⁵) Pbr. saec. Hibernus, doct. theol., deput. vic. apost. Ardachaden. iuxta decr. S. Congr. Prop. 27 Iul. 1699 emanatum et a S. S. 31 Iul. approbatum (S. Br. 2013 f. 46 s.). 16 Iun. 1709 Ambrosius O'Conor O.P., nomin. a rege Angliae ad Ardachaden. et Cluanen., sed ob. 20 Febr. 1711 (Brady I, 293), a S. S. non confirm.

⁶) 2 Oct. 1717 S. S. regi Angliae nuntiat se hodie dictum Thomam per Breve ad eccl. Ardachaden. promovisse (Ep. ad Princ. 93 f. 159' ss.). In actis S. Br. autem nihil de hac promotione inveniri potest. 15 Iul. 1718 Thomae electo Ardachaden. conc. ind. ... cons. ep. et 2 dign. (S. Br. 2460 f. 9); ob. ante 19 Aug. 1730 (S. Br. 2757 f. 49).

Ardferten. et Achadoën.

¹) Cf. Hierarchia IV, 92.

²) Pbr. saec. Hibernus, deput. vic. apost. Achadoën., iuxta decr. S. Congr. Prop. 28 Sept. 1699 emanatum et a S. S. 27 Febr. 1700 approbatum (S. Br. 2026 f. 10 s.).

³) Pbr. saec., doct. theol., prot. apost., decan. ac vic. capitularis eccl. Ardferten. et Achadoën., promovetur c. ind. ... cons. ep. et 2 dign. (S. Br. 2486 f. 7); nomin. r. Angliae 15 Febr. 1720 (l. c. f. 4).

Arelaten.

¹) A. 1698: Civ. Arelaten. sita in prov. Provinciae inhabitatur a 12000 circ. christifidelium; eccl. metrop. est sub invocatione S. Stephani; in ea sunt 4 dign. et 20 can.^tus^; valor ann. fr. mens. archiepalis 20000 circ. libr. Turonen.; in civ. sunt 7 eccl. paroec., 1 colleg., 12 conventus virorum et 8 mon. monialium; dioec. amplectitur 45 parochias (P. Cons. 92 f. 109 ss.); taxa (a. 1711) 2008 $^1/_3$ flor. (AC 26 f. 54).

²) Promovetur ad Claudiopolitan. et deput. coadi. c.f.s. Francisco archiep. Arelaten., c. ret. compat., archipbr.^tus^ Arelaten. et mon.^ii^ B.M.V. Aiguebelle nunc. O.Cist. Tricastrinen. dioec., c. decr. ... loco success. repar. cathedr. et dom. archiepalis, erig. poenit., sem., mont. piet., c. reserv. pens. 1000 libr. Turonen. ad favorem sem.^ii^ Arelaten. erigendi (AC 21 f. 166); nat. in dioec. Dien., aet. 29 an. circ., doct. theol. Parisien. (P. Cons. 65 f. 90); succedit 9 Mart. 1689; conc. pallium 14 Nov. 1689 (AC 23 f. 247); ob. 11 Nov. 1697 (P. Cons. 92 f. 110').

ob. Ioannis B.	**Franciscus** de Mailly [3])	7 Apr. 1698	AC 24 f. 191
tr. Francisci ad Remen.	**Iacobus** de Forbin Janson [4])	1 Iun. 1711	AC 26 f. 54

Are(o)politan(a) *(Areopolis)* in Palaestina Tertia, tit.[1])

certo modo	**Petrus de Alcantara** a S.^{ma} Trinitate, O.Carm.Discalc.[2])	28 Ian. 1728	S. Br.

Arequipa (de) *(Arequipa)* in America meridionali (Perú) [1])

tr. Ioannis de Almoguera ad Liman.	**Ioannes** de la Calle, ep. de Truxillo [2])	1 Oct. 1674	AC 22 f. 169
ob. Ioannis	**Antonius** de León, ep. de Truxillo [3])	14 Iun. 1677	AC 22 f. 229'
ob. Antonii	**Ioannes** de Argüelles, ep. de Panama [4])	21 Mart. 1714	AC 26 f. 173
ob. Ioannis	**Ioannes** de Otálora Bravo de Lagunas [5])	19 Nov. 1714	AC 26 f. 198
ob. Ioannis	**Ioannes** Cavero, ep. S. Crucis de Sierra [6])	11 Iun. 1725	AC 28 f. 171'

Arethusin(a) seu **Arethusia** *(Arethusa)* in Syria Secunda, tit.[1])

certo modo	**Franciscus Gaspar** de Grammont, fit suffrag. Bisuntin.[2])	1 Aug. 1707	AC 25 f. 195'

Aretin(a) *(Arezzo)* in Italia media [1])

ob. Thomae Salviati [2])	**Nerius** Corsinus (Corsini), S.R.E. card.[3])	8 Febr. 1672	AC 22 f. 105
cess. card. Corsini	**Alexander** Strozzi [4])	8 Mart. 1677	AC 22 f. 222'

---

[3]) Promovetur eique iniungitur ... extens. regaliae, c. ret. mon. S. Martini de Massiaco O.S.B. Bituricen. dioec., et compat., c. decr. ... repar. cathedr. et dom. archiepalis, erig. poenit., sem., c. reserv. pens. 500 libr. Turonen. pro pers. nominata (AC 24 f. 191); conc. pallium 21 Iul. 1698 (l. c. f. 196); nat. Parisiis, aet. 40 an., pbr., lic. theol. (P. Cons. 92 f. 98 ss.); nomin. r. X^{mo} 24 Dec. 1697 (l. c. f. 98); tr. ad Remen. 1 Dec. 1710.

[4]) Nomin. r. X^{mo}, promovetur eique iniungitur etc. ut supra, c. ret. compat. ac mon. commend. S. Walarici O.S.B. Ambianen. dioec., c. decr. ... instit. poenit., c. reserv. pens. 2000 libr. Turonen. pro 2 pers. nominatis (AC 26 f. 54); conc. pallium 14 Oct. 1711 (l. c. f. 58'); nat. Parisiis, aet. 38 an., pbr., mag. theol. Parisien., nepos Tussani card. de Forbin Janson, iam vic. gen. Belvacen. (e bulla prov. S. Br. 2537 f. 227 ss.); ob. 13 Ian. 1741 (P. Cons. 127 f. 79').

Are(o)politan.

[1]) Eccl. Areopolitan. sita est in Palaestina Tertia seu Salutari sub metrop. Petren. (Index Sed. tit. n. 1002).

[2]) Promovetur c. ind. ... cons. ep. et 2 pbr., c. disp. super quocumque voto de non acceptanda dign., iuxta decr. S. Congr. Prop. (S. Br. 2700 f. 18 ss.); 3 Febr. 1728 deput. vic. apost. in regnis de Idalcan, Golcondae et Magni Mogolis (S. Br. 2698 f. 60). Cum supradicta Brevia provisionis et deputationis iam expedita perierint, 4 Dec. 1730 duo alia Brevia expediuntur (S. Br. 2960 f. 181 ss.); ob. 3 Nov. 1744 (Analecta O.Carm.Discalc. 9, 1934, 274).

Arequipa (de)

[1]) A. 1677: Civ. de Arequipa sita in regno Peruano continet 1000 focularia, sub dominio temporali regis cath.; eccl. cathedr. sub invocatione Assumptionis B.M.V. suffrag. metrop. Liman.; in ea sunt 5 dign. et 3 vel 4 can.^{tus}; valor ann. fr. mens. epalis 26000 circ. ponderum mon.; in civ. sunt 6 conventus virorum et monialium. (P. Cons. 76 f. 50 s.); taxa 33 1/3 flor. (AM 43 f. 75).

[2]) Absolv. a vinc. de Truxillo, tr. c. decr. ... prof. fidei et iuram. fidel., erig. theol. et poenit., mont. piet. (AC 22 f. 169); praesent. r. cath. 27 Iun. 1674 (P. Cons. 73 f. 28); ob. ante 6 Febr. 1677 (P. Cons. 76 f. 51).

[3]) Absolv. a vinc. de Truxillo, tr. c. decr. ... prof. fidei et iuram. fidel., repar. dom. epalis, erig. etc. ut supra (AC 22 f. 229'); praesent. r. cath. 6 Febr. 1677 (P. Cons. 76 f. 51); ob. a. 1709 (Gams 139).

[4]) Absolv. a vinc. de Panama, praesent. r. cath., tr. c. decr. ... prof. fidei et iuram. fidel., erig. mont. piet. (AC 26 f. 173); ob. iam a. 1713 (P. Cons. 103 f. 48').

[5]) Praesent. r. cath., promovetur c. ind. ... cons. ep. et 2 dign., c. decr. ... prof. fidei, erig. mont. piet. (AC 26 f. 198); nat. in civ. de los Reyes, Perú, bapt. 24 Iul. 1658, pbr., doct. theol. univ. Liman. (P. Cons. 103 f. 28 ss.); 11 Dec. 1714 ei conc. ind. suscipiendi munus consecr.^{is} in Hispania (S. Br. 2378 f. 56); ob. a. 1722 (P. Cons. 111 f. 41').

[6]) Absolv. a vinc. S. Crucis de Sierra, praesent. r. cath., tr. c. decr. ... prof. fidei et iuram. fidel., instit. sem., erig. mont. piet. (AC 28 f. 171'); ob. circ. m. Apr. 1741 (P. Cons. 130 f. 92).

Arethusin.

[1]) Eccl. Arethusia sita est in Syria Secunda sub metrop. Apamen. (Index Sed. tit. n. 840).

[2]) Promovetur ad Arethusin. et deput. suffrag. Bisuntin. ad pontif., c. ret. archidiac.^{tus} et can.^{tus} et praeb. Bisuntin. necnon compat., c. assign. congruae 300 duc. auri de Camera super fructibus mensae archiepalis Bisuntin. (AC 25 f. 195'); bulla prov. (S. Br. 2533 f. 343 ss.); nat. in dioec. Bisuntin., aet. 51 an. circ., doct. theol. (A. Cons. 1705/1706 f. 527); ob. a. 1727 (A. Cons. 1735 f. 493).

Aretin.

[1]) A. 1677. Civ. Aretin. sita in Hetruria sub dominio magni ducis inhabitatur a 7000 circ. incolarum; eccl. cathedr. sub invocatione S. Petri Apostoli est S. Sedi immed. subi.; in ea sunt 4 dign. et 14 can.^{tus}; valor ann. fr. mens. epalis 5000 circ. scut. mon. illarum partium; in civ. sunt 7 conventus virorum et 12 mon. monialium; dioec. amplectitur 11 loca (P. Cons. 76 f. 61 ss.); taxa 600 flor. (AM 43 f. 68'). Constitutione Apost. VII Kal. Nov. 1730 moderno et pro tempore existentibus ep.^{is} Aretin. pallii usus et crucis praelatio perpetuo indulgentur (S. Br. 2964 f. 131 ss.).

[2]) Ob. 15 Oct. 1671 (Gams 742).

[3]) Promovetur c. ret. omnium, quae obtinet, c. decr. ... repar. cathedr., c. reserv. pens. 1500 scut. mon. pro pers. nominandis (AC 22 f. 105); cess. 7 Mart. 1677 (P. Dat. 1677 f. 1 ss.); cf. Hierarchia IV, S.R.E. card. VII, 26.

[4]) Promovetur c. ret. compat., c. decr. ... vac. omnia benef., quae obtinet, suspenso tamen effectu vacationis usque ad sui obitum (AC 22 f. 222'); nat. in civ. Florentin., aet. 45 an. circ., pbr., doct. iur. utr. Pisan. (P. Cons. 76 f. 59 ss.); consecr. Romae a Nerio card. Corsino 20 Mart. 1677 (Vat. Lat. 12341 f. 91'); ob. 19 Oct. 1682 (Gams 742).

ob. Alexandri	**Iosephus Octavius** Attavantius (Attavanti) [5]	24 Maii 1683	AC 23 f. 128
ob. Iosephi O.	**Ioannes Matthaeus** Marchetti [6]	19 Dec. 1691	AC 23 f. 294'
ob. Ioannis M.	**Benedictus** Falconcini [7]	15 Dec. 1704	AC 25 f. 129'
ob. Benedicti	**Ioannes Antonius** Guadagni, O.Carm.Discalc.[8]	20 Dec. 1724	AC 28 f. 131

Argen(sis) seu Argolicen(sis) *(Argos)* in Peloponneso Prima, tit.[1]

ob. Ludovici Duchaine	**Bernardinus** della Chiesa, O.F.M.Ref.[2]	20 Mart. 1680	S. Br.

Argentinen(sis) *(Strassburg, Strasbourg)* in Alsatia [1]

ob. Francisci E. von Fürstenberg [2]	**Guilelmus Egon** von Fürstenberg [3]	11 Ian. 1683	AC 23 f. 115
. . . .	**Armandus Gasto** de Rohan de Soubise, fit ep. Tiberiaden. et coadi.c.f.s.[4]	18 Apr. 1701	AC 25 f. 30

Arianen(sis) *(Ariano)* in Italia inferiore [1]

ob. Emmanuelis Brancaccii [2]	**Ioannes** de Bonilla, O.Carm.[3]	28 Febr. 1689	AC 23 f. 239

---

[5]) Promovetur c. decr. ... vac. can.^{tus} Florentin. et omnia benef. etc. ut supra (AC 23 f. 128); nat. in civ. Liburnen., bapt. 28 Iul. 1643, charactere cler. insign. 4 Mart. 1657, prom. ad ord. min. 8 Sept. 1668, subdiac.^{tus} 28 Oct. 1668, diac.^{tus} ac pbr.^{tus} 1, 22 Mart. 1669, doct. iur. utr. Pisan., examinator synodalis Florentin. et Fesulan. (P. Dat. 1683 f. 47 ss.); ob. 9 Ian. 1691 (Gams 742).

[6]) Promovetur c. decr. ... vac. praepositura colleg. Emporien. et cetera benef. etc. ut supra (AC 23 f. 294'); nat. in civ. Pistorien., bapt. 18 Febr. 1647, pbr., doct. iur. utr. Pisan. 4 Nov. 1679, iam can. et praep. Pistorien. (P. Dat. 1691 f. 82 ss); consecr. Romae a Bandino card. Panciatico 30 Dec. 1691 (Arch. Caer. 540 f. 194'); ob. in resid. m. Sept. 1704 (P. Dat. 1704 f. 90').

[7]) Promovetur c. decr. ... vac. praepositura colleg. S. Mariae Maioris terrae Pisciae nullius dioec. prov. Florentin. ceteraque benef. etc. ut supra, c. reserv. pens. usque ad sum. 1700 scut. mon. Rom. pro pers. nominandis salvis antiquis (AC 25 f. 129'); nat. in civ. Volaterran., bapt. 31 Ian. 1657, pbr., doct. iur. utr. Pisan., iam lect. iur. can. in univ. Pisan. (P. Dat. 1704 f. 89 ss.); ob. 6 Mart. 1724 (Gams 742).

[8]) Promovetur c. disp. super quocumque voto de non acceptanda dign. (AC 28 f. 131); bulla prov. (S. Br. 2745 f. 34 ss.); nat. in civ. Florentin. 14 Sept. 1674, prom. ad ord. pbr.^{tus} 11 Mart. 1702, doct. iur. utr. Pisan. 3 Maii 1696, iam can. Florentin. ac in sua religione mag. novitiorum ac prior, ad praesens min. provincialis prov. Hetruriae (P. Dat. 1724 f. 285 ss.); consecr. Romae a Laurentio card. Corsino 31 Dec. 1724 (Arch. Caer. 573 p. 168); 27 Febr. 1725 ei conc. privil. ep.^{orum} solio Pontif. assist. (S. Br. 2709 f. 10'); 22 Nov. 1730 S. S. ex speciali gratia Ioanni A., ex sorore nepoti, pallium concedit (Arch. Caer. 570 pag. 90); creatur card. 24 Sept. 1731 (AC 30 f. 172); dim. Aretin. 4 Nov. 1732 (P. Dat. 1732 f. 163); ob. Romae 15 Ian. 1759 (AC 35 f. 242'). In sua religione Ioannes Antonius « a S. Bernardo » vocatur.

Argen.

[1]) Eccl. Argen. sita est in Peloponneso Prima sub metrop. Corinthien. (Index Sed. tit. n. 20).

[2]) Promovetur c. ind. suscipiendi in Urbe, etiam secreto, munus consecr.^{is} ab Odoardo archiep. Seleucien., secr. S. Congr. Prop. (S. Br. 1643 f. 25); consecr. Romae a praedicto archiep. 31 Mart. 1680 (Vat. Lat. 12340 f. 103'); 16 Apr. 1680 ei conc. fac. impendendi munus consecr.^{is} Gregorio López Basilitan., Francisco Deidier Ascalonen., ac Iacobo de Bourges Auren. electis ep., vic.^{iis} apost. apud Sinas (S. Br. 1644 f. 27); 11 Oct. 1685 deput. vic. apost. in 4 prov. meridionalibus regni Sinarum, nempe Suchuen, Huguang, Queichen et Chekiang (S. Br. 1711 f. 1); tr. ad Pekinen. 10 Apr. 1690. In actis etiam Bernardinus « a Venetiis » vocatur.

Argentinen.

[1]) A. 1682: Civ. Argentinen. sita est in Alsatia, cuius regimen ab aliquo tempore consules et magistratus acatholici gesserunt, usquedum nuper a rege X^{mo} occupata fuit; eccl. cathedr. sub invocatione B.M.V. suffrag. metrop. Moguntin.; in ea sunt 4 dign. et 24 can.^{tus}; valor ann. fr. mens. epalis 40000 circ. imperialium; in civ. sunt 2 mon. monialium (P. Cons. 81 f. 53 ss.); taxa 2500 flor. (AM 43 f. 200).

[2]) Ob. 1 Apr. 1682 in civ. Colonien. (P. Cons. 81 f. 59').

[3]) Cassatur el. facta a capitulo et can.^{is} eccl. Argentinen. de persona Guilelmi et providetur ex integro dicta eccl. de pers. dicti Guilelmi, c. disp. super eo, quod in subdiac.^{tus} ord. tantum sit const., ac disp. ... gradus, c. ret. compat. ac 4 can.^{tuum} totidemque praeb. Colonien., Leodien., Hildesimen. respect. eccl. et reliqui in colleg. S. Gereonis Colonien., necnon decanatus Colonien. ac praepositurae dictae colleg., quos in titulum, ac prioratus conventualis commend. S. Arnulphi de Crespy-en-Valois nunc. O.Clun. dioec. Silvanecten., c. decr. ... vac. can.^{tus} et praeb. Argentinen., instr. supellect., repar. dom. epalis, erig. theol. et poenit., sem., mont. piet. (AC 23 f. 115); bulla prov. (S. Br. 1778 f. 65 ss.); nat. 2 Dec. 1629, prom. ad ord. subdiac.^{tus} 18 Apr. 1649 (P. Cons. 81 f. 45 ss.); el. a capitulo Argentinen. 8 Iun. 1682 (A. Cons. 1682 tom. II f. 313 ss.); creatur card. 2 Sept. 1686; ob. 9 Apr. 1704 (cf. S.R.E. card. III, 32).

[4]) Promovetur ad Tiberiaden. et deput. coadi. c.f.s. Guilelmo E. card. de Fürstenberg ep. Argentinen., de consensu capituli et can.^{orum} eiusdem eccl., c. ret. can.^{tus} et praeb. Argentinen. durante coadiutoria, ac mon.^{orum} in Argona O.Cist.Catalaunen. et B.M.V. de Lyra O.S.B. Ebroicen. respect. dioec. ad eius vitam, c. disp. ... aet., c. decr. ... loco success. repar., erig. etc. ut supra (AC 25 f. 30); bulla prov. (S. Br. 2528 f. 177 ss.); nat. Parisiis 26 Iun. 1674, pbr., doct. theol. et socius Sorbonicus (P. Dat. 1701 f. 86 ss.); creatur card. 18 Maii 1712; ob. 19 Iul. 1749 (cf. S.R.E. card. VI, 31).

Arianen.

[1]) A. 1697: Civ. Arianen. sita in prov. Principatus ulterioris in regno Neapolitan. inhabitatur a 5000 circ. incolarum; eccl. cathedr. sub invocatione Assumptionis B.M.V. suffrag. metrop. Beneventan.; in ea sunt 5 dign. et 15 can.^{tus}; valor ann. fr. mens. epalis 1500 circ. duc. mon. illarum partium; in civ. sunt 10 eccl. paroec. et 2 colleg., 5 conventus virorum et 1 mon. monialium; dioec. amplectitur 12 loca (P. Cons. 91 f. 34 s.); taxa (a. 1717) 213 $^1/_3$ flor. (AC 27 f. 21).

[2]) Ob. circ. a. 1686 (P. Cons. 85 f. 512').

[3]) Nomin. r. cath., promovetur c. decr. ... repar. cathedr. et dom. epalis, c. reserv. pens. 200 duc. pro pers. nominandis, non exced. ... 3^{am} fr. (AC 23 f. 239); nat. in civ. Vallisoletan., bapt. 19 Apr. 1636, doct. theol. Salamantin., iam provincialis prov. Castiliae, praedicator regius, qualificator Supremae Inquisitionis, examinator synodalis Toletan. (P. Dat. 1689 f. 13 ss.); consecr. Romae ab Alexandro card. Marescotto 6 Mart. 1689 (Arch. Caer. 560 fasc. B f. 94); ob. m. Apr. 1696 (P. Cons. 91 f. 35).

ob. Ioannis	**Hyacinthus** della Calce, O.Theat.[4])	3 Iun. 1697	AC 24 f. 169'
ob. Hyacinthi	**Philippus** Tipaldi [5])	14 Iun. 1717	AC 27 f. 21

Ariminen(sis) *(Rimini)* in Italia superiore [1])

ob. Marci card. Gallii [2])	**Dominicus Maria** Cursius (Corsi), S.R.E. card.[3])	7 Iul. 1687	AC 23 f. 205'
ob. card. Cursii	**Ioannes Antonius** de Via (Davia), archiep. Thebarum [4])	10 Mart. 1698	AC 24 f. 188'
dim. card. de Via	**Renatus** Massa [5])	16 Dec. 1726	AC 28 f. 290

Armachan(a) *(Armagh)* in Hibernia, metrop.[1])

certo modo	**Oliverius** Plunket [2])	3 Aug. 1669	S. Br.
. . . .	**Eduardus** Drumgole, fit vic. apost.[3])	19 Dec. 1681	S. Br.
certo modo	**Dominicus** Mac Guire, O.P.[4])	12 Ian. 1684	S. Br.
certo modo	**Hugo** Mac Mahon, ep. Clogheren.[5])	5 Iul. 1715	S. Br.

Armiren(sis) v. Almiren(sis)

Arsinoën(sis) *(Arsinoë)* in partibus infidelium, tit.[1])

certo modo	**Michael** Kunicki, fit suffrag. Cracovien.[2])	23 Dec. 1726	AC 28 f. 296

---

[4]) Nomin. r. cath., promovetur c. decr. ... repar. etc. ut supra, c. reserv. pens. 200 duc. etc. ut supra (AC 24 f. 169'); nat. in civ. Neapolitan. 1 Ian. 1649, lect. theol., iam praep. in diversis domibus, ad praesens examinator synodalis in Urbe (P. Dat. 1697 f. 53 ss.); consecr. Romae a Sperello ep. Interamnen. 9 Iun. 1697 (Arch. Caer. 541 f. 293'); ob. in resid. m. Iul. 1715 (P. Dat. 1717 f. 59).

[5]) Promovetur ad Arianen. (AC 27 f. 21); nat. in civ. Neapolitan., bapt. 23 Mart. 1669, prom. ad ord. pbr.tus 20 Dec. 1692, doct. iur. utr. Sapientiae Rom. a. 1717 (P. Dat. 1717 f. 55 ss.); consecr. Romae a Laurentio card. Corsino 20 Iun. 1717 (Arch. Caer. 566 f. 61'); fit ep. solio Pontif. assist. 11 Mart. 1725 (S. Br. 2687 f. 8); ob. 20 Febr. 1748 (P. Dat. 1748 f. 84').

Ariminen.

[1]) A. 1698: Civ. Ariminen. sita in prov. Romandiolae inhabitatur ab 8000 circ. incolarum, sub dominio temporali Sedis Apost.; eccl. cathedr. sub invocatione S. Columbae suffrag. metrop. Ravennaten.; in ea sunt 2 dign. et 12 can.tus; valor ann. fr. mens. epalis 3000 circ. scut. mon. Rom.; in civ. sunt 20 eccl. paroec. circ., 18 conventus virorum et 6 mon. monialium; dioec. amplectitur 15 vicariatus et 40 circ. loca (P. Cons. 92 f. 120 s.); taxa (a. 1726) 400 flor. (AC 28 f. 290).

[2]) Ob. Romae 24 Iul. 1683 (cf. S.R.E. card. III, 8).

[3]) Promovetur c. ret. omnium, quae obtinet (AC 23 f. 205'); ob. 6 Nov. 1697 (cf. S.R.E. card. III, 37).

[4]) Absolv. a vinc. Thebarum, tr. c. ret. omnium, quae obtinet, c. decr. ... prof. fidei, c. reserv. pens. 200 scut. mon. pro pers. nominanda salvis antiquis (AC 24 f. 188'); deput. nunt. ad imperatorem 26 Apr. 1700 (S. Br. 2029 f. 70 ss.); creatur card. 18 Maii 1712 (cf. S.R.E. card. VI, 27); dim. Ariminen. 7 Dec. 1726 (P. Dat. 1726 f. 229).

[5]) Promovetur c. decr. ... vac. omnia benef., quae obtinet, suspenso tamen effectu vacationis respectu compat. usque ad sui obitum, c. reserv. pens. 300 scut. mon. Rom. pro pers. nominanda salvis antiquis (AC 28 f. 290); nat. in civ. Neapolitan. 4 Nov. 1691, prom. ad ord. pbr.tus 4 Aug. 1715, doct. iur. utr. Neapolitan. 18 Oct. 1716, iam vic. gen. Venafran. (P. Dat. 1726 f. 230 ss.); consecr. Romae a Sum. Pont. 5 Ian. 1727 (Arch. Caer. 591 p. 127); fit ep. solio Pontif. assist 18 Ian. 1727 (S. Br. 3081 f. 344); fit archiep. Sebasten. c. ret. Ariminen. 17 Apr. 1741 (AC 32 f. 18'); ob. 13 Iul. 1744 (P. Dat. 1745 f. 14).

Armachan.

[1]) Cf. Hierarchia IV, 95.

[2]) Pbr. saec., doct. theol., promovetur c. ind. ... cons. ep. et 2 dign., iuxta decr. S. Congr. Prop. 9 Iul. 1669 emanatum et a S. S. 14 Iul. approbatum (S. Br. 1440 f. 29 ss.); 19 Aug. 1669 ei conc. ind. exercendi pontif. et denominandi se archiep., licet non susceperit pallium (l. c. f. 37); conc. pallium 28 Iul. 1670 (Vat. Lat. 12335 f. 251'); occisus 11 Iul. 1681; eius beatificatio 23 Maii 1920 (L.Th.K. VIII, 332-333).

[3]) Pbr. saec. Armachan. dioec., mag. theol., deput. vic. apost. Armachan. iuxta decr. S. Congr. Prop. 24 Nov. 1681 emanatum et a S. S. 28 Nov. approbatum (S. Br. 1664 f. 54).

[4]) Promovetur c. ind. ... cons. ep. et 2 dign., iuxta decr. S. Congr. Prop. 14 Dec. 1683 emanatum et a S. S. 21 Dec. approbatum (S. Br. 1689 f. 1 ss.); 12 Ian. 1684 ei conc. ind., ut postquam munus consecr.is susceperit, possit exercere pontif. et denominare se archiep., licet non susceperit pallium (l. c. f. 7); conc. pallium 12 Maii 1687 (S. Br. 1779 f. 436); ob. Parisiis 27 Sept. 1707 (Brady I, 229).

[5]) Absolv. a vinc. Clogheren., tr. c. ind. retinendi can.tum et praeb. Casselen., iuxta decr. S. Congr. Prop. 26 Iun. 1715 emanatum et a S. S. 27 Iun. approbatum (S. Br. 2392 f. 1 ss.); 9 Iul. 1715 ei conc. ind. exercendi pontif. et denominandi se archiep., licet non susceperit pallium (l. c. f. 11); 15 Febr. 1731 deput. admin. Dromoren. (S. Br. 2766 f. 51); ob. 2 Aug. 1737 (Brady I, 230).

Arsinoën.

[1]) Duae habentur eccl. tit. Arsinoën., una in Arcadia sub. metrop. Oxyrinchitan., altera in Cypro insula sub metrop. Salaminen. (Index Sed. tit. nn. 742, 1699).

[2]) Promovetur ad Arsinoën. et deput. suffrag. Cracovien. ad pontif., c. ret. can.tus et praeb. Gnesnen. et custodiae colleg. Sandomirien. ac paroec. eccl. Nizzycien. Cracovien. dioec., c. disp. ... aet. et gradus, c. assign. congruae 300 duc. auri de Camera super fructibus mensae epalis Cracovien. (AC 28 f. 296); bulla prov. (S. Br. 2747 f. 40 ss.); nat. in loco Czułczycen., bapt. 7 Oct. 1698, charactere cler. insign. 4 Oct. 1716, prom. ad ord. min., subdiac.tus, diac.tus ac pbr.tus 29 Sept., 5, 12, 19 Oct. 1721 (P. Cons. 112 f. 70 ss.); ob. ante 22 Ian. 1763 (S. Br. 3518 f. 11 ss.).

Ascalonen(sis) seu Ascalonitan(a) *(Ascalon)* in Palaestina Prima, tit.[1])

ob. Francisci Garcia Mendes	**Franciscus** Deïdier [2])	27 Nov. 1679	S. Br.
ob. Francisci	**Alvarus** de Benavente, O.E.S.Aug.[3])	20 Oct. 1696	S. Br.
certo modo	**Dominicus Maria** Varlet, fit coadi.c.f.s. Babylonen.[4])	17 Sept. 1718	S. Br.

Asculan(a) Apuliae *(Ascoli Satriano)* in Italia inferiore [1])

ob. Philippi a Basilica Petri [2])	**Felix** Via [3])	14 Nov. 1672	AC 22 f. 130'
ob. Felicis	**Philippus** Lenti [4])	29 Apr. 1680	AC 23 f. 40'
ob. Philippi	**Franciscus Antonius** Punzi [5])	14 Maii 1685	AC 23 f. 167'
ob. Francisci A.	**Antonius** de Martinis (Martini) [6])	10 Maii 1728	AC 29 f. 102'

Asculan(a) in Piceno *(Ascoli Piceno)* in Italia media [1])

tr. Iulii card. Gabrielli ad Reatin.	**Philippus** Monti, ep. Aprutin.[2])	2 Iun. 1670	AC 22 f. 39'
ob. Philippi	**Iosephus Salustius** Fadulphus (Fadulfi), ep. Amerin.[3])	15 Ian. 1685	AC 23 f. 156'
ob. Iosephi S.	**Ioannes Iacobus** Bonaventura [4])	5 Oct. 1699	AC 24 f. 233
ob. Ioannis I.	**Ioannes** de Gambis (Gambi) [5])	10 Mart. 1710	AC 26 f. 11

Ascalonen.

[1]) Eccl. Ascalonitan. sita est in Palaestina Prima sub metrop. Caesarien. (Index Sed. tit. n. 959).

[2]) Pbr. Tolonen. civ. vel dioec., promovetur c. ind. suscipiendi munus consecr.[is] ab ep.[is] vic. apost.[cis] apud Sinas, vel eorum aliquo c. sola assist. 2 pbr., si adfuerint, sin minus, sine ipsis et in quocumque loco, iuxta decr. S. Congr. Prop. 17 Iul. 1679 emanatum (S. Br. 1640 f. 5 ss.); eadem die 27 Nov. dictus Franciscus et Iacobus de Bourges el. ep. Auren. deput. vic.[ii] apost. regni Tunchini c. admin. regni Laos, quae erat portio vicariatus ep.[i] Heliopolitan., ita ut eadem regna inter se dividere debeant, et altero decedente superstes in portionem defuncti succedat quousque aliter dispositum fuerit a S. Congr. Prop. (l. c. f. 17 s.); ob. ante 9 Aug. 1696 (S. Br. 1952 f. 8).

[3]) Pbr. Hispanus, provincialis prov. insularum Philippinarum, promovetur c. ind. suscipiendi munus consecr.[is] a modernis Machaonen., Pekinen. et Nankinen. ep.[is] vel eorum aliquo c. sola assist. 2 pbr., iuxta decr. S. Congr. Prop. 9 Aug. 1696 emanatum et a S. S. 20 Aug. approbatum (S. Br. 1952 ff. 24, 7' s.); 22 Oct. 1696 deput. vic. apost. prov. Kiangsi in regno Sinarum (l. c. f. 33); ob. a. 1709 (España Sagrada 51, 33).

[4]) Promovetur ad Ascalonen. et deput. coadi. c.f.s. ep.° Babylonen. (S. Br. 2463 f. 37 ss.); cf. Babylonen.

Asculan. Apuliae

[2]) Praesent. princ. Portug., promovetur c. ind.... cons. ep. et 2 dign., c. decr.... prof. fidei ante cons., reaedif. dom. epalis, erig. theol., poenit., sem., mont. piet. (AC 22 f. 82); nat. in civ. Ulixbonen., aet. 60 an. et ultra, gen. suae religionis (P. Cons. 70 f. 18 ss.); ob. 30 Nov. 1671 (Gams 473).

[3]) Praesent. princ. Portug., promovetur c. ind.... cons. ep. et 2 dign., c. decr.... prof. fidei et iuram. fidel. ante cons., repar. cathedr.

ob. Antonii	**Emmanuel** a Nativitate, O.F.M.Obs.4)	2 Dec. 1675	AC 22 f. 190'
ob. Emmanuelis	**Ioannes Franciscus** de Oliveira 5)	9 Iun. 1687	AC 23 f. 203'
tr. Ioannis Fr. ad S. Salvatoris	**Iosephus** de Oliveira, O.E.S.Aug.6)	19 Iul. 1694	AC 24 f. 91'
dim. Iosephi	**Ludovicus** Simões Brandão 7)	6 Febr. 1702	AC 25 f. 55'
dim. Ludovici	**Emmanuel** a S. Catharina, O.Carm.8)	20 Mart. 1720	AC 27 f. 159'

Connoren(sis) v. Dunen(sis)

Cononen(sis) v. Comanen(sis)

Consanen(sis) v. Compsan(a)

Conseranen(sis) (*Couserans* seu *Saint Lizier,* olim *Conserans*) in Gallia 1)

ob. Bernardi de Marmiesse 2)	**Gabriel** de Saint Estève 3)	15 Iul. 1680	AC 23 f. 47
ob. Gabrielis	**Iacobus** de Verthamon de Chalucet 4)	26 Mart. 1708	AC 25 f. 209'
ob. Iacobi	**Ioannes Franciscus** de Macheco de Premeaux 5)	9 Dec. 1726	AC 28 f. 280'

Constantien(sis) (*Coutances*) in Gallia 1)

ob. Eustachii le Clerc de Lesseville 2)	**Carolus Franciscus** de Loménie 3)	12 Dec. 1667	AC 21 f. 178'
ob. Caroli Fr.	**Leonorius** de Matignon 4)	1 Dec. 1721	AC 27 f. 261

---

et dom. epalis, erig. etc. ut supra (AC 22 f. 130'); nat. in dioec. Colimbrien., aet. 40 an. et ultra, mag. theol., iam prior in diversis conventibus, qualificator S. Inquisitionis (P. Cons. 71 f. 51 ss.); 5 Oct. 1672 ei conc. disp. super quarto voto de non acceptanda dign. (S. Br. 1502 f. 119); ob. 12 Ian. 1674 (Almeida 994).

4) Promovetur c. ind.... cons. ep. et 2 dign., c. decr.... iuram. fidel., instr. supellect, repar., erig. etc. ut supra (AC 22 f. 190'); nat. in oppido de Thomar nullius dioec. prov. Ulixbonen., aet. 60 an. circ., provincialis prov. Portugalliae (P. Cons. 74 f. 19' ss.); praesent. princ. Portug. 15 Sept. 1675 (l. c. f. 36); tr. ad Angren. 18 Mart. 1686; iam ob. 8 Dec. 1685 (Almeida 994).

5) Pbr. Colimbrien., praesent. r. Portug., promovetur c. disp.... gradus, c. ret. compat., c. ind.... cons. ep. et 2 dign., c. decr.... erig. etc. ut supra (AC 23 f. 203'); consecr. in eccl. S. Antonii O.F.M.Cap. extra muros civ. Ulixbonen. a Verissimo card. de Lencastre 5 Oct. 1687 (P. Cons. 94 f. 550); tr. ad eccl. S. Salvatoris 9 Ian. 1692.

6) Praesent. r. Portug., promovetur c. ind.... cons. ep. et 2 dign., c. decr.... erig. etc. ut supra (AC 24 f. 91'); nat. in loco Guimeren. 4 Febr. 1638, prom. ad ord. min., subdiac.tus, diac.tus ac pbr.tus 17, 19, 20, 21 Mart. 1662, doct. et lect. theol. Colimbrien. (P. Cons. 88 f. 15 ss.); 9 Sept. 1700 admissa fuit dimissio Iosephi, qui numquam ad suam eccl. ierat (A. Cons. 1707 f. 377); ob. 22 Mart. 1719 (Almeida 995).

7) Praesent. r. Portug., promovetur c. ind.... cons. ep. et 2 dign., c. ret. compat., c. decr.... constr. dom. epalis, erig. etc. ut supra (AC 25 f. 55'); nat. in civ. Colimbrien., bapt. 9 Mart. 1672, prom. ad ord. min., subdiac.tus 4, 27 Mart. 1694, diac.tus 19 Mart. 1695, pbr.tus 16 Iun. 1696, doct. iur. can. univ. Colimbrien. 13 Dec. 1695, iam vic. gen. Colimbrien. (P. Cons. 95 f. 52 ss.); dim. 24 Febr. 1720 (P. Dat. 1720 f. 7 ss.); ob. 30 Mart. 1733 (Almeida 995).

8) Pbr. Ulixbonen., mag. theol., promovetur c. ind.... cons. ep. et 2 dign., c. decr.... instr. supellect., constr., erig. etc. ut supra (AC 27 f. 159'); praesent. r. Portug. 12 Dec. 1719 (Ep. Reg. II n. 63); ob. 1 Nov. 1732 (Almeida 995).

Conseranen.

1) A. 1708: Ep. Conseranen. residet in loco S. Lizerii, qui inhabitatur a 2000 christifidelium, sub dominio temporali regis Xmi; eccl. cathedr. sub invocatione B.M.V. suffrag. metrop. Auxitan.; in ea sunt 12 can.tus; valor ann. fr. mens. epalis 12000 libr. Turonen.; dioec. amplectitur 70 parochias (P. Cons. 101 f. 95 ss.); taxa 1000 flor. (AC 25 f. 209').

2) Ob. 22 Ian. 1680 (Gams 541).

3) Promovetur c. ret. compat., c. decr.... instr. supellect., repar. cathedr. et dom. epalis, erig. poenit., sem., mont. piet., c. reserv. pens. 1500 libr. Turonen. pro pers. nominata (AC 23 f. 47); nat. in dioec. Baionen., aet. 35 an., pbr., bacc. theol. Parisien. (P. Cons. 79 f. 142 ss.); nomin. r. Xmo 24 Febr. 1680 (l. c. f. 142); ob. 24 Dec. 1707 (P. Cons. 101 f. 96').

4) Promovetur eique iniungitur... extens. regaliae, c. ret. compat., c. decr.... prof. fidei, repar. cathedr., perfect. dom. epalis, instr. supellect., erig. sem. (AC 25 f. 209'); nat. in castello de Chalucet dioec. Lemovicen., aet. 38 an., pbr., doct. theol., vic. gen. Appamiarum (P. Cons. 101 f. 91 ss.); nomin. r. Xmo 17 Ian. 1708 (l. c. f. 92); ob. m. Oct. 1725 (P. Cons. 112 f. 238').

5) Promovetur eique iniungitur etc. ut supra, c. ret. compat. ac mon. S. Margaritae O.C.S.Aug. Aeduen. dioec., quod in commendam obtinet, c. decr.... erig. poenit., mont. piet., repar., perf., instr. etc. ut supra (AC 28 f. 280'); nat. in civ. Diviomen. dioec. Lingonen. 4 Febr. 1687, pbr. a. 1711, doct. theol. Bisuntin., iam vic. gen. Narbonen. (P. Cons. 112 f. 227 ss.); nomin. r. Xmo 29 Mart. 1726 (l. c. f. 228); ob. m. Apr. 1752 (P. Cons. 140 f. 159).

Constantien. (in Gallia)

1) A. 1721: Civ. Constantien. sita in Normandia inferiore inhabitatur a 10000 circ. christifidelium, sub dominio temporali regis Xmi; eccl. cathedr. sub invocatione B.M.V. suffrag. metrop. Rothomagen.; in ea sunt 8 dign. et 25 can.tus; valor ann. fr. mens. epalis 16000 circ. libr. Turonen.; in civ. sunt 2 eccl. paroec., 2 conventus virorum et 2 mon. monialium; dioec. amplectitur 500 circ. parochias (Cons. S. 1721/1722 f. 193); taxa 2500 flor. (AC 27 f. 261).

2) Ob. 3 Dec. 1665 (Gams 543).

3) Nomin. r. Xmo, promovetur c. ret. compat. et mon. S. Eligii dioec. Noviomen. et S. Germani Antissiodoren., quae in commendam obtinet, c. decr.... repar. cathedr. et dom. epalis, erig. mont. piet. (AC 21 f. 178'); ob. 7 Apr. 1720 (Gams 543).

4) Nomin. r. Xmo, promovetur c. ret. compat. et mon. S.mae Trinitatis de Exaquio O.S.B. Constantien. dioec., ac prioratus conventualis S. Stephani de Plessiaco Grimoldi nunc. Baiocen. dioec., quae in commendam obtinet, c. decr.... repar. dom. epalis, erig. mont. piet., c.

Constantien(sis) *(Konstanz)* in Germania [1])

ob. Francisci I. von Prasberg [2])	**Marquardus Rudolphus** von Rodt [3])	6 Mart. 1690	AC 23 f. 261'
ob. Marquardi R.	**Ioannes Franciscus** Schenk von Stauffenberg [4])	26 Ian. 1705	AC 25 f. 131'
. . . .	**Damianus Hugo Philippus** von Schönborn, S.R.E. card., ep. Spiren., fit coadi.c.f.s.[5])	15 Mart. 1723	AC 28 f. 14'

Constanti(n)en(sis) *(Constanti(n)a)* in partibus infidelium, tit.[1])

certo modo	**Petrus** a S. Augustino, O.F.M.Obs., fit suffrag. Colimbrien.[2])	22 Iun. 1671	AC 22 f. 82
certo modo	**Ildephonsus** García de Losada, O.S.B., fit suffrag. Placentin.[3])	22 Febr. 1672	AC 22 f. 111
certo modo	**Bernardus Antonius** Pizzella [4])	20 Ian. 1727	AC 29 f. 7'
certo modo	**Iosephus Henricus** Correia de Gama [5])	30 Iul. 1727	AC 29 f. 34

Constantinopolitan(a) *(Constantinopolis, Istanbul)* patriarchatus, tit.[1])

certo modo	**Odoardus** Cybo, archiep. Seleucien.[2])	13 Oct. 1689	S. Br.
ob. Odoardi	**Ludovicus** Picus de Mirandula (Pico della Mirandola) [3])	25 Iun. 1706	AC 25 f. 171
prom. Ludovici ad cardinalatum	**Andreas** Riggio, ep. Catanien.[4])	13 Ian. 1716	AC 26 f. 233

---

reserv. pens. 1200 libr. Turonen. pro pers. nominata (AC 27 f. 261); ob. 3 Apr. 1757 (P. Cons. 147 f. 209').

Constantien. (in Germania)

[1]) A. 1704: Civ. Constantien. sita est in prov. Moguntin., sub dominio temporali imperatoris; eccl. cathedr. sub invocatione SS. Conradi et Pelagii suffrag. metrop. Moguntin.; in ea sunt 4 dign. et 22 can.^{tus}; valor ann. fr. mens. epalis 30000 circ. flor.; in civ. sunt 5 eccl. paroec., 6 conventus virorum, 2 mon. monialium (P. Cons. 98 f. 283' ss.); taxa (a. 1705) 2500 flor. (AC 25 f. 131').

[2]) Ob. 7 Mart. 1689 (Arch. Nunz. Lucerna 88).

[3]) Cassatur el. facta a capitulo et can.^{cis} eccl. Constantien. de pers. Marquardi, et ex integro providetur de eadem pers., c. disp. ... gradus, c. decr. ... vac. can.^{tuum} Constantien. et Augustan., repar. dom. epalis, erig. theol., poenit., sem., mont. piet. (AC 23 f. 261'); nat. Constantiae 9 Apr. 1644, charactere cler. insign. 2 Mart. 1653, prom. ad ord. min., subdiac.^{tus} et diac.^{tus} 30, 31 Mart., 26 Maii 1668, pbr.; el. a capitulo Constantien. 14 Apr. 1689 (Arch. Nunz. Lucerna 88); ob. 10 Iun. 1704 (P. Cons. 98 f. 285').

[4]) Confirmatur el. facta a capitulo et can.^{cis} eccl. Constantien. c. suppletione omnium defectuum, si qui in ipsa electione intervenerint, c. ret. can.^{tuum} Herbipolen. et Augustan. ex speciali gratia S.^{mi}, iuxta decr. S. Congr. Consist., c. disp. ... gradus et pbr., c. decr. ... repar. dom. epalis, instit. theol. et poenit, sem. (AC 25 f. 131'); nat. in oppido de Lautlingen 18 Febr. 1658, prom. ad ord. min. et subdiac.^{tus} a. 1682, pbr.^{tus} 11 Nov. 1704 (P. Cons. 98 f. 270 ss.); el. a capitulo Constantien. 21 Iul. 1704 (A. Cons. 1704 f. 403 ss.); 9 Apr. 1714 conc. fac. eligibilitatis ad Augustan. (S. Br. 2365 f. 1); fit coadi. c.f.s. Augustan. 20 Aug. 1714 (cf. Augustan.).

[5]) Deput. coadi. c.f.s. Ioanni Fr. ep. Constantien. et coadiutori Augustan., c. ret. Spiren., postquam etiam successioni locus factus fuerit, et c. ret. ceterorum omnium, quae obtinet, c. decr. ... loco success. repar. dom. epalis, erig. etc. ut supra (AC 28 f. 14'); iam 10 Mart. 1722 ei conc. ind. eligibilitatis in coadiutorem Constantien. (S. Br. 2571 f. 9 ss.); el. coadi. a capitulo Constantien. 18 Maii 1722 (A. Cons. 1722 tom. III f. 392 ss.); ob. in civ. de Bruchsal dioec. Spiren. 19 Aug. 1743 (P. Cons. 131 f. 205).

Constanti(n)en. (tit.)

[1]) Tres habentur eccl. Constantien., una in Arabia sub metrop. Bostren., altera in Thracia sub metrop. Philoppopolitan., tertia in Osrhoëne sub metrop. Edessen. (Index Sed. tit. nn. 865, 591, 832).

[2]) Promovetur ad Constantien. et deput. suffrag. Colimbrien. ad pontif., c. decr. ... prof. fidei ante cons., c. assign. congruae 300 duc. auri de Camera super fructibus mensae epalis Colimbrien. (AC 22 f. 82); aet. 50 an. et ultra (e bulla prov. S. Br. 1589 f. 152 ss.).

[3]) Promovetur ad Constantien. et deput. suffrag. Placentin. ad pontif., c. assign. congruae 300 duc. auri de Camera super fructibus mensae epalis Placentin. (AC 22 f. 111); aet. 56 an., prof. theol. (e bulla prov. S. Br. 1589 f. 727 ss.).

[4]) Promovetur c. decr. ... vac. can.^{tus} et praeb. bas. S. Petri de Urbe ceteraque benef. suspenso effectu vacationis usque ad sui obitum, c. ret. ceterorum omnium, quae obtinet (AC 29 f. 7'); bulla prov. (S. Br. 2749 f. 351 ss.); nat. in loco de Capracotta dioec. Triventin., bapt. 19 Apr. 1686, prom. ad ord. pbr.^{tus} 20 Sept. 1710, doct. iur. utr. Sapientiae Rom. 7 Apr. 1725, iam can. Beneventan. et visit. illius dioec., ad praesens intimus cubic. S.^{tis} S. (P. Dat. 1727 f. 15 ss.); fit ep. solio Pontif. assist. 26 Febr. 1727 (S. Br. 2720 f. 438); ob. Romae 23 Ian. 1750 (Galletti Vat. Lat. 7900 f. 125').

[5]) Promovetur ad Constantinen. c. ret. omnium, quae obtinet (AC 29 f. 34); bulla prov. (S. Br. 2747 f. 404 ss.); nat. in civ. Ulixbonen., bapt. 23 Mart. 1684, prom. ad ord. subdiac.^{tus} et diac.^{tus} 10, 23 Dec. 1724, pbr.^{tus} 21 Ian. 1725, doct. iur. utr. Sapientiae Rom. 28 Iul. 1727, iam sem. Rom. et academiae disciplinae eccl.^{cae} convictor (P. Dat. 1727 f. 212 ss.); fit ep. solio Pontif. assist. 8 Sept. 1727 (S. Br. 2720 f. 452).

Constantinopolitan.

[1]) Cf. Hierarchia IV, 162.

[2]) Absolv. a vinc. Seleucien., tr. c. ret. omnium, quae obtinet (S. Br. 1787 f. 329 ss.).

[3]) Promovetur c. disp. super eo, quod in subdiac.^{tus} ord. tantum const. sit, c. ret. omnium, quae obtinet (AC 25 f. 171); nat. in loco de Mirandola dioec. Regien., aet. 38 an. circ., charactere cler. insign. 1 Nov. 1683, doct. iur. utr. (P. Dat. 1706 f. 83 ss.); fit cler. Cam. Apost. 21 Maii 1699 (S. Br. 2007 f. 3); deput. praef. Cubiculi S.^{tis} S. 7 Iun. 1706 (S. Br. 2185 f. 15); fit ep. solio Pontif. assist. 28 Iun. 1706 (S. Br. 2218 f. 39); deput. praef. Pal. Apost. 24 Oct. 1707 (S. Br. 2217 f. 1), et eadem die gub. castri Gandulphi ad triennium (l. c. f. 3); creatur card. et in pectore reservatur 18 Maii 1712, declaratur 26 Sept. 1712 (cf. S.R.E. card. VI, 38).

[4]) Promovetur c. ret. Catanien. et omnium, quae obtinet (AC 26 f. 233); bulla prov. (S. Br. 2539 f. 320 ss.); ob. 15 Dec. 1717 (cf. Catanien.).

ob. Andreae	**Camillus** Cybo [5])	11 Febr. 1718	AC 27 f. 57'
prom. Camilli ad cardinalatum	**Mundillus** Ursinus (Orsini), archiep. Capuan.[6])	23 Mart. 1729	AC 29 f. 169

Convenarum *(Comminges)* in Gallia [1])

tr. Gilberti de Choiseul du Plessis ad Tornacen.	**Ludovicus** de Rechignevoisin de Guron, olim ep. Tutelen.[2])	20 Dec. 1677	AC 22 f. 247'
ob. Ludovici	**Ioannes Franciscus** de Brisay de Denonville [3])	5 Oct. 1693	AC 24 f. 60'
ob. Ioannis Fr.	**Gabriel Olivarius** de Lubière du Bouchet [4])	26 Ian. 1711	AC 26 f. 44

Conversanen(sis) *(Conversano)* in Italia inferiore [1])

tr. Iosephi Palermo ad S. Severinae	**Ioannes Stephanus** Senarega, O.S.B.[2])	23 Febr. 1671	AC 22 f. 73
ob. Ioannis St.	**Andreas** Brancaccio, O.Theat.[3])	13 Ian. 1681	AC 23 f. 59
tr. Andreae ad Cusentin.	**Philippus** Meda [4])	23 Ian. 1702	AC 25 f. 54'

Coraden(a) v. **Caraden(a)**

Corcag(i)en(sis) *(Cork)* et **Cloynen(sis)** *(Cloyne)* in Hibernia [1])

ob. ultimi ep.	**Petrus** Creveus (Creagh) [2])	13 Maii 1676	S. Br.
tr. Petri ad Dublinen.	**Ioannes Bapt.** Sleyne [3])	13 Apr. 1693	AC 24 f. 44

---

[5]) Promovetur c. ret. omnium, quae obtinet (AC 27 f. 57'); bulla prov. (S. Br. 2540 f. 365 ss.); nat. in civ. Massae dioec. Lunensarzanen. 25 Apr. 1681, prom. ad ord. pbr.[tus] 5 Iul. 1705, doct. iur. utr. Sapientiae Rom. 13 Sept. 1702 (P. Dat. 1718 f. 112 ss.); fit praesidens Cam. Apost. 8 Dec. 1705 (S. Br. 2173 f. 5), cler. Cam. Apost. 6 Aug. 1707 (S. Br. 2213 f. 13), aud. gen. Cam. Apost. 29 Ian. 1718 (S. Br. 2452 f. 71); consecr. Romae a Fabritio card. Paulutio 24 Febr. 1718 (Arch. Caer. 571 p. 42); fit ep. solio Pontif. assist. 2 Mart. 1718 (S. Br. 2454 f. 5); fit praef. Pal. Apost. 16 Iul. 1725 (S. Br. 2738 f. 273); creatur card. 23 Mart. 1729 (cf. S.R.E. card. VIII, 26).

[6]) Promovetur c. ret. Capuan. et omnium, quae obtinet (AC 29 f. 169, S. Br. 2721 f. 11 ss.); ob. ante 1 Febr. 1751 (AC 34 f. 46).

Convenarum

[1]) A. 1671: Civ. Convenarum sita in prov. Aquitaniae inhabitatur a 200 circ. christifidelibus; eccl. cathedr. sub invocatione S. Bertrandi suffrag. metrop. Auxitan.; in ea sunt 8 dign. et 13 can.[tus]; valor ann. fr. mens. epalis 25000 libr. Turonen.; dioec. amplectitur 450 circ. loca (P. Cons. 76 f. 263 ss.); taxa (a. 1677) 4000 flor. (AM 43 f. 91).

[2]) Promovetur c. ret. compat. ac mon. commend. B. Mariae de Morellis O.S.B. dioec. Pictaven., c. decr. ... repar. cathedr. et dom. epalis, erig. mont. piet., c. reserv. pens. 7500 libr. Turonen. pro pers. nominatis (AC 22 f. 247'); nomin. r. X[mo] 16 Ian. 1671 (P. Cons. 76 f. 237); ob. 20 Maii 1693 (Gams 540). In AC erronee dicitur Ludovicum promotum fuisse 29 Dec. 1677.

[3]) Promovetur eique iniungitur ... extens. regaliae, c. ret. compat. ac mon. commend. de Buzeriis O.Cist. dioec. Aeduen., c. decr. ... repar. cathedr. et dom. epalis, erig. sem., mont. piet. (AC 24 f. 60'); nat. in dioec. Carnoten., aet. 52 an. circ., pbr., lic. iur. utr., archidiac. et vic. gen. Carnoten. (P. Cons. 87 f. 225 ss.); nomin. r. X[mo] 31 Maii 1693 (l. c. f. 225); ob. m. Apr. 1710 (P. Cons. 101 A f. 105).

[4]) Promovetur eique iniungitur etc. ut supra, c. ret. compat., c. decr. ... prof. fidei, vac. cantoria et can.[tus] et praeb. Ruthenen., repar. cathedr. et dom. epalis, erig. poenit., mont. piet., c. reserv. pens. 3000 libr. Turonen. pro 5 pers. nominatis (AC 26 f. 44); nat. in dioec. Claromontan., aet. 50 an., pbr., doct. theol., vic. gen. Ruthenen. (P. Cons. 101 A f. 90 ss.); nomin. r. X[mo] 11 Iul. 1710 (l. c. f. 106); dim. 28 Aug. 1740 (P. Dat. 1740 f. 11 ss.).

Conversanen.

[1]) A. 1670: Civ. Conversanen. sita in prov. Apuliae inhabitatur a 12000 circ. incolarum; eccl. cathedr. sub invocatione Assumptionis B.M.V. suffrag. metrop. Baren.; in ea sunt 4 dign. et 26 can.[tus]; valor ann. fr. mens. epalis 3000 duc. mon. illarum partium; in civ. sunt 5 conventus virorum et 4 mon. monialium; dioec. amplectitur 6 loca (P. Cons. 70 f. 250' s.); taxa (a. 1671) 53 flor. (AM 74 f. 100).

[2]) Congr. Cassinen., promovetur c. decr. ... erig. theol., sem., mont. piet. (AC 22 f. 73); nat. in loco de Albaro dioec. Ianuen. 28 Iul. 1637, prom. ad ord. pbr.[tus] 29 Iun. 1660, doct. theol. Parmen. 10 Apr. 1663 (P. Dat. 1670 f. 333 ss.); consecr. Romae a Carolo card. Roberto 8 Mart. 1671 (Vat. Lat. 12339 f. 60); ob. in civ. Neapolitan. m. Iul. 1680 (P. Cons. 80 f. 302).

[3]) Promovetur c. decr. ... repar. cathedr., erig. etc. ut supra (AC 23 f. 59); nat. in civ. Neapolitan., aet. 36 an. circ., mag. theol. (P. Cons. 80 f. 300 ss.); consecr. Romae ab Alexandro card. Crescentio 26 Ian. 1681 (Vat. Lat. 12341 f. 5); tr. ad Cusentin. 18 Apr. 1701.

[4]) Promovetur c. decr. ... vac. omnia benef., suspenso effectu vacationis respectu compat. usque ad sui obitum, c. ret. pens., quas percipit, c. decr. ... erig. theol., sem. (AC 25 f. 54'); nat. in civ. Mediolanen. 14 Oct. 1665, prom. ad ord. subdiac.[tus], diac.[tus] ac pbr.[tus] 1 Oct., 12, 30 Nov. 1690, doct. iur. utr. Sapientiae Rom. 13 Oct. 1691, iam vic. gen. Cremonen., ad praesens vic. gen. Spoletan. et prot. apost. (P. Dat. 1701 f. 120 ss.); ob. in resid. m. Iul. 1733 (P. Dat. 1733 f. 145').

Corcag(i)en. et Cloynen.

[1]) A. 1693: Civ. Corcagien. a 30000 circ., civ. Cloynen. a 4000 circ. incolarum inhabitatur, quorum maior pars fidem catholicam profitetur; eccl. cathedr. Corcagien. sub invocatione S. Fimbarri, cathedr. Cloynen. sub invoc. S. Colmani suffrag. metrop. Casselen.; cura animarum a missionariis et aliis pbr.[is] ab ep. pro tempore deputatis in privatis domibus exercetur; reditus ab haereticis percipiuntur (Cons. S. 1692/1693 f. 72 b).

[2]) Pbr. nobilis Limericen. dioec., mag. theol., prot. apost., abb. saec. mon. de Mayo O.Cist. dioec. Limericen., promovetur ad Corcagen. et Cloynen. c. ret. duarum pens. ann. in totum 150 scut. mon. Rom., iuxta decr. S. Congr. Prop. 20 Apr. 1676 emanatum et a S. S. 22 Apr. approbatum (S. Br. 1575 f. 7); tr. ad Dublinen. 9 Mart. 1693.

[3]) Promovetur c. ret. compat. ac prioratus S. Thomae Martyris de

certo modo	**Donatus** Mac Carthy [4])	16 Iul. 1712	S. Br.
certo modo	**Thaddaeus** Mac Carthy [5])	7 Apr. 1727	S. Br.

Corcyren(sis) *(Korfu, Corfù)* in insula eiusdem nominis maris Adriatici, metrop.[1])

tr. Caroli Labia ad Adrien.	**Marcus Antonius** Barbadicus (Barbadico al. Barbarigo) [2])	6 Iun. 1678	AC 22 f. 264
tr. card. Barbadici ad Montis Falisci	**Georgius** Emo [3])	14 Iun. 1688	AC 23 f. 223'
ob. Georgii	**Augustus Antonius** Zacco [4])	15 Nov. 1706	AC 25 f. 178'
tr. Augusti A. ad Tarvisin.	**Angelus Maria** Quirinus (Quirini), O.S.B.[5])	22 Nov. 1723	AC 28 f. 46'
tr. Angeli M. ad Brixien.	**Vincentius Maria** Mazzoleni, O.P.[6])	26 Nov. 1727	AC 29 f. 46

Corduben(sis) *(Córdoba)* in Hispania [1])

ob. Francisci Alarcón y Covarrubias [2])	**Ildephonsus** de Salizanes, ep. Oveten.[3])	18 Nov. 1675	AC 22 f. 189
ob. Ildephonsi	**Petrus** de Salazar, S.R.E. card., ep. Salamantin.[4])	16 Sept. 1686	AC 23 f. 192
ob. card. de Salazar	**Ioannes** de Bonilla, ep. Almerien.[5])	11 Apr. 1707	AC 25 f. 187'
ob. Ioannis	**Franciscus** de Solís, ep. Illerden.[6])	17 Ian. 1714	AC 26 f. 163'
ob. Francisci	**Marcellinus** Siuri, ep. Aurien.[7])	1 Oct. 1717	AC 27 f. 31'

Ballibech O.S.Aug. dioec. Cloynen., c. decr. ... vac. decanatus Cloynen. (AC 24 f. 44); nat. in dioec. Cloynen., aet. 54 an. circ., prom. ad ord. pbr.tus 27 Mart. 1663, doct. theol. Sorbonicus 12 Nov. 1670, prot. apost., iam vic. gen. et capitularis Corcagen. et Cloynen., ad praesens lect. theol. moralis in coll. de Prop. Romae (P. Dat. 1692 f. 143 ss.); nomin. r. Angliae 3 Nov. 1692 (l. c.); consecr. Romae a Tussano card. Forbin Janson 18 Apr. 1693 (Arch. Caer. 541 f. 38'); 5 Dec. 1693 deput. admin. Rossen. (S. Br. 1881 f. 27); ob. 16 Febr. 1712 (Brady II, 94).

[4]) Iam vic. gen. Corcagen., promovetur ad Corcagen. et Cloynen., ad nomin. regis Angliae ceteroqui iuxta decr. S. Congr. Prop. 5 Iun. 1712 emanatum et a S. S. 16 Iun. approbatum (S. Br. 2324 f. 15 ss.); 26 Iul. 1712 simile Breve provisionis, sed sine mentione nomin. regiae (l. c. f. 25 ss.); ob. a. 1726 (Brady II, 94).

[5]) Vic. gen. Corcagien., promovetur ad Corcagen. (S. Br. 2681 f. 2' ss.); nomin. r. Angliae 17 Aug. 1726 (l. c. f. 3); 20 Iun. 1732 deput. admin. Rossen. (S. Br. 2794 f. 44); ob. a. 1747 (Brady II, 94).

Corcyren.

[1]) A. 1678: Civ. Corcyren. sita in insula eiusdem nominis maris Adriatici inhabitatur a 3000 circ. incolarum, sub dominio temporali reipublicae Venetae; eccl. metrop. est sub invocatione S. Iacobi; in ea sunt 4 dign. et 12 can.ci; valor ann. fr. mens. archiepalis 4000 duc. mon. illarum partium; in civ. sunt 2 conventus virorum; dioec. amplectitur pauca loca (P. Cons. 77 f. 237' s.); taxa 300 flor. (AM 43 f. 106).

[2]) Promovetur c. decr. ... vac. can.tus Patavin. aliaque benef., quae obtinet, repar. cathedr. et dom. archiepalis, erig. theol., poenit., sem., mont. piet. (AC 22 f. 264); conc. pallium 18 Iul. 1678 (l. c. f. 266); nat. Venetiis, aet. 38 an., pbr., doct. iur. utr. Patavin. (P. Dat. 1678 f. 67 ss.); consecr. Romae a Gregorio card. Barbadico 26 Iun. 1678 (Vat. Lat. 12341 f. 161'); creatur card. 2 Sept. 1686 (cf. S.R.E. card. III, 24); tr. ad Montis Falisci et Cornetan. 7 Iul. 1687.

[3]) Promovetur c. disp. ... pbr., c. decr. ... erig. poenit., mont. piet. (AC 23 f. 223'); conc. pallium 12 Iul. 1688 (l. c. f. 225'); nat. Venetiis, bapt. 23 Iun. 1644, prom. ad ord. pbr.tus 1 Febr. 1688, doct. iur. utr. Patavin. 20 Febr. 1688 (P. Dat. 1688 f. 37 ss.); consecr. Romae a Gaspare card. Carpineo 27 Iun. 1688 (Arch. Caer. 559 fasc. F f. 17'); ob. in resid. m. Ian. 1705 (P. Dat. 1706 f. 136').

[4]) Promovetur c. decr. ... vac. can.tus et praeb. Patavin. ceteraque benef., suspenso effectu vacationis respectu compat. usque ad sui obitum, repar. dom. archiepalis, instr. supellect., erig. theol., poenit., mont. piet., c. reserv. pens. 100 scut. mon. Rom. salvis antiquis pro pers. nominanda (AC 25 f. 178'); conc. pallium 6 Dec. 1706 (l. c. f. 182); nat. Venetiis 10 Nov. 1662, charactere cler. insign. a. 1678, prom. ad ord. min., subdiac.tus, diac.tus ac pbr.tus 18, 24, 25 Maii, 1 Iun. 1687, doct. iur. utr. Patavin. 6 Apr. 1690, iam examinator synodalis Patavin. (P. Dat. 1706 f. 133 ss.); tr. ad Tarvisin. 22 Nov. 1723.

[5]) Congr. Cassinen., promovetur c. decr. ... instit. poenit., erig. mont. piet. (AC 28 f. 46'); conc. pallium 20 Dec. 1723 (l. c. f. 60); nat. Venetiis 30 Mart. 1680, prom. ad ord. pbr.tus 24 Mart. 1702, lect. theol., abb. S. Chrysogoni Iadren. (P. Dat. 1723 f. 117 ss.); consecr. Romae a Francisco card. Barberino 30 Nov. 1723 (Arch. Caer. 568 f. 199); tr. ad Brixien. 30 Iul. 1727.

[6]) Promovetur c. decr. ... erig. poenit., mont. piet. (AC 29 f. 46); nat. in civ. Bergomen. 22 Aug. 1667, prom. ad ord. pbr.tus 6 Aug. 1690, mag. theol. 14 Iul. 1703. iam inquisitor Venetiarum, Parmen. et Bononien. (P. Dat. 1727 f. 346 ss.); consecr. Romae a Sum. Pont. 7 Dec. 1727 (Arch. Caer. 591 p. 233); fit ep. solio Pontif. assist. 7 Dec. 1727 (S. Br. 2720 f. 456); tr. ad Parentin. 18 Iun. 1731 (AC 30 f. 147'); ob. in resid. 16 Dec. 1741 (P. Dat. 1742 f. 13').

Corduben.

[1]) A. 1675: Civ. Corduben. sita in prov. Andalusiae continet 8000 circ. focularioruin, sub dominio temporali regis cath.; eccl. cathedr. sub invocatione B.M.V. suffrag. metrop. Toletan.; in ea sunt 8 dign. et 19 can.tus; valor ann. fr. mens. epalis 40000 duc. illius mon.; in civ. sunt 10 circ. eccl. paroec., 20 circ. conventus virorum et monialium (P. Cons. 74 f. 662 ss.); taxa 1015 flor. (AM 42 f. 239').

[2]) Ob. 18 Maii 1675 (Gams 29).

[3]) Absolv. a vinc. Oveten., tr. c. decr. ... erig. theol., poenit., mont. piet., c. reserv. pens. 11462 duc. mon. pro pers. nominandis, non exced. ... 3am fr. (AC 22 f. 189); praesent. r. cath. 6 Aug. 1675 (P. Cons. 74 f. 163); ob. 19 Nov. 1685 (Gams 29).

[4]) Absolv. a vinc. Salamantin., praesent. r. cath., tr. c. ret. omnium, quae obtinet, c. decr. ... erig. mont. piet., c. reserv. pens. 10517 duc. mon. etc. ut supra (AC 23 f. 192); bulla prov. (S. Br. 1779 f. 279 ss.); ob. 15 Aug. 1706 (cf. S.R.E. card. III, 31).

[5]) Absolv. a vinc. Almerien., praesent. r. cath., tr. c. decr. ... erig. mont. piet., c. reserv. pens. usque ad sum. 5078 duc. auri de Camera et 3 iuliorum mon. Rom. etc. ut supra (AC 25 f. 187'); ob. 1 Ian. 1712 (Gams 29).

[6]) Absolv. a vinc. Illerden., tr. c. decr. ... prof. fidei, repar. cathedr. et dom. epalis, erig. mont. piet., c. reserv. pens. usque ad sum. 4925 duc. auri de Camera et 7 iuliorum mon. Rom. etc. ut supra (AC 26 f. 163'); praesent. r. cath. 18 Nov. 1713 (P. Dat. 1714 f. 11 ss.); ob. 14 Oct. 1716 (Gams 29).

[7]) Absolv. a vinc. Aurien., praesent. r. cath., tr. c. decr. ... repar. dom. epalis, erig. mont. piet., c. reserv. pens. usque ad sum. 4925 duc.

Corinthien(sis) *(Corinthus)* in Peloponneso Prima, metrop., tit.[1])

tr. Stephani Ugolini ad Constantinopolitan.	**Galeatius** Marescottus (Marescotti)[2])	27 Febr. 1668	AC 21 f. 189'
prom. Galeatii ad cardinalatum	**Franciscus** Martellus (Martelli)[3])	9 Sept. 1675	AC 22 f. 186'
tr. Francisci ad Hierosolymitan.	**Leonardus** Balsarini, ep. Chien.[4])	19 Dec. 1698	AC 24 f. 207'
ob. Leonardi	**Angelus Maria** Carlini, O.P.[5])	11 Dec. 1702	AC 25 f. 74'
ob. Angeli M.	**Mundillus** Ursinus (Orsini), Congr.Orat.[6])	26 Iun. 1724	AC 28 f. 95'
tr. Mundilli ad Melphien.	**Iosephus** Spinelli[7])	5 Sept. 1725	AC 28 f. 187

Corisopiten(sis) *(Quimper)* in Gallia[1])

ob. Francisci de Coëtlogon[2])	**Franciscus Hyacinthus** de Ploeuc[3])	11 Apr. 1707	AC 25 f. 189'

Cornetan(a) v. **Montis Falisci**

Coronen(sis) *(Coronea, Corone)* in partibus infidelium, tit.[1])

certo modo	**Casimirus** Damokos, O.F.M.Ref.[2])	16 Iun. 1668	S. Br.
ob. Marci A. Bottoni	**Matthias** Starck, fit suffrag. Moguntin.[3])	2 Iun. 1681	AC 23 f. 72

---

auri de Camera et 4 iuliorum mon. Rom. etc. ut supra (AC 27 f. 31'); ob. 28 Ian. 1731 (Gams 29).

Corinthien.

[1]) Eccl. metrop. Corinthien. sita est in Peloponneso Prima (Index Sed. tit. n. 19). In consist. secreto 19 Dec. 1698 sedes archiepalis Corinthien. tr. in oppidum Nauplien., quod c. toto suo territorio separatur et dismembratur a quacumque alia dioec., et unitur et assignatur eidem eccl. et dioec. Corinthien., ita ut archiep.[1] in praedicto oppido residentes archiep.[1] Corinthien. denominentur (AC 24 f. 208). In eodem consist., attenta donatione 3000 duc. mon. illarum partium dictae eccl. a republica Veneta facta, taxata fuit ad 286 $^2/_3$ flor. (l. c. f. 210).

[2]) Promovetur c. ret. compat. et praesidentatus Cam. Apost. (AC 21 f. 189'); bulla prov. (S. Br. 1441 f. 480 ss.); nat. in loco de Vignanello dioec. Civitatis Castellan., aet. 42 an. circ., charactere cler. insign. et prom. ad ord. min. 6 Iul. 1653, subdiac.tus, diac.tus ac pbr.tus 8, 10, 29 Sept. 1662, doct. iur. utr., ref. utr. sign., iam gub. Asculan., prot. apost., inquisitor Meliten., assessor S. Officii Romae (P. Dat. 1668 f. 49 ss.); fit ep. solio Pontif. assist. 4 Mart. 1668 (S. Br. 1403 f. 23); fit nunt. apud regem Poloniae 10 Mart. 1668 (S. Br. 1399 f. 82 ss.), apud regem cath. 13 Aug. 1670 (S. Br. 1454 f. 142 ss.); creatur card. 27 Maii 1675 (cf. S.R.E. card. II, 17).

[3]) Promovetur c. disp. ... pbr., c. ret. compat. et offic. Cur. Rom. (AC 22 f. 186'); bulla prov. (S. Br. 1594 f. 7 ss.); nat. in civ. Florentin., aet. 42 an. civ., prom. ad ord. subdiac.tus, diac.tus ac pbr.tus 25 Aug., 1, 8 Sept. 1675, doct. iur. utr. Pisan., ref. utr. sign., iam gub. Faventin. et Spoletan., viceleg. Ferrarien. (P. Dat. 1675 f. 317 ss.); fit ep. solio Pontif. assist. 20 Sept. 1675 (S. Br. 1563 f. 32): eadem die deput. nunt. apud regem Poloniae (S. Br. 1561 f. 7 ss.); 27 Iul. 1691 fit secr. S. Consultae (S. Br. 1823 f. 35); tr. ad Hierosolymitan. 21 Iul. 1698.

[4]) Absolv. a vinc. Chien., praesent. a republica Venetiarum, tr. c. decr. ... vac. omnia benef., quae obtinet, suspenso effectu vacationis usque ad sui obitum, instr. supellect., erig. theol., poenit., mont. piet. (AC 24 f. 207'); conc. pallium 18 Maii 1699 (l. c. f. 222'); bulla prov. (S. Br. 2055 f. 141 ss.); deput. admin. Milen. 18 Sept. 1699 (S. Br. 2017 f. 1); ob. circa finem a. 1699 (P. Cons. 96 f. 156').

[5]) Promovetur c. decr. ... instit. theol., poenit., sem., erig. mont. piet. (AC 25 f. 74'); conc. pallium 17 Sept. 1703 (l. c. f. 98); nat. Venetiis 11 Nov. 1658, prom. ad ord. subdiac.tus 21 Dec. 1680, diac.tus 20 Dec. 1681, pbr.tus 15 Nov. 1682, fit vic. gen. S. Officii in regno Moreae 8 Nov. 1694, mag. theol. 26 Nov. 1702 (P. Cons. 96 f. 148 ss.).

[6]) Promovetur c. disp. ... gradus, c. ret. omnium, quae obtinet (AC 28 f. 95'); bulla prov. (S. Br. 2744 f. 57 ss.); nat. in loco Solofrae dioec. Salernitan., bapt. 22 Iul. 1690, prom. ad ord. pbr.tus 24 Iun. 1713, nepos S.tis S. ex fratre (P. Dat. 1724 f. 117 ss.); consecr. Romae a Sum. Pont. 23 Iul. 1724 (Arch. Caer. 573 p. 66); 23 Sept. 1724 ei conc. privil. ep.orum solio Pontif. assist. (S. Br. 2709 f. 9); tr. ad Melphien. et Rapollen. 20 Nov. 1724.

[7]) Promovetur c. ret. omnium, quae obtinet, c. decr. ... prof. fidei (AC 28 f. 187); bulla prov. (S. Br. 2745 f. 510 ss.); nat. in civ. Neapolitan. 1 Febr. 1694, charactere cler. insign. 30 Sept. 1713, prom. ad ord. min. et subdiac.tus 14, 15 Iun. 1721, diac.tus 8 Mart. 1722, pbr.tus 17 Apr. 1724, doct. iur. utr. Sapientiae Rom. 11 Sept. 1717, cubic. honoris Clementis PP. XI (P. Dat. 1725 f. 197 ss.); fit internuntius in Belgio 24 Maii 1721 (S. Br. 2553 f. 339), nunt. in Belgio 6 Sept. 1725 (S. Br. 2647 f. 25 ss.); fit ep. solio Pontif. assist. 16 Iul. 1731 (S. Br. 2843 f. 317); tr. ad Neapolitan. 15 Dec. 1734 (AC 31 f. 38); creatur card. 17 Ian. 1735 (l. c. f. 47'); dim. Neapolitan. 8 Febr. 1754 (P. Dat. 1754 f. 31 ss.); ob. Romae 12 Apr. 1763 (AC 35 f. 430').

Corisopiten.

[1]) A. 1707: Civ. Corisopiten. sita in prov. Britanniae Minoris inhabitatur a 10000 christifidelium,, sub dominio temporali regis Xmi; eccl. cathedr. sub invocatione S. Corentini suffrag. metrop. Turonen.; in ea sunt 2 dign. et 16 can.tus; valor ann. fr. mens. epalis 10000 libr. Turonen.; in civ. sunt 5 eccl. paroec., 3 conventus virorum et 6 mon. monialium; dioec. amplectitur 180 parochias (P. Cons. 100 f. 194 s.); taxa 1000 flor. ((AC 25 f. 189').

[2]) Ob. 6 Nov. 1706 (P. Cons. 100 f. 195).

[3]) Promovetur eique iniungitur ... extens. regaliae, c. decr. ... repar. dom. epalis, instit. poenit., erig. mont. piet. (AC 25 f. 189'); nat. in castello de Landudec dioec. Corisopiten. 16 Apr. 1661, pbr., lic. iur. can., vic. gen. Trecoren. (P. Cons. 100 f. 187 ss.); nomin. r. Xmo 24 Dec. 1706 (l. c. f. 188); ob. 18 Ian. 1739 (P. Cons. 125 f. 192), al. 6 Ian. 1739 (Gallia Christ. XIV, 890).

Coronen.

[1]) Duae habentur eccl. Coronen., una in Hellade Prima sub metrop. Athenarum, altera in Peloponneso Secunda sub metrop. Patren. (Index Sed. tit. nn. 31, 46).

[2]) Promovetur ad Coronen. (S. Br. 1404 f. 102); 18 Iun. 1668 deput. vic. apost. Albae Iuliae (l. c. f. 104); 19 Dec. 1672 deput. visit. apost. prov. Moldaviae (S. Br. 1505 f. 79 ss.); cf. Transilvanien.

[3]) Promovetur ad Coronen. et deput. suffrag. Moguntin. ad pontif., c. assign. congruae 300 duc. auri de Camera super fructibus

Cortonen(sis) *(Cortona)* in Italia media [1])

ob. Philippi Galilei [2])	**Nicolaus** Oliva, O.E.S.Aug.[3])	22 Nov. 1677	AC 22 f. 246
ob. Nicolai	**Petrus Aloysius** Malaspina, O.Theat.[4])	2 Oct. 1684	AC 23 f. 151'
tr. Petri A. ad Massan.	**Iosephus** Cei, Congr.Orat.[5])	28 Nov. 1695	AC 24 f. 129'
ob. Iosephi	**Sebastianus** Zucchetti [6])	27 Apr. 1705	AC 25 f. 138
ob. Sebastiani	**Petrus Ioannes Bapt.** Puccini [7])	13 Ian. 1716	AC 26 f. 234
ob. Petri I. B.	**Aloysius** Gherardi [8])	9 Dec. 1726	AC 28 f. 278'

Cotronen(sis) *(Cotrone,* hodie *Crotone)* in Italia inferiore [1])

ob. Hieronymi Carafa [2])	**Marcus** de Rama, O.E.S.Aug.[3])	22 Maii 1690	AC 23 f. 269'
ob. Marci	**Michael** Guardia [4])	4 Febr. 1715	AC 26 f. 208'
ob. Michaelis	**Anselmus** de la Peña, O.S.B.[5])	2 Oct. 1719	AC 27 f. 129
tr. Anselmi ad Agrigentin.	**Caietanus** da Costa, O.F.M.Ref.[6])	22 Nov. 1723	AC 28 f. 49'

---

mensae archiepalis Moguntin., c. decr. ... prof. fidei ante cons. (AC 23 f. 72); bulla prov. (S. Br. 1773 f. 341 ss.); nat. in loco Lotstetten nunc. dioec. Constantien., bapt. 10 Dec. 1628, charactere cler. insign. et prom. ad ord. min. 8 Mart. 1653, subdiac.^{tus} 19 Sept. 1654, diac.^{tus} ac pbr.^{tus} 13, 19 Mart. 1655, doct. theol. univ. Moguntin. 6 Maii 1669, fit decan. eccl. S. Bartholomaei Francofurti m. Febr. 1672 (P. Cons. 80 f. 549 ss.); 30 Iun. 1681 ei conc. ind. ... cons. ep. et 2 abb. (S. Br. 1659 f. 79); dim. suffraganeatum 27 Mart. 1702 (A. Cons. 1703 f. 48'); ob. 8 Febr. 1708 (Falk, Fr., Die Mainzer Weihbischöfe: Archivalische Zeitschrift. Neue Folge 3, 1892, 296).

Cortonen.

[1]) A. 1677: Civ. Cortonen. sita in prov. Hetruriae inhabitatur a 4000 circ. incolarum, sub dominio temporali magni ducis; eccl. cathedr. sub invocatione Assumptionis B.M.V. et S. Vincentii immed. subi. S. Sedi; in ea sunt 4 dign. et 12 can.^{tus}; valor ann. fr. mens. epalis 1160 scut. mon.; in civ. sunt 6 conventus virorum et 7 mon. monialium (P. Cons. 76 f. 249 s.); taxa 433 1/3 flor. (AM 43 f. 90).

[2]) Ob. in resid. m. Ian. 1677 (P. Cons. 76 f. 249).

[3]) Promovetur ad Cortonen. (AC 22 f. 246); nat. in civ. Praten., aet. 60 an. circ., mag. theol., iam provincialis prov. Senen., proc. et vic. gen., ad praesens prior gen. suae religionis (P. Cons. 76 f. 244 ss.); consecr. Romae a Palutio card. Alterio 30 Nov. 1677 (Vat. Lat. 12340 f. 61); ob. circ. m. Mart. 1684 (P. Cons. 83 f. 154).

[4]) Promovetur ad Cortonen. (AC 23 f. 151'); nat. in civ. Florentin., aet. 47 an. circ., prof. relig. emisit 17 Maii 1654, prof. phil. et theol., iam praep. in diversis conventibus (P. Dat. 1684 f. 109 ss.); consecr. Romae ab Alexandro card. Crescentio 8 Oct. 1684 (Vat. Lat. 12340 f. 222); tr. ad Massan. 2 Maii 1695.

[5]) Promovetur c. reserv. pens. 50 scut. mon. pro pers. nominanda (AC 24 f. 129'); nat. Liburni, aet. 55 an. circ., doct. iur. utr. univ. Pisan., iam praef. in diversis oratoriis (P. Cons. 89 f. 177 ss.); consecr. Romae a Bandino card. Panciatico 30 Nov. 1695 (Arch. Caer. 541 f. 192'); ob. in resid. m. Mart. 1704 (P. Dat. 1705 f. 31').

[6]) Promovetur c. decr. ... vac. praepositura colleg. S. Andreae loci Emporii Florentin. dioec., ceteraque benef., quae obtinet, suspenso effectu vacationis respectu compat. usque ad sui obitum (AC 25 f. 138); nat. in civ. Pisan., bapt. 17 Iul. 1643, prom. ad ord. pbr.^{tus} 5 Mart. 1667, doct. iur. utr. Pisan. 8 Ian. 1667, iam can. cathedr. et lect. iur. can. univ. Pisan. (P. Dat. 1705 f. 30 ss.); ob. in resid. m. Sept. 1714 (P. Dat. 1715 f. 138').

[7]) Promovetur c. decr. ... vac. omnia benef. etc. ut supra (AC 26 f. 234); nat. in loco de Castro S. Ioannis Fesulan. dioec., bapt. 21 Dec. 1656, prom. ad ord. pbr.^{tus} 28 Sept. 1681, doct. iur. utr. Pisan. 29 Ian. 1678, iam civ. gen. et capitularis Piscien. nullius dioec. prov. Florentin., ad praesens vic. gen. Aretin. et prot. apost. (P. Dat. 1715 f. 137 ss.); consecr. Romae ab Antonio F. card. Zondadario 26 Ian. 1716 (Arch. Caer. 566 f. 5); ob. in resid. m. Iun. 1726 (P. Dat. 1726 f. 179').

[8]) Promovetur c. decr. ... vac. can.^{tus} et praeb. Burgi S. Sepulchri (AC 28 f. 278'); nat. in civ. Burgi S. Sepulchri, bapt. 13 Iul. 1686, prom. ad ord. pbr.^{tus} 21 Mart. 1721, doct. iur. utr. Urbinaten. 6 Dec. 1707 (P. Dat. 1726 f. 177 ss.); consecr. Romae a Laurentio card. Corsino 26 Dec. 1726 (Arch. Caer. 573 p. 639); fit ep. solio Pontif. assist. 31 Mart. 1738 (S. Br. 2922 f. 26); ob. in resid. 5 Apr. 1754 (P. Dat. 1755 f. 92').

Cotronen.

[1]) A. 1690: Civ. Cotronen. sita in prov. Calabriae ulterioris inhabitatur a 5000 circ. incolarum, sub dominio temporali regis cath.; eccl. cathedr. sub invocatione Assumptionis B.M.V. suffrag. metrop. Reginen.; in ea sunt 6 dign. et 18 can.^{tus}; valor ann. fr. mens. epalis 1000 duc. illius mon.; in civ. sunt 5 eccl. paroec., 4 conventus virorum et 1 mon. monialium; dioec. amplectitur unum tantum locum (P. Dat. 1690 f. 179' s.); taxa (a. 1715) 50 flor. (AC 26 f. 208').

[2]) Ob. in resid. m. Oct. 1683 (P. Dat. 1690 f. 181).

[3]) Promovetur c. decr. ... erig. sem. (AC 23 f. 269'); nat. in loco de Alcalá de Henares dioec. Toletan., aet. 40 an. circ., cathedraticus phil. univ. Neapolitan. (P. Dat. 1690 f. 179 ss.); nomin. r. cath. 13 Febr. 1690 (Ep. Reg. I n. 79); consecr. Romae a Fabritio card. Spada 4 Iun. 1690 (Arch. Caer. 560 fasc. E f. 25'); ob. in resid. m. Aug. 1709 (P. Dat. 1715 f. 17).

[4]) Promovetur c. decr. ... vac. omnia benef., quae obtinet, suspenso effectu vacationis respectu compat. usque ad sui obitum, c. reserv. pens. usque ad sum. 200 duc. mon. illarum partium pro pers. nominandis, non exced. ... 3^{am} fr. (AC 26 f. 208'); nat. in civ. Neapolitan. 20 Iun. 1666, charactere cler. insign. 20 Dec. 1687, prom. ad ord. min. 3 Apr., 12 Iun. 1688, subdiac.^{tus} ac diac.^{tus} 18, 19 Sept. 1688, pbr.^{tus} 28 Oct. 1689, doct. iur. utr. Sapientiae Rom., parochus cathedr., examinator synodalis et eleemos. Neapolitan. (P. Dat. 1715 f. 13 ss.); nomin. r. cath. 9 Dec. 1713 (l. c.); consecr. Romae ab Antonio M. archiep. Acheruntin. et Materanen. 10 Febr. 1715 (Arch. Caer. 565 f. 17'); ob. in resid. m. Oct. 1718 (P. Dat. 1719 f. 111').

[5]) Promovetur ad Cotronen. (AC 27 f. 129); nat. in loco de Ribadavia dioec. Aurien., aet. 64 an. circ., mag. theol., iam definitor et cons. suae religionis, abb. S. Martini in civ. Madrid nunc. (P. Dat. 1719 f. 109 ss.); cons. Romae a Francisco card. Iudice 15 Oct. 1719 (Arch. Caer. 571 p. 251); tr. ad Agrigentin. 27 Sept. 1723.

[6]) Nomin. caes. maiest. uti r. Neapolis, prom. c. decr. ... repar. dom. epalis, c. reserv. pens. 500 duc. mon. illarum partium pro pers. nominandis, non exced. ... 3^{am} fr. (AC 28 f. 49'); nat. in civ. Portugallen., bapt. 13 Febr. 1681, prom. ad ord. pbr.^{tus} 19 Mart. 1707, lect. artium 19 Iul. 1709, iam missionarius Constantinopolitan. (P. Dat. 1723 f. 107 ss.); consecr. Romae ab Antonio F. card. Zondadario 30 Nov. 1723 (Arch. Caer. 568 f. 199); ob. in resid. 26 Ian. 1753 (P. Dat. 1753 f. 76'). In religione « Caietanus a Portu » vocatur.

Cracovien(sis) *(Kraków, Krakau)* in Polonia [1])

ob. Andreae Trzebicki [2])	**Ioannes** Małachowski, ep. Culmen.[3])	12 Maii 1681	AC 23 f. 69'
ob. Ioannis	**Stanislaus** Dąmbski, ep. Vladislavien.[4])	30 Mart. 1700	AC 25 f. 5
ob. Stanislai	**Georgius Albertus** Dönhoff, ep. Premislien.[5])	9 Maii 1701	AC 25 f. 34
ob. Georgii A.	**Casimirus** Łubieński, ep. Chelmen.[6])	7 Maii 1710	AC 26 f. 16'
ob. Casimiri	**Constantinus Felicianus** Szaniawski, ep. Vladislavien.[7])	3 Iul. 1720	AC 27 f. 177

Cranganoren(sis) *(Cranganore)* seu Angamalen(sis) *(Angamala)* in Indiis orientalibus, metrop.[1])

certo modo	**Hieronymus** de São Tiago, O.S.B.[2])	8 Ian. 1689	S. Br.
ob. Francisci Garcia Mendes	**Didacus** Álvares [3])	19 Apr. 1694	AC 24 f. 86'
dim. Didaci	**Ioannes** Ribeiro, S.I.[4])	5 Dec. 1701	AC 25 f. 52'
ob. Ioannis	**Antonius** Pimentel, S.I.[5])	20 Ian. 1721	AC 27 f. 205'

Cremen(sis) *(Crema)* in Italia superiore [1])

ob. Alberti Badoër [2])	**Marcus Antonius** Zollio [3])	18 Iul. 1678	AC 22 f. 265'
ob. Marci A.	**Faustinus** Griffoni [4])	25 Sept. 1702	AC 25 f. 70'

Cremonen(sis) *(Cremona)* in Italia superiore [1])

cess. Francisci Visconti	**Petrus** Isimbardi, O.Carm.[2])	6 Oct. 1670	AC 22 f. 48'

Cracovien.

[1]) A. 1681: Civ. Cracovien. inhabitatur a 4000 circ. incolarum, sub dominio temporali regis Poloniae; eccl. cathedr., olim sub invocatione S. Venceslai, nunc S. Stanislai, suffrag. metrop. Gnesnen.; in ea sunt 6 dign. et 30 can.tus; valor ann. fr. mens. epalis 50000 flor. mon. Polon.; in civ. sunt 10 conventus virorum et 4 mon. monialium; dioec. amplectitur 3 palatinatus, nempe Cracovien., Sendomirien., Lublinen. (P. Cons. 80 f. 311 ss.); taxa 3040 flor. (AM 43 f. 165').

[2]) Ob. 28 Dec. 1680 (P. Cons. 80 f. 312).

[3]) Absolv. a vinc. Culmen., supplic. r. Polon., tr. c. ret. compat. (AC 23 f. 69'); ob. 20 Aug. 1699 (P. Cons. 97 f. 156).

[4]) Absolv. a vinc. Vladislavien., supplic. r. Polon., tr. c. ret. compat., c. decr. ... repar. cathedr., erig. mont. piet. (AC 25 f. 5); ob. 15 Dec. 1700 (Gams 350).

[5]) Absolv. a vinc. Premislien., supplic. r. Polon., tr. ad Cracovien. (AC 25 f. 34); ob. a. 1702 (Gams 350).

[6]) Absolv. a vinc. Chelmen., supplic. r. Polon., tr. c. decr. ... vac. can.tus et praeb. Cracovien. necnon paroec. eccl. Petrovinen. et cantoria seu custodia colleg. Vislicien. dioec. Cracovien, c. ret. aliorum compat., si quae obtinet (AC 26 f. 16'); ob. 2 Maii 1719 (Gams 350).

[7]) Absolv. a vinc. Vladislavien., supplic. r. Polon., tr. ad Cracovien. (AC 27 f. 177); ob. 2 Iul. 1732 (P. Cons. 118 f. 144').

Cranganoren.

[1]) A. 1685: Civ. Cranganoren. sita est in Indiis orientalibus, olim sub dominio temporali Lusitanorum, nunc vero Hollandorum; eccl. metrop. nunc destructa est; eccl. habet nullos reditus praeter eos, quos rex Lusitaniae dat archiep.o pro eius congrua sustentatione; dioec. est amplissima, quia amplectitur omnia regna orae Malabaricae (P. Cons. 85 f. 577 ss.); taxa (a. 1701) $33\,^1/_3$ flor. (AC 25 f. 52').

[2]) Promovetur c. ind. suscipiendi munus consecr.is ab uno ep., quem maluerit, c. assist. aliorum 2 ep., iuxta decr. S. Congr. Prop. 23 Dec. 1688 emanatum et a S. S. 24 Dec. approbatum (S. Br. 1751 f. 313' ss.); praesent. r. Portug. 7 Sept. 1685 (l. c. f. 326); nat. in dioec. Portugallen., aet. 40 an. [a. 1685], doct. theol. et lect. univ. Colimbrien., iam prior in diversis mon. congr.is Portugalliae (P. Cons. 85 f. 567 ss.). 2 Sept. 1688 iam renuntiavit in manibus regis Portugalliae omni iuri ad dictam eccl. competenti (A. Cons. 1692 f. 316); ob. 15 Aug. 1720 (Almeida 956).

[3]) Promovetur ad Cranganoren. (AC 24 f. 86'); conc. pallium 17 Maii 1694 (l. c. f. 89'); nat. in civ. Ulixbonen., bapt. 26 Iul. 1654, pbr., doct. theol. univ. Colimbrien., frater Congr. S. Ioannis Evang. (P. Dat. 1694 f. 67 ss.); praesent. r. Portug. 15 Dec. 1693 (l. c.); dim. 30 Dec. 1697 (A. Cons. 1698 f. 297); c. decr. S. Congr. Consist. 19 Dec. 1713 deput. ad suffraganeatum Elboren. (A. Cons. 1713 f. 412), sed ob. ante expeditionem Bullarum (A. Cons. 1714 f. 154). In religione vocatur « Didacus ab Annuntiatione ».

[4]) Promovetur c. ind. ... cons. ep. et 2 dign., c. decr. ... prof. fidei (AC 25 f. 52'); conc. pallium in eodem consist. (l. c. f. 53); nat. in civ. Ulixbonen., aet. 44 an. circ., rect. coll. Orae Piscariae in Indiis orientalibus (P. Cons. 94 f. 387 ss.); 4 Dec. 1701 ei conc. disp. super quocumque voto de non acceptanda dign. (S. Br. 2086 f. 41); ob. 24 Ian. 1716 (Almeida 957).

[5]) Promovetur c. disp. ... gradus, c. ind. ... cons. ep. et 2 dign., c. decr. ... prof. fidei (AC 27 f. 205'); conc. pallium in eodem consist. (l. c. f. 208'); praesent. r. Portug. 13 Maii 1720 (Ep. Reg. II n. 64); ob. 6 Mart. 1752 (Gams 117).

Cremen.

[1]) A. 1702: Civ. Cremen. sita in prov. Lombardiae inhabitatur a 6000 circ. incolarum, sub dominio temporali reipublicae Venetae; eccl. cathedr. sub invocatione Assumptionis B.M.V. suffrag. metrop. Bononien.; in ea sunt 2 dign. et 15 can.tus; valor ann. fr. mens. epalis 1400 circ. scut. mon. Rom.; in civ. sunt 4 eccl. paroec., 11 conventus virorum et 4 mon. monialium; dioec. amplectitur 46 circ. loca (P. Cons. 95 f. 110' ss.); taxa 300 flor. (AC 25 f. 70').

[2]) Ob. 28 Sept. 1677 (Gams 789).

[3]) Promovetur c. decr. ... vac. omnia benef. suspenso effectu vacationis respectu 4 simplicium in dioec. Beneventan. et Bergomen. usque ad sui obitum, c. ret. pens., quas percipit (AC 22 f. 265); bulla prov. (S. Br. 1775 f. 352 ss.); nat. in civ. Bergomen., aet. 45 an. circ., pbr., doct. iur. utr. univ. Papien. (P. Cons. 77 f. 228 ss.); consecr. Romae a Gregorio card. Barbadico 21 Aug. 1678 (Vat. Lat. 12341 f. 167'); ob. 20 Apr. 1702 (Gams 789).

[4]) Promovetur c. reserv. pens. 60 scut. mon. Rom. pro pers. nominanda (AC 25 f. 70'); nat. in civ. Cremen. 23 Mart. 1669, prom. ad ord. pbr.tus 1 Maii 1697, doct. iur. utr. Papien. 22 Nov. 1696, iam vic. gen. et examinator synodalis Cremen., ad praesens can. et vic. capitularis eiusdem eccl. (P. Dat. 1702 f. 33 ss.); ob. 2 Maii 1730 (Gams 789).

Cremonen.

[1]) A. 1675: Civ. Cremonen. sita in prov. Lombardiae inhabitatur a 24000 circ. incolarum, sub dominio temporali regis cath.; eccl. cathedr. sub invocatione Assumptionis B.M.V. suffrag. metrop. Mediolanen.; in ea sunt 8 dign. et 25 can.tus; valor ann. fr. mens. epalis 5500 scut. mon.; in civ. sunt 20 conventus virorum et 16 mon. monialium; dioec. amplectitur 120 circ. loca (P. Cons. 75 f. 145 ss.); taxa (a. 1676) 500 flor. (AM 42 f. 246').

[2]) Promovetur c. reserv. pens. 1400 scut. pro pers. nominandis

ob. Petri	**Augustinus** Isimbardi, O.S.B.[3])	24 Febr. 1676	AC 22 f. 195'
ob. Augustini	**Ludovicus** Septala (Settala)[4])	4 Maii 1682	AC 23 f. 102'
ob. Ludovici	**Alexander** Croce[5])	2 Dec. 1697	AC 24 f. 183'
ob. Alexandri	**Carolus Octavianus** Guaschus (Guasco), ep. Alexandrin.[6])	17 Nov. 1704	AC 25 f. 125'
ob. Caroli O.	**Alexander Maria** Litta[7])	10 Ian. 1718	AC 27 f. 47

Croën(sis) seu **Croiaten(sis)** *(Croae)* in Epiro Nova, tit.[1])

ob. Ioannis de Vaulx[2])	**Isidorus** Aparicio y Gilart, fit suffrag. Valentin.[3])	25 Ian. 1694	AC 24 f. 80'

S. Crucis de Sierra *(Santa Cruz de la Sierra)* in America meridionali (Bolivia)[1])

ob. Bernardini de Cárdenas	**Ioannes** Isturrizaga, O.P.[2])	16 Maii 1672	AC 22 f. 120'
ob. Ioannis	**Petrus** de Cárdenas y Arbieto[3])	13 Maii 1680	AC 23 f. 42'
ob. Petri	**Ioannes** de los Ríos[4])	28 Apr. 1687	AC 23 f. 199
ob. Ioannis	**Franciscus** de Padilla, ep. de Porto Rico[5])	1 Iun. 1699	AC 24 f. 225'
ob. Francisci	**Petrus** Vásquez de Velasco[6])	22 Febr. 1706	AC 25 f. 153'
ob. Petri	**Iacobus** de Mimbela, O.P.[7])	26 Febr. 1714	AC 26 f. 169
tr. Iacobi ad de Truxillo	**Ioannes** Cavero[8])	15 Apr. 1720	AC 27 f. 164

(AC 22 f. 48'); nat. in civ. Papien., aet. 40 an. circ., mag. theol., lect. metaphysicae in Sapientia Rom., ad praesens prior conventus S. Mariae Transpontinae in Urbe (P. Dat. 1670 f. 363 ss.); consecr. Romae a Benedicto card. Odescalcho 19 Oct. 1670 (Vat. Lat. 12339 f. 32); ob. 27 Sept. 1675 (P. Cons. 75 f. 148).

³) Congr. Cassinen., promovetur ad Cremonen. (AC 22 f. 195'); nat. in civ. Papien., aet. 47 an. circ., abb. (P. Cons. 75 f. 143 ss.); consecr. Romae a Bernardino card. Roccio 1 Mart. 1676 (Arch. Caer. 475 f. 57); ob. 2 Iun. 1681 (Gams 790).

⁴) Promovetur c. ret. pens., quas percipit, c. decr. ... vac. archipbr.tus Mediolanen. et omnia alia benef., suspenso effectu vacationis respectu compat. usque ad sui obitum, c. reserv. pens. 500 scut. mon. Rom. salvis antiquis pro pers. nominandis (AC 23 f. 102'); nat. in civ. Mediolanen. 1 Apr. 1626, prom. ad ord. pbr.tus 21 Sept. 1658, doct. iur. utr. Sapientiae Rom., iam vic. gen. et capitularis Mediolanen. et vic. gen. Dertonen. (P. Dat. 1682 f. 35 ss.); consecr. Romae a Carolo card. Pio 10 Maii 1682 (Vat. Lat. 12340 f. 160); ob. in civ. Mediolanen. (P. Cons. 91 f. 111') 31 Maii 1697 (Gams 790).

⁵) Promovetur c. decr. ... vac. omnia benef. etc. ut supra (AC 24 f. 183'); nat. in civ. Mediolanen. 3 Iul. 1650, prom. ad ord. pbr.tus 19 Sept. 1676, doct. iur. utr. Patavin., iam can. et vic. capitularis Mediolanen. et vic. apost. Comen. (P. Dat. 1697 f. 149 ss.); consecr. Romae a Balthasare card. Cincio 8 Dec. 1697 (Arch. Caer. 541 f. 312'); ob. 23 Sept. 1704 (Gams 790).

⁶) Absolv. a vinc. Alexandrin., tr. c. decr. ... prof. fidei, vac. omnia benef. etc. ut supra (AC 25 f. 125'); ob. 21 Nov. 1717 (Gams 790).

⁷) Promovetur c. decr. ... vac. omnia benef. etc. ut supra, c. reserv. pens. usque ad sum. 800 scut. mon. Rom. salvis antiquis pro pers. nominandis (AC 27 f. 47); nat. in civ. Mediolanen. 5 Ian. 1671, prom. ad ord. pbr.tus 22 Sept. 1714, doct. iur. utr. Papien. 13 Sept. 1698 (P. Dat. 1718 f. 23 ss.); consecr. Romae a Ferdinando card. de Abdua 23 Ian. 1718 (Arch. Caer. 571 p. 35); fit ep. solio Pontif. assist. 2 Mart. 1718 (S. Br. 2454 f. 6); dim. 12 Sept. 1749 (P. Dat. 1749 f. 101 ss.); promovetur ad Naupacten. 22 Sept. 1749 (AC 33 f. 274'); ob. 4 Mart. 1754 (Gams 790).

Croën.

¹) Eccl. Croën. sita est in Epiro Nova sub metrop. Dyrrachien. (Index Sed. tit. n. 103).

²) Cf. Hierarchia III², 181.

³) Promovetur ad Croiaten. et deput. suffrag. Valentin. ad pontif., c. ret. compat., c. assign. congruae 600 duc. mon. illarum partium super fructibus eccl. Valentin. (AC 24 f. 80'); bulla prov. (S. Br. 2050 f. 27 ss.); nat. in loco de Benifaraig prope civ. Valentin., aet. 57 an. circ., pbr., doct. iur. utr. univ. Valentin. (A. Cons. 1693 f. 539 ss.); ob. 1 Ian. 1711 (España Sagrada 51, 313).

S. Crucis de Sierra

¹) A. 1686: Civ. S. Laurentii de la Barranca sita in prov. S. Crucis de la Sierra, unde pariter nomen habet, inhabitatur a 500 circ. Hispanis absque indigenis, sub dominio temporali regis cath.; eccl. cathedr. sub invocatione S. Laurentii suffrag. metrop. de Plata; in ea sunt 2 dign.; valor ann. fr. mens. epalis 8000 circ. ponderum (P. Cons. 84 f. 426' s.); taxa (a. 1687) 33 1/3 flor. (AM 43 f. 269').

²) Promovetur c. ind. ... cons. ep. et 2 dign., c. decr. ... prof. fidei et iuram. fidel. ante cons., erig. theol., poenit., sem., mont. piet. (AC 22 f. 120'); nat. in civ. Cuschen., aet. 60 an. circ., mag. theol. (P. Cons. 71 f. 293 ss.); praesent. r. cath. 2 Apr. 1672 (l. c. f. 300).

³) Promovetur c. ind. ... cons. ep. et 2 dign., c. decr. ... prof. fidei ante cons., erig. etc. ut supra (AC 23 f. 42'); nat. in civ. Liman., aet. 40 an. et ultra, pbr., doct. phil. et theol., can. Liman. (P. Cons. 79 f. 154 ss.); praesent. r. cath. 23 Febr. 1680 (l. c. f. 160); ob. circa initium a. 1684 (P. Cons. 84 f. 427).

⁴) Praesent. r. cath., promovetur c. ind. ... cons. ep. et 2 dign., c. decr. ... prof. fidei, repar. dom. epalis, erig. etc. ut supra (AC 23 f. 199); nat. in civ. Liman., aet. 55 an. circ., mag. theol. (P. Cons. 84 f. 425 ss).

⁵) Absolv. a vinc. de Porto Rico, praesent. r. cath., tr. c. decr. ... prof. fidei et iuram. fidel., repar., erig. etc. ut supra (AC 24 f. 225').

⁶) Praesent. r. cath., promovetur c. ind. ... cons. ep. et 2 dign., c. decr. ... vac. archidiac.tus de Plata, prof. fidei, erig. theol., poenit., mont. piet. (AC 25 f. 153'); nat. in civ. Liman., aet. 48 an. circ., pbr., doct. phil. et theol. (P. Cons. 99 f. 200 ss.).

⁷) Praesent. r. cath., promovetur c. ind. ... cons. ep. et 2 dign., c. decr. ... prof. fidei, erig. etc. ut supra (AC 26 f. 169); nat. in loco de Fraga dioec. Illerden., bapt. 20 Apr. 1666, prof. relig. emisit a. 1682, pbr. a. 1690, mag. theol. (P. Cons. 103 f. 238 ss.); tr. ad de Truxillo 20 Mart. 1720.

⁸) Pbr. de Truxillo, doct. theol., praesent. r. cath., promovetur c. ind. ... cons. ep. et 2 dign., c. decr. ... prof. fidei, constr. dom. epalis, erig. theol. et poenit., sem., mont. piet. (AC 27 f. 164); tr. ad de Arequipa 11 Iun. 1725.

tr. Ioannis ad de Arequipa	**Ioannes** de Moncada Hurtado de Figueroa [9])	11 Iun. 1725	AC 28 f. 172
ob. Ioannis	**Michael Bernardinus** de la Fuente y Rojas [10])	24 Apr. 1728	AC 29 f. 89'

Csanadien(sis) *(Csanád)* in Hungaria [1])

ob. Hyacinthi Macripodarii	**Ferdinandus** Pállfy ab Erdöd [2])	27 Febr. 1673	AC 22 f. 139'
tr. Ferdinandi ad Agrien.	**Ioannes** Kéry, O.S.Pauli [3])	5 Dec. 1678	AC 22 f. 272
tr. Ioannis ad Vacien.	**Georgius** Fenessy [4])	1 Oct. 1685	AC 23 f. 173
tr. Georgii ad Agrien.	**Michael** Dvornikovich [5])	24 Nov. 1687	AC 23 f. 212'
tr. Michaelis ad Vacien.	**Stephanus** Telekesy [6])	13 Aug. 1696	AC 24 f. 153
tr. Stephani ad Agrien.	**Stephanus** Dolny [7])	25 Iun. 1703	AC 25 f. 95
ob. Stephani	**Ladislaus** Nádasdy, O.S.Pauli [8])	15 Dec. 1710	AC 26 f. 36

Cuba (de) v. **S. Iacobi de Cuba**

Cuiavien(sis) v. **Vladislavien(sis)**

Culmen(sis) *(Chełmno, Kulm)* in Polonia [1])

tr. Andreae Olszowski ad Gnesnen.	**Ioannes** Małachowski [2])	22 Iun. 1676	AC 22 f. 203'
tr. Ioannis ad Cracovien.	**Casimirus Ioannes** Opaliński, ep. Diocletianen.[3])	17 Nov. 1681	AC 23 f. 87

---

[9]) Praesent. r. cath., promovetur c. ind.... cons. ep. et 2 dign., c. decr.... vac. decanatus de Truxillo, prof. fidei, constr., erig. etc. ut supra (AC 28 f. 172); nat. in dioec. de Truxillo, bapt. 27 Dec. 1676, pbr., lic. iur. can. univ. Liman. (P. Cons. 111 f. 173 ss.); ob. circa finem a. 1725 (P. Cons. 114 f. 191).

[10]) Praesent. r. cath., promovetur c. decr.... vac. decanatus de Truxillo, erig. mont. piet. (AC 29 f. 89'); nat. in dioec. Liman., bapt. 10 Ian. 1682, pbr., doct. theol. univ. Liman. (P. Cons. 114 f. 286 ss.); 28 Apr. 1728 ei conc. ind. suscipiendi munus consecr.[is] in Hispania (S. Br. 2702 f. 126); tr. ad de Guamanga 7 Aug. 1741 (AC 32 f. 40); ob. circ. a. 1743 (P. Cons. 132 f. 325).

Csanadien.

[1]) A. 1687: In civ. Csanadien. pauci christifideles inveniuntur; eccl. cathedr. suffrag. metrop. Colocen. (P. Cons. 84 f. 103); taxa 900 flor. (AM 43 f. 280').

[2]) Promovetur c. disp.... gradus, c. decr.... prof. fidei ante cons. (AC 22 f. 139'); bulla prov. (S. Br. 1591 f. 467 ss.); nat. in civ. Viennen., aet. 50 an. circ., pbr., prof. theol., iam religiosus S.I.; nomin. caes. maiest. 19 Aug. 1672 (Vienna, Proc. n. 179); consecr. in loco Posomen. a Georgio archiep. Strigonien. 3 Maii 1673 (P. Cons. 77 f. 33'); tr. ad Agrien. 5 Sept. 1678.

[3]) Nomin. caes. maiest., promovetur ad Csanadien. (AC 22 f. 272); bulla prov. (S. Br. 1775 f. 526 ss.); nat. in dioec. Strigonien., mag. theol. 3 Sept. 1662, alumnus coll. Germanici Romae, iam gen. suae religionis (P. Cons. 78 f. 117 ss.); consecr. Tyrnaviae a Georgio archiep. Strigonien. 10 Mart. 1680 (P. Cons. 81 f. 647'); tr. ad Vacien. 8 Iun. 1682.

[4]) Promovetur c. disp.... gradus (AC 23 f. 173); bulla prov. (S. Br. 1772 f. 276 ss.); nat. in dioec. Iaurien, aet. 56 an. circ., pbr., vic. gen. Strigonien. (Vienna, Proc. n. 218); nomin. caes. maiest. 15 Apr. 1685 (l. c.); tr. ad Agrien. 12 Maii 1687.

[5]) Promovetur c. decr.... constr. cathedr. et dom. epalis, erig. theol., poenit., sem., mont. piet. (AC 23 f. 212'); bulla prov. (S. Br. 1771 f. 421 ss.); nat. in dioec. Iaurien., aet. 47 an. circ., pbr., doct. iur. utr. Bononien., iam archidiac. et can. Iaurien., ad praesens praep. infulatus (P. Cons. 84 f. 99 ss.); nomin. caes. maiest. 16 Dec. 1686 (Ep. Reg. I n. 1); tr. ad Vacien. 14 Nov. 1695.

[6]) Promovetur c. disp.... gradus, c. ret. can.[tus] et custodiae Iaurien. et compat. (AC 24 f. 153); bulla prov. (S. Br. 2052 f. 459 ss.); nat. in dioec. Iaurien., aet. 63 an., pbr., alumnus coll. Germanici de Urbe, abb. infulatus S. Aniani de Tihany (P. Cons. 90 f. 136 ss.); nomin. caes. maiest. 29 Dec. 1689 (l. c. f. 142'); tr. ad Agrien. 31 Iul. 1702.

[7]) Promovetur c. ret. praeposituræ Strigonien. ad quinquennium, c. disp.... gradus, c. decr.... constr. cathedr. et dom. epalis, erig. theol., poenit., sem., mont. piet. (AC 25 f. 95); nat. in oppido Tardoskedd nunc. dioec. Strigonien., aet. 60 an. circ., pbr., alumnus coll. Germanici de Urbe (e bulla prov. S. Br. 2529 f. 442 ss.); fit can. Strigonien. 22 Apr. 1674, archidiac. Honten. et Liptovien. a. 1680, cant. Strigonien. 25 Sept. 1685, lect. Strigonien. 17 Sept. 1687, praep. maior Strigonien. 27 Sept. 1693, deinde vic. gen. Strigonien.; a caes. maiest. ei conc. tit. ep. Novien. a. 1693; nomin. caes. maiest. ad Quinqueecclesien. a 1696 et 15 Iun. 1699 ad Csanadien. (Vienna, Proc. n. 286); ob. Tyrnaviae 2 Iun. 1707 (Veress 65). Post ob. Stephani nominati sunt 2 successores, qui tamen ante obtentam confirm. S. Sedis obierunt, nempe Sigismundus Ordódy et Franciscus Lapsansky (Vienna, Proc. nn. 314, 318).

[8]) Promovetur c. decr.... reaedif. cathedr. et dom. epalis, instr. supellect., erig. etc. ut supra (AC 26 f. 36); bulla prov. (S. Br. 2537 f. 69 ss.); nat. Posonii dioec. Strigonien. 8 Iun. 1662, mag. theol., vic. gen. suae religionis; nomin. caes. maiest. 15 Iun. 1710 (Vienna, Proc. n. 318); ob. circa initium a. 1730 (P. Cons. 117 f. 147).

Culmen.

[1]) A. 1676: Civ. Culmen. sita in prov. Prussiae continet 400 circ. domos, sub dominio temporali ep.[i]; omnes incolae sunt catholici exceptis 4 vel 5 lutheranis; eccl. cathedr. sub invocatione S.[mae] Trinitatis suffrag. metrop. Gnesnen., invenitur in civ. Chełmża nunc., distante tria circ. milia Polona a civ. Culmen.; ep. residet aestate in arce Staragrodien., hieme in arce Lubavien.; valor ann. fr. mens. epalis 1000 duc. mon.; in civ. Culmen. sunt 2 conventus virorum et 1 mon. monialium; dioec. amplectitur tres palatinatus, nempe Culmen., Pomesanien. et Mariaeburgen. (P. Cons. 75 f. 159 ss.); taxa 700 flor. (AM 42 f. 254).

[2]) Supplic. r. Polon., promovetur c. disp.... gradus, c. decr.... constr. dom. epalis, erig. sem. et mont. piet. (AC 22 f. 203'); tr. ad Cracovien. 12 Maii 1681.

[3]) Absolv. a vinc. Diocletianen., tr. c. ret. compat., c. decr.... vac. abb. Bledzonien. et offic. coadiutoris ep.[i] Posnanien., repar. cathedr. et dom. epalis, erig. mont. piet. (AC 23 f. 87); supplic. r. Polon. 23 Iun. 1681 (P. Cons. 80 f. 327); ob. m. Iul. 1693 (P. Cons. 87 f. 242).

ob. Casimiri I.	**Casimirus** Szczuka [4])	5 Oct. 1693	AC 24 f. 60'
ob. Casimiri	**Theodorus** Potocki [5])	11 Apr. 1699	AC 24 f. 219
tr. Theodori ad Varmien.	**Ioannes Casimirus** Bokum, ep. Premislien.[6])	27 Iun. 1718	AC 27 f. 81
ob. Ioannis C.	**Felix** Kretkowski [7])	30 Aug. 1723	AC 28 f. 38
. . . .	**Thomas Franciscus** Czapski, O.Cist., fit ep. Dianen. et coadi.c.f.s.[8])	1 Iul. 1726	AC 28 f. 231

Curien(sis) *(Chur)* in Helvetia [1])

ob. Uldarici de Monte	**Uldaricus** von Federspiel [2])	1 Dec. 1692	AC 24 f. 36'
ob. Uldarici	**Iosephus Benedictus** von Rost [3])	23 Mart. 1729	AC 29 f. 166

Curlocen(sis) seu **Curiocen(sis)** seu **Curien(sis)** *(Curium)* in insula Cypro, tit.[1])

certo modo	**Guilelmus Iacobus** Rinck von Baldenstein, fit coadi. c.f.s. Basileen.[2])	27 Sept. 1690	AC 23 f. 274'

Curonen(sis) v. **Venden(sis)**

Curzolen(sis) *(Korčula, Curzola)* in insula eiusdem nominis in mari Adriatico [1])

ob. Hieronymi Andreis [2])	**Nicolaus** Spanich [3])	17 Iul. 1673	AC 22 f. 148
ob. Nicolai	**Marinus** Drago, ep. Catharen.[4])	3 Oct. 1708	AC 25 f. 218'

---

[4]) Supplic. r. Polon., promovetur c. disp. ... gradus, c. ret. compat. et mon. Paradisien. O.Cist. dioec. Posnanien., quod in commendam obtinet, c. decr. ... instr. supellect., repar. dom. epalis, erig. mont. piet. (AC 24 f. 60'); nat. in dioec. Plocen., aet. 70 an. circ., prom. ad ord. diac.^{tus} ac. pbr.^{tus} 11, 13 Iul. 1670 (P. Cons. 87 f. 235 ss.); ob. 30 Iun. 1694 (Gams 347).

[5]) Supplic. r. Polon., promovetur c. ret. paroec. eccl. Omnium Sanctorum dioec. Cracovien. ac compat., c. disp. ... gradus, c. decr. ... repar. dom. epalis, erig. mont. piet. (AC 24 f. 219); iam 11 Dec. 1698 disp. super eo, quod natus sit ex genitrice schismatica ad effectum promotionis ad Culmen. (S. Br. 1997 f. 135); tr. ad Varmien. 1 Iun. 1712.

[6]) Absolv. a vinc. Premislien., supplic. r. Polon., tr. c. ret. compat. et abb. Czervenen. O.S.B., quam in commendam obtinet, c. decr. ... constr. dom. epalis, erig. mont. piet. (AC 27 f. 81); ob. 30 Iun. 1721 (A. Cons. 1721 tom. II f. 562).

[7]) Pbr. Culmen. dioec., doct. iur. utr., promovetur c. decr. ... vac. praepositura Gnesnen. et colleg. Lovicien., constr. dom. epalis, erig. mont. piet. (AC 28 f. 38); nat. 14 Iul. 1657 (A. Cons. 1726 f. 284); supplic. r. Polon. 7 Dec. 1722 (Ep. Reg. I n. 52); ob. 6 Dec. 1730 (A. Cons. 1731 tom. I f. 214).

[8]) Promovetur ad Dianen. et deput. coadi. c.f.s. Felici ep. Culmen., c. ret. abb. Pelplinen. O.Cist. dioec. Vladislavien. durante coadiutoria, c. disp. ... gradus, c. decr. ... loco success. repar. dom. epalis, erig. mont. piet. (AC 28 f. 231); nat. in dioec. Vladislavien., bapt. 7 Mart. 1688, vic. gen. O.Cist.. utriusque Poloniae, Prussiae et magni ducatus Lithuaniae (P. Cons. 112 f. 252 ss.); supplic. r. Polon. 17 Nov. 1724 (Ep. Reg. I n. 53); ob. m. Apr. 1733 (P. Dat. 1733 f. 78').

Curien.

[1]) A. 1728: Civ. Curien. sita est in Rhaetia Alta; exceptis aliquibus familiis omnes incolae sunt zwingliani; eccl. cathedr. sub invocatione B.M.V. suffrag. metrop. Moguntin.; in ea sunt 6 dign. et 24 can.^{tus}; valor ann. fr. mens. epalis 10000 circ. flor. illius mon.; cura animarum exercetur a patribus O.F.M.Cap. (P. Cons. 115 f. 241 ss.); taxa (a. 1729) 500 flor. (AC 29 f. 166).

[2]) Cassata electione a capitulo et can.^{cis} Curien. facta providetur ex integro de pers. Uldarici c. disp. ... gradus, c. decr. ... vac. can.^{tus} et praeb. Curien., erig. theol., poenit., mont. piet. (AC 24 f. 36'); prom. ad ord. min. et subdiac.^{tus} 21 Febr. 1682, diac.^{tus} et pbr.^{tus} 14, 28 Mart. 1682 (Arch. Nunz. Lucerna 122); el. a capitulo Curien. 28 Apr. 1692 (A. Cons. 1692 f. 383 ss.); 9 Ian. 1693 ei conc. ind. ... cons. ep. et 2 abb. (S. Br. 1859 f. 105); ob. 11 Oct. 1728 (P. Cons. 115 f. 245').

[3]) Cassata electione etc. ut supra, providetur c. disp. ... gradus, c. decr. ... vac. can.^{tus} et praeb. ac scholastria Curien., erig. etc. ut supra (AC 29 f. 166); nat. in loco Vilsen. 7 Febr. 1696, prom. ad ord. subdiac.^{tus} et diac.^{tus} 25, 30 Mart. 1717, pbr.^{tus} 25 Iun. 1720, vic. gen. Curien. (P. Cons. 115 f. 237 ss.); el. a capitulo Curien. 13 Dec. 1728 (A. Cons. 1729 tom. I f. 140); ob. 12 Nov. 1754 (P. Cons. 145 f. 226').

Curlocen.

[1]) Eccl. Curien. sita est in insula Cypro sub metrop. Salaminen. (Index Sed. tit. n. 1704).

[2]) Promovetur ad Curlocen. et deput. coadi. c.f.s. ep.° Basileen. (AC 23 f. 274'); cf. Basileen.

Curzolen.

[1]) A. 1673: Civ. Curzolen. sita in insula eiusdem nominis inhabitatur a mille circ. incolis, sub dominio temporali reipublicae Venetae; eccl. cathedr. sub invocatione S. Marci suffrag. metrop. Ragusin.; in ea sunt 2 dign. et 8 can.^{tus}; valor ann. fr. mens. epalis 1000 duc. mon. illarum partium; in civ. sunt 2 conventus virorum; dioec. amplectitur 6 loca (P. Cons. 72 f. 295 s.); taxa 46 $^2/_3$ flor. (AM 42 f. 195').

[2]) Ob. in civ. Tragurien. 21 Febr. 1673 (P. Cons. 72 f. 299).

[3]) Promovetur c. decr. ... vac. archidiac.^{tus}, can.^{tus} et praeb. Curzolen., repar. dom. epalis, erig. sem., mont. piet. (AC 22 f. 148); nat. in civ. Curzolen., aet. 40 an., prom. ad ord. pbr.^{tus} 6 Apr. 1658, doct. iur. utr. Patavin. 18 Iul. 1668, vic. capitularis Curzolen. (P. Dat. 1673 f. 181 ss.); consecr. Romae a Francisco card. Barberino 23 Iul. 1673 (Vat. Lat. 12339 f. 155); ob. 29 Nov. 1707 (Gams 405).

[4]) Absolv. a vinc. Catharen., tr. c. ret. pens., quam percipit, ac mon. S. Ioannis Evang. O.S.B. Tragurien., quod in commendam obtinet, c. decr. ... vac. cetera benef., quae obtinet, suspenso effectu vacationis usque ad sui obitum, repar., erig. etc. ut supra (AC 25 f. 218'); bulla prov. (S. Br. 2534 f. 345 ss.); ob. 9 Oct. 1733 (Gams 405).

Cuschen(sis) seu de Cusco (*Cuzco*) in America meridionali (Perú)[1]

tr. Bernardi de Izaguirre ad de Plata[2])	**Emmanuel** Mollinedo y Angulo[3])	15 Dec. 1670	AC 22 f. 56'
ob. Emmanuelis	**Ioannes** González de Santiago[4])	9 Febr. 1705	AC 25 f. 133'
ob. Ioannis	**Melchior** de la Nava Moreno[5])	7 Maii 1714	AC 26 f. 177'
ob. Melchioris	**Gabriel** de Arregui, O.F.M.Obs.[6])	13 Ian. 1716	AC 26 f. 233'
ob. Gabrielis	**Bernardus** de Serrada, ep. de Panama[7])	19 Dec. 1725	AC 28 f. 202

Cusentin(a) (*Cosenza*) in Italia inferiore, metrop.[1])

ob. Ianuarii Sanfelice[2])	**Eligius** Caracciolo, O.Theat.[3])	15 Mart. 1694	AC 24 f. 84
ob. Eligii	**Andreas** Brancaccio, ep. Conversanen.[4])	18 Apr. 1701	AC 25 f. 33
ob. Andreae	**Vincentius Maria** d'Aragona, O.P.[5])	23 Iul. 1725	AC 28 f. 181

Cydonien(sis) v. Agien(sis)

Cyrenen(sis) (*Cyrene*) in Libya Pentapolitana, tit.[1])

ob. Marii Fani	**Stephanus Iosephus** Menatti[2])	28 Oct. 1686	S. Br.
tr. Stephani I. ad Comen.	**Ioannes Dominicus** Thomatus (Tomati)[3])	30 Mart. 1700	AC 25 f. 2'

Cuschen.

[1]) A. 1705: Civ. Cuschen. sita est in Indiis occidentalibus sub dominio temporali regis cath.; eccl. cathedr. sub invocatione Assumptionis B.M.V. suffrag. metrop. Liman.; in ea sunt 5 dign. et 6 can.tus; valor ann. fr. mens. epalis 24000 duc. illius mon.; in civ. sunt 3 eccl. paroec., 3 conventus virorum et 2 mon. monialium (Cons. S. 1704/1705 f. 78); taxa 33 1/3 flor. (AC 25 f. 133').

[2]) Post tr. Bernardi ad de Plata praesent. r. cath. ad de Cusco Martinus de Montalbo, ep. Pacen., qui tamen ob. ante confirm. S. Sedis (P. Cons. 69 f. 237').

[3]) Praesent. r. cath., promovetur c. ret. compat., c. ind. ... cons. ep. et 2 dign., c. decr. ... vac. eccl. paroec. B. Mariae de Almudena oppidi Matriti, erig. theol., poenit., sem., mont. piet. (AC 22 f. 56'); nat. Matriti, aet. 46 an., pbr., doct. theol. Compluten. (P. Cons. 69 f. 229 ss.); ob. circ. a. 1703 (P. Cons. 98 f. 223').

[4]) Praesent. r. cath., promovetur c. ind. ... cons. ep. et 2 dign., c. decr. ... prof. fidei, erig. etc. ut supra (AC 25 f. 133'); nat. in civ. Salamantin., aet. 70 an. circ., pbr., doct. theol. Salamantin. (P. Cons. 98 f. 317 ss.); ob. circ. a. 1707 (P. Cons. 103 f. 278).

[5]) Praesent. r. cath., promovetur c. ind. ... cons. ep. et 2 dign., c. decr. ... prof. fidei, vac. cantoria Liman., constr. dom. epalis, erig. mont. piet. (AC 26 f. 177'); nat. in loco Torremilano dioec. Corduben., aet. 70 an. circ., pbr., doct. theol. univ. Liman., cons. et qualificator S. Officii Liman. (P. Cons. 103 f. 262 ss.); ob. iam m. Febr. 1714 (P. Cons. 105 f. 233').

[6]) Praesent. r. cath., promovetur c. ind. ... cons. ep. et 2 dign., c. decr. ... prof. fidei, constr. dom. epalis, erig. mont. piet. (AC 26 f. 233'); nat. in civ. Corduben. dioec. Tucumanen., aet. 60 an. circ. [a. 1714], doct. theol. (P. Cons. 105 f. 203 ss.); ob. circ. a. 1724 (P. Cons. 111 f. 184)

[7]) Absolv. a vinc. de Panama, praesent. r. cath., tr. c. decr. ... prof. fidei et iuram. fidel., constr. dom. epalis, erig. mont. piet. (AC 28 f. 202); ob. circ. a. 1733 (P. Cons. 120 f. 230).

Cusentin.

[1]) A. 1694: Civ. Cusentin. sita in prov. Calabriae citerioris inhabitatur a 12000 circ. incolarum, sub dominio temporali regis cath.; eccl. metrop. est sub invocatione Assumptionis B.M.V.; in ea sunt 4 dign. et 17 can.tus; valor ann. fr. mens. archiepalis 4000 circ. duc. mon. illarum partium; in civ. sunt 3 eccl. paroec., 13 conventus virorum, 5 mon. monialium; dioec. amplectitur 93 loca (P. Cons. 88 f. 119 s.); taxa (a. 1701) 606 2/3 flor. (AC 25 f. 33).

[2]) Ob. 19 Febr. 1694 (P. Cons. 88 f. 122).

[3]) Promovetur c. decr. ... instr. supellect., repar. cathedr. (AC 24 f. 84); conc. pallium 19 Apr. 1694 (l. c. f. 87'); nat. in civ. Neapolitan., aet. 39 an., doct. theol., lect. phil. et theol., ad praesens qualificator S. Officii et cons. S. Rit. Congr. (P. Cons. 88 f. 115 ss.); consecr. Romae a Fabritio card. Spada 21 Mart. 1694 (Arch. Caer. 514 f. 354); fit ep. solio Pontif. assist. 21 Mart. 1694 (S. Br. 1892 f. 8); ob. 17 Oct. 1700 in civ. Tusculan. (Galletti Vat. Lat. 7900 f. 129).

[4]) Absolv. a vinc. Conversanen., tr. c. reserv. pens. usque ad sum. 800 scut. mon. Rom. salvis antiquis pro pers. nominandis, c. decr. ... vac. omnia benef., suspenso effectu vacationis usque ad sui obitum, repar. cathedr., instr. supellect. (AC 25 f. 33); conc. pallium 9 Maii 1701 (l. c. f. 35); ob. 4 Iun. 1725 (Gams 879).

[5]) Promovetur c. reserv. pens. usque ad sum. 1000 scut. mon. Rom. salvis antiquis pro pers. nominandis (AC 28 f. 181); conc. pallium 5 Sept. 1725 (l. c. f. 189); nat. in civ. Alexanen. 15 Ian. 1684, prom. ad ord. min., subdiac.tus et diac.tus 27, 28, 31 Dec. 1708, pbr.tus 27 Ian. 1709, mag. theol. 6 Ian. 1725, iam lect. phil. et theol. in coll. S. Thomae Neapolitan. (P. Dat. 1725 f. 163 ss.); consecr. Romae a Sum. Pont. 25 Iul. 1725 (Arch. Caer. 573 p. 354); fit ep. solio Pontif. assist. 15 Aug. 1725 (S. Br. 2685 f. 52); ob. in civ. Neapolitan. ante 17 Maii 1743 (P. Dat. 1743 f. 73).

Cyrenen.

[1]) Eccl. Cyrenen. sita est in Libya Pentapolitan. (Index Sed. tit. n. 776).

[2]) Pbr. Comen. dioec., promovetur c. ret. omnium, quae obtinet (S. Br. 1725 f. 272 ss.); consecr. Romae a Galeatio card. Marescotto 3 Nov. 1686 (Arch. Caer. 557 f. 14); 15 Nov. 1688 ut vicesgerens Urbis fit can. bas. S. Ioannis Lateranen. (S. Br. 1771 f. 309 ss.); fit ep. solio Pontif. assist. 16 Oct. 1689 (S. Br. 1793 f. 5), ref. utr. sign. 24 Oct. 1692 (S. Br. 1855 f. 1); tr. ad Comen. 13 Sept. 1694.

[3]) Promovetur c. ret. omnium, quae obtinet, etiam pensionum (AC 25 f. 2'); bulla prov. (S. Br. 2056 f. 176 ss.); nat. in loco de Caravonica dioec. Albinganen. 27 Iun. 1636, pbr., doct. iur. utr. Maceraten., utr. sign. ref., secr. S. Congr. Concilii (P. Dat. 1700 f. 11 ss.); consecr. Romae a Bandino card. Panciatico 13 Apr. 1700 (Arch. Caer. 541 f. 438'); fit ep. solio Pontif. assist. 8 Dec. 1700 (S. Br. 2077 f. 347); 1 Iun. 1706 confirm. admissio ad offic. sigillatoris Poenitentiariae Apost.

ob. Ioannis D.	**Prosper** Marefuscus (Marefoschi)[4]	1 Iun.	1711	AC 26 f. 55
certo modo	**Nicolaus Xaverius** Santamaria[5]	16 Sept.	1726	S. Br.

Cyren(sis) seu Cyrrhen(sis) *(Cyrrhus)* in Syria Euphratensi Prima, tit.[1]

certo modo	**David** a S. Carolo, O.Carm.Discalc.[2]	23 Dec.	1713	S. Br.
certo modo	**Ioannes** Wallace[3]	30 Apr.	1720	S. Br.

Damascen(a) *(Damascus)* in Phoenicia Secunda, metrop., tit.[1]

certo modo	**Bernardinus** Roccius (Rocci)[2]	9 Apr.	1668	AC 21 f. 194'
prom. Bernardini ad cardinalatum	**Horatius** Matthaeus (Mattei)[3]	17 Iun.	1675	AC 22 f. 182'
prom. Horatii ad cardinalatum	**Sebastianus Antonius** Tanarius (Tanara)[4]	28 Apr.	1687	AC 23 f. 198
prom. Sebastiani A. ad cardinalatum	**Daniel Marcus** Delphinus (Delfino)[5]	2 Ian.	1696	AC 24 f. 133'
tr. Danielis M. ad Brixien.	**Antonius Felix** Zondadarius (Zondadari)[6]	5 Dec.	1701	AC 25 f. 52
prom. Antonii F. ad cardinalatum	**Vincentius** Petra[7]	5 Oct.	1712	AC 26 f. 107

---

21 Maii 1721 a Poenit. Maiore facta (S. Br. 2185 f. 34); ob. Romae 23 Mart. 1711 (Galletti Vat. Lat. 7900 f. 131 ss.).

[4]) Promovetur c. disp. ... pbr., c. ret. omnium, quae obtinet (AC 26 f. 55); bulla prov. (S. Br. 2537 f. 255 ss.); nat. in loco Montis Sancti dioec. Firman. 24 Sept. 1653, prom. ad ord. diac.tus 21 Dec. 1709, doct. iur. utr. Firman. 29 Apr. 1674, iam votans Signaturae Iustitiae, ad praesens votans Signaturae Gratiae, secr. S. Congr. Immunitatis, can. bas. S. Petri (P. Dat. 1711 f. 57 ss.); fit ref. utr. sign. 29 Nov. 1695 (S. Br. 1926 f. 50); consecr. Romae a Fabritio card. Paulutio 7 Iun. 1711 (Arch. Caer. 547 f. 676); 26 Ian. 1712 ei conc. privil. ep.orum solio Pontif. assist. (S. Br. 2317 f. 28'); tr. ad Caesarien. 3 Febr. 1721.

[5]) Pbr. Beneventan., doct. iur. can., can. bas. S. Mariae Maioris de Urbe, cubic. intimus S.tis S., promovetur c. ret. omnium, quae obtinet (S. Br. 2739 f. 122 ss.); consecr. Romae a Sum. Pont. 22 Sept. 1726 (Arch. Caer. 573 p. 578); fit ep. solio Pontif. assist. 1 Nov. 1726 (S. Br. 2720 f. 442); can. bas. S. Petri de Urbe 27 Ian. 1727 (S. Br. 2747 f. 229 ss.); 6 Iul. 1729 deput. praef. Cubiculi S.tis S. (S. Br. 2726 f. 10); ob. Romae 26 Aug. 1776 (Galletti Vat. Lat. 7900 f. 144').

Cyren.

[1]) Eccl. Cyrrhen., sedes autocephala, sita est in Syria Euphratensi Prima (Index Sed. tit. n. 857).

[2]) Promovetur ad Cyren. c. ind. suscipiendi munus consecr.is a quocumque cath. ep. c. assist. aliorum 2 vel 3 ep., c. disp. super quocumque voto de non acceptanda dign., iuxta decr. S. Congr. Prop. 19 Dec. 1713 emanatum et a S. S. eadem die approbatum (S. Br. 2357 f. 1 ss.); iam 23 Nov. 1713 deput. vic. apost. Smyrnen. (S. Br. 2355 f. 37); consecr. Romae a Francisco card. Aquaviva 28 Ian. 1714 (Arch. Caer. 564 f. 21).

[3]) Pbr. saec. Andreopolien. seu alterius civ. vel dioec., promovetur ad Cyrrhen. c. ind. ... cons. ep. et 2 dign., iuxta decr. S. Congr. Prop. (S. Br. 2487 f. 25 ss.); eadem die ei conc. disp. super eo, quod ex parentibus haereticis natus sit (l. c. f. 33); eadem die deput. coadi. Iacobo ep. Nicopolien., vic. apost. regni Scotiae, c.f.s. in vicariatu apost. dicti regni (l. c. f. 35 ss.); ob. 11 Iul. 1733 (Brady III, 459).

Damascen. (tit.)

[1]) Eccl. metrop. Damascen. sita est in Phoenicia Secunda seu Libanen. (Index Sed. tit. n. 922).

[2]) Promovetur c. ret. can.tus bas. S. Petri et mon. S. Ioannis in Flore Cusentin. seu nullius dioec., et aliorum compat. ac offic. Cur. Rom. (AC 21 f. 194'); conc. pallium 14 Dec. 1671 (AC 22 f. 96'); bulla prov. (S. Br. 1441 f. 586 ss.); nat. Romae, pbr., doct. iur. utr., ref. utr. sign., praef. Pal. Apost., iam gub. Firman. et aliorum locorum, secr. S. Rit. Congr. et S. Congr. Immunitatis (P. Dat. 1668 f. 141 ss.); fit can. bas. S. Petri 22 Nov. 1661 (Vat. Lat. 10171 f. 50), nunt. apud proregem Neapolitan. 16 Iun. 1665 (Ep. ad Princ. 66 f. 49); consecr. Romae a Iulio card. Gabriellio 22 Apr. 1668 (Vat. Lat. 12334 f. 62); fit ep. solio Pontif. assist. 9 Maii 1668 (S. Br. 1410 f. 20), gub. Castri Gandulphi ad triennium 25 Mart. 1671 (S. Br. 1471 f. 10), ad aliud triennium 20 Mart. 1674 (S. Br. 1536 f. 36); creatur card. 27 Maii 1675 (cf. S.R.E. card. II, 16).

[3]) Promovetur c. ret. offic. aud. S. Rotae sub titulo locumtenentis necnon privilegiorum (AC 22 f. 182'); bulla prov. (S. Br. 1594 f. 236 ss.); nat. Romae, aet. 52 an. circ., pbr., doct. iur. utr., ref. utr. sign., praef. Pal. Apost., iam can. bas. S. Mariae Maioris, viceleg. Avenionen. (P. Dat. 1675 f. 229 ss.); fit ep. solio Pontif. assist. 28 Iun. 1675 (S. Br. 1562 f. 199); creatur card. 2 Sept. 1686 (cf. S.R.E card. III, 23).

[4]) Promovetur c. ret. compat., c. disp. super eo, quod solummodo charactere cler. insign. existat, c. decr. ... prof. fidei ante cons. (AC 23 f. 198); bulla prov. (S. Br. 1779 f. 416 ss.); nat. Romae 10 Apr. 1650, charactere cler. insign. 21 Maii 1674, doct. iur. utr. Bononien. 10 Apr. 1671, iam internunt. Bruxellen., prot. apost. (P. Dat. 1687 f. 7 ss.); 23 Maii 1687 ei conc. ind. suscipiendi omnes, etiam pbr.tus ord. extra tempora (S. Br. 1731 f. 197); fit nunt. Colonien. 30 Apr. 1687 (l. c. f. 398 ss.), nunt. apud regem Portugalliae 26 Maii 1690 (S. Br. 1801 f. 399 ss.), ep. solio Pontif. assist. 21 Dec. 1689 (S. Br. 1815 f. 23), nunt. apud imperatorem 15 Mart. 1692 (S. Br. 1840 f. 7 ss.); creatur card. 12 Dec. 1695 (cf. S.R.E. card. V, 1).

[5]) Promovetur c. decr. ... prof. fidei ante cons., c. ret. omnium, quae obtinet (AC 24 f. 133'); bulla prov. (S. Br. 2052 f. 41 ss.); nat. Venetiis, aet. 44 an. circ., pbr., doct. iur. utr. (P. Dat. 1695 f. 209 ss.); fit ref. utr. sign. 31 Iul. 1691 (S. Br. 1826 f. 44); deput. viceleg. Avenionen. 24 Sept. 1691 (S. Br. 1828 f. 120), nunt. apud regem Xmum 7 Ian. 1696 (S. Br. 1930 f. 15); fit ep. solio Pontif. assist. 10 Ian. 1696 (S. Br. 1934 f. 31); tr. ad Brixien. 15 Sept. 1698.

[6]) Promovetur c. ret. omnium, quae obtinet (AC 25 f. 52); bulla prov. (S. Br. 2528 f. 585 ss.); nat. in civ. Senen., aet. 40 an. circ., prom. ad ord. pbr.tus 25 Mart. 1690, doct. iur. utr. Senen., utr. sign. ref. et ponens S. Consultae (P. Dat. 1701 f. 157 ss.); fit gub. Anconitan. 16 Nov. 1697 (S. Br. 1973 f. 67); deput. nunt. extraord. ad effectum excipiendi nomine S.tis S. Mariam Casimiram Poloniae reginam in eius ad Urbem itinere 6 Dec. 1698 (S. Br. 2045 f. 105); deput. nunt. extraord. ad regem cath. super negotio pacis 27 Ian. 1702 (S. Br. 2509 f. 46); deput. nunt. ord. apud regem cath. 28 Maii 1706 (S. Br. 2184 f. 1 ss.); creatur card. 18 Maii 1712 (cf. S.R.E. card. VI, 30).

[7]) Promovetur c. disp. ... pbr., c. ret. omnium, quae obtinet (AC 26 f. 107); bulla prov. (S. Br. 2537 f. 725 ss.); nat. in civ. Neapolitan. 19 Nov. 1662, prom. ad ord. pbr.tus 2 Oct. 1712, doct. iur. utr. Neapolitan. 18 Dec. 1682, secr. S. Congr. Concilii, cons. S. Officii,

prom. Vincentii ad cardinalatum	**Franciscus Antonius** Finy, ep. Avellinen. et Frequentin.[8])	20 Dec. 1724	AC 28 f. 128'
prom. Francisci A. ad cardinalatum	**Iosephus Maria** Feronus (Feroni)[9])	10 Maii 1728	AC 29 f. 102

Damascen(a) *(Damascus)* nationis Syriacae, metrop.[1])

certo modo	**Petrus** Miserscià[2])	23 Dec. 1716	AC 26 f. 270
ob. Petri	**Name** Codsi[3])	12 Febr. 1721	AC 27 f. 220'

Damiaten(sis) seu Tamiathitan(a) *(Tamiathis, Damietta)* in Augustamnica Prima, metrop., tit.[1])

prom. Nerii Corsini ad cardinalatum	**Angelus Maria** Ranutius (Ranuzzi)[2])	30 Apr. 1668	AC 21 f. 200
tr. Angeli M. ad Fanen.	**Hercules** Vicecomes (Visconti)[3])	18 Iul. 1678	AC 22 f. 265
ob. Herculis	**Marcus Antonius** Ansidei[4])	12 Iun. 1724	AC 28 f. 84
tr. Marci A. ad Perusin.	**Raphael Cosmus** de Hieronymis (Girolami)[5])	8 Mart. 1728	AC 29 f. 76'

Danaben(a) *(Danaba)* in Phoenicia Secunda, tit.[1])

certo modo	**Michael Stephanus** Pérez de Estremera[2])	3 Aug. 1729	AC 29 f. 186'

---

utr. sign. ref. (P. Dat. 1712 f. 51 ss.); consecr. Romae a Fabritio card. Paulutio 9 Oct. 1712 (Arch. Caer. 562 f. 69'); fit ep. solio Pontif. assist. 8 Dec. 1712 (S. Br. 2344 f. 10); 21 Ian. 1713 confirm. admissio in consultorem Poenitentiariae Apost. a Poenit. Maiore 1 Apr. 1711 facta (S. Br. 2336 f. 22); creatur card. 20 Nov. 1724 (cf. S.R.E. card. VIII, 3).

[8]) Promovetur c. ret. Avellinen. et Frequentin. et omnium, quae obtinet (AC 28 f. 128'); bulla prov. (S. Br. 2745 f. 75 ss.); deput. praef. Cubiculi S.[tis] S. 13 Iun. 1726 (S. Br. 2662 f. 50); 13 Febr. 1727 ei conc. privil. ep.[orum] solio Pontif. assist. (S. Br. 2719 f. 94'); creatur card. et reservatur in pectore 9 Dec. 1726, publicatur 26 Ian. 1728 (cf. S.R.E. card. VIII, 16).

[9]) Promovetur c. decr. ... vac. omnia benef., suspenso effectu vacationis usque ad sui obitum, c. ret. ceterorum omnium, quae obtinet (AC 29 f. 102); nat. in civ. Florentin. 30 Apr. 1693, prom. ad ord. pbr.[tus] 22 Oct. 1719, doct. iur. utr. Sapientiae Rom. 15 Ian. 1716, iam prot. apost. et votans Signaturae Iustitiae, ad praesens cons. S. Rit. Congr. et secr. S. Congr. Immunitatis (P. Dat. 1728 f. 137 ss.); consecr. Romae a Sum. Pont. 30 Maii 1728 (Arch. Caer. 575 f. 152); fit ep. solio Pontif. assist. 4 Iun. 1728 (S. Br. 2719 f. 30), can. bas. S. Petri de Urbe 2 Dec. 1741 (S. Br. 3392 f. 240 ss.); creatur card. 26 Nov. 1753 (AC 34 f. 163); ob. Romae 15 Nov. 1767 (AC 36 f. 311').

Damascen. (nat. Syriacae)

[1]) A. 1716: Civ. Damascen. sita in Syria inhabitatur a 100000 circ. incolarum, quorum 100 sunt cath., sub tyrannide Turcarum; desunt eccl. cathedr., capitulum, sedes archiepalis et fructus; cura animarum exercetur in aliqua eccl. paroec. Maronitarum (P. Cons. 41 f. 124 ss.).

[2]) Promovetur c. decr. ... prof. fidei orientalibus praescriptam, iuxta decr. S. Congr. Prop. 1 Dec. 1716 emanatum et eadem die a S. S. approbatum (AC 26 f. 270); bulla prov. (S. Br. 2540 f. 229 ss.); nat. in civ. Aleppi, aet. 32 an. circ., pbr. a 7 annis, doct. phil. et theol., alumnus coll. Urbani de Prop. ab 11 Iul. 1700, ad praesens missionarius in civ. Aleppi (P. Dat. 1716 f. 149 ss.); ob. circa initium a. 1720 (P. Dat. 1721 f. 17).

[3]) Promovetur c. disp. ... gradus, c. decr. ... prof. fidei, iuxta decr. S. Congr. Prop. 17 Dec. 1720 emanatum et eadem die a S. S. approbatum (AC 27 f. 220'); bulla prov. XV Kal. Iunii 1721 (S. Br. 2613 f. 5 ss.); nat. in civ. Aleppi, aet. 50 an. circ., pbr. (P. Dat. 1721 f. 13 ss.).

Damiaten.

[1]) Eccl. metrop. Damiaten. sita est in Augustamnica Prima (Baudrand I, 322).

[2]) Promovetur c. disp. super eo, quod nec in s. ord. nec in min. const. sit, c. ret. compat. et offic. vacabilium Cur. Rom., quae obtinet (AC 21 f. 200); nat. in civ. Bononien., aet. 36 (al. 40) an., doct. iur. utr. Bononien., iam gub. Ariminen., Reatin., Camerinen., Anconitan., vicelег. Bononien., inquisitor Meliten. (P. Dat. 1668 f. 261 ss.); consecr. Romae a Caesare card. Fachinetto 24 Iun. 1668 (Vat. Lat. 12334 f. 91); fit ep. solio Pontif. assist. 26 Iun. 1668 (S. Br. 1409 f. 36), nunt. apud ducem Sabaudiae 30 Iun. 1668 (S. Br. 1407 f. 419 ss.), nunt. apud regem Poloniae 13 Maii 1671 (S. Br. 1470 f. 25 ss.), gub. prov. Marchiae Anconitan. 20 Nov. 1675 (S. Br. 1565 f. 631'); tr. ad Fanen. 18 Apr. 1678.

[3]) Promovetur c. disp. super eo, quod in pbr.[tus] ord. adhuc non sit const., c. ret. compat. necnon privil. ac offic. Cur. Rom. (AC 22 f. 265); bulla prov. (S. Br. 1775 f. 342 ss.); nat. in civ. Mediolanen., aet. 32 an. circ., doct. iur. utr. Mediolanen., utr. sign. ref., iam inquisitor Meliten. (P. Dat. 1678 f. 95 ss.); consecr. Romae a Carolo card. Pio 31 Iul. 1678 (Arch. Caer. 476 f. 283); fit ep. solio Pontif. assist. 21 Sept. 1678 (S. Br. 1626 f. 353); deput. nunt. Florentin. 19 Oct. 1678 (l. c. f. 358 ss.), nunt. Colonien. 28 Sept. 1680 (S. Br. 1650 f. 299 ss.); fit praef. Pal. Apost. 9 Dec. 1687 (S. Br. 1738 f. 29), eadem die deput. gub. Castri Gandulphi ad triennium (l. c. f. 200), ad aliud triennium 8 Dec. 1690 (S. Br. 1812 f. 19).

[4]) Promovetur c. disp. super eo, quod in diac.[tus] ord. tantum const. existat, c. ret. omnium, quae obtinet, exceptis benef. eccl.[cis] vacabilibus, suspenso effectu vacationis respectu compat. usque ad sui obitum (AC 28 f. 84); bulla prov. (S. Br. 2744 f. 74 ss.); nat. in civ. Perusin. 1 Sept. 1671, prom. ad ord. diac.[tus] 4 Apr. 1722, doct. iur. utr. Perusin. 5 Maii 1694, utr. sign. ref., assessor S. Officii, iam secr. S. Congr. Concilii (P. Dat. 1724 f. 53 ss.); 16 Iun. 1724 ei conc. ind. suscipiendi pbr.[tus] ord. extra tempora (S. Br. 2618 f. 49); consecr. Romae a Sum. Pont. 9 Iul. 1724 (Arch. Caer. 590 p. 134); 6 Oct. 1724 ei conc. privil. ep.[orum] solio Pontif. assist. (S. Br. 2709 f. 9'); tr. ad Perusin. 16 Dec. 1726.

[5]) Promovetur c. ret. omnium, quae obtinet (AC 29 f. 76'); bulla prov. (S. Br. 2749 f. 415 ss.); nat. in civ. Florentin. 10 Sept. 1670, prom. ad ord. pbr.[tus] 25 Iul. 1726, doct. iur. utr. Pisan. 9 Iun. 1695, mag. theol. Florentin. 24 Nov. 1699, iam can. Florentin., ad praesens cons. S. Officii et S. Rit. Congr., votans Signaturae Gratiae, examinator ep.[orum], secr. S. Congr. Indulgentiarum (P. Dat. 1728 f. 67 ss.); consecr. Romae a Sum. Pont. 11 Apr. 1728 (Arch. Caer. 575 f. 144'); fit ep. solio Pontif. assist. 23 Apr. 1728 (S. Br. 2737 f. 28); creatur card. 9 Sept. 1743 (AC 32 f. 183'); ob. Romae 21 Febr. 1748 (AC 33 f. 225').

Danaben.

[1]) Eccl. Danaben. sita est in Phoenicia Secunda sub metrop. Damascen. (Index Sed. tit. n. 926).

[2]) Promovetur ad Danaben. et deput. suffrag. in eccl. et civ. de Merida aliisque locis Militiae S. Iacobi de Spatha subiectis nullius dioec., c. assign. congruae 448 $^1/_2$ duc. auri de Camera (AC 29 f.

Dardanien(sis) seu **Dardania** *(Dardanus)* in Hellesponto, tit.[1])

ob. Guilelmi L. Benz[2])	**Ioannes Wolfgangus** von Bodman, fit suffrag. Constantien.[3])	2 Sept. 1686	AC 23 f. 191'
ob. Ioannis W.	**Stephanus** Wierzbowski, fit suffrag. Varmien.[4])	21 Iul. 1710	AC 26 f. 24'
ob. Stephani	**Georgius Xaverius** Marotti, fit coadi.c.f.s. Petinen.[5])	22 Maii 1713	AC 26 f. 139
success. Georgii X. ad Petinen.	**Franciscus Theodoricus** von Guttenberg, fit suffrag. Augustan.[6])	1 Iul. 1716	AC 26 f. 254
ob. Francisci Th.	**Franciscus Iosephus** Kraszkowski, fit suffrag. Gnesnen.[7])	2 Oct. 1719	AC 27 f. 131'

Daren(sis) v. **Kildarien(sis)**

Dar(i)en(sis) *(Dara)* in Mesopotamia, tit.[1])

ob. Antonii Vigo	**Blasius** de Aguinaga, fit suffrag. Liman.[2])	9 Sept. 1669	AC 22 f. 29'
ob. Blasii	**Nicolaus** de Ulloa, O.E.S.Aug., fit suffrag. Liman.[3])	8 Febr. 1677	AC 22 f. 220
tr. Nicolai ad Tucumanen.	**Franciscus** Zapata Vera y Morales, fit suffrag. Toletan.[4])	11 Mart. 1680	AC 23 f. 34'
tr. Francisci ad Zamoren.	**Franciscus Engelbertus** Barbo von Waxenstein, fit suffrag. Vratislavien.[5])	4 Iun. 1703	AC 25 f. 93

Daulien(sis) seu **Davalien(sis)** *(Daulia)* in Graecia Prima, tit.[1])

ob. Gangolphi Rallingii	**Ioannes** Brassart, fit suffrag. Spiren.[2])	25 Sept. 1673	AC 22 f. 152'

186'); bulla prov. (S. Br. 2749 f. 323 ss.); nat. in loco de Cabanillas Toletan. dioec., bapt. 24 Oct. 1665, pbr., doct. iur. can. univ. Salamantin., prior conventus S. Iacobi de Vélez (P. Dat. 1729 f. 92 ss.); ob. ante 5 Aug. 1732 (A. Cons. 1732 tom. II f. 410).

Dardanien.

1) Eccl. Dardania sita est in Hellesponto sub metrop. Cyzicen. (Index Sed. tit. n. 262).

2) Ob. ante 16 Nov. 1683 (A. Cons. 1683 f. 228).

3) Promovetur ad Dardanien. et deput. suffrag. Constantien. ad pontif., c. disp. ... gradus, c. ret. compat. ac can.^{tus} Constantien., c. assign. congruae 300 duc. auri de Camera super fructibus mensae epalis Constantien. (AC 23 f. 191'); bulla prov. (S. Br. 1779 f. 257 ss.); nat. in pago Bodman nunc. dioec. Constantien., bapt. 19 Ian. 1651, prom. ad ord. subdiac.^{tus} 9 Febr. 1672, diac.^{tus} et pbr.^{tus} 5 Febr., 6 Aug. 1673, alumnus coll. Germanici de Urbe (Arch. Nunz. Lucerna 92); ob. ante 8 Aug. 1692 (A. Cons. 1692 f. 461).

4) Promovetur ad Dardanien. et deput. suffrag. Varmien. ad pontif., c. disp. ... gratus, c. assign. congruae 300 duc. auri de Camera super fructibus mensae epalis Varmien., c. ret. cantoratus Gnesnen., decanatus Plocen., et cantoriae Varsavien. et compat., c. decr. ... vac. can.^{tus} et praeb. Posnanien. (AC 26 f. 24'); nat. in dioec. Gnesnen., aet. 44 an. circ., pbr., vic. gen. Varsavien. (e bulla prov. S. Br. 2536 f. 361 ss.); ob. ante 22 Febr. 1713 (A. Cons. 1713 f. 114).

5) Promovetur ad Dardanien. et deput. coadi. c.f.s. ep.° Petinen. (AC 26 f. 139); cf. Petinen.

6) Promovetur ad Dardanien. et deput. suffrag. Augustan. prov. Moguntin. ad pontif., c. ret. can.^{tus} et praeb. ac decanatus Augustan., necnon can.^{tus} et praeb. Eystetten., c. assign. congruae 300 duc. auri de Camera super fructibus mensae epalis Augustan., c. disp. ... gradus (AC 26 f. 254); bulla prov. (S. Br. 2539 f. 539 ss.); nat. in dioec. Herbipolen., aet. 60 an. circ., prom. ad ord. pbr.^{tus} 16 Maii 1693, doct. phil., alumnus coll. Germanici de Urbe (P. Cons. 105 f. 240 ss.); ob. 2 Iun. 1717 (A. Cons. 1717 tom. II f. 293).

7) Promovetur ad Dardanien. et deput. suffrag. Gnesnen. ad pontif., c. ret. archidiaconatus Gnesnen., praepositurae colleg., paroec. eccl. et unius mon., c. assign. congruae 300 duc. auri de Camera super fructibus mensae archiepalis Gnesnen. (AC 27 f. 131'); bulla prov. (S. Br. 2541 f. 433 ss.); nat. in loco Mierzycen. dioec. Gnesnen., bapt. 22 Iun. 1658, charactere cler. insign. et prom. ad ord. min. 27 Maii 1684, subdiac.^{tus}, diac.^{tus} ac pbr.^{tus} 1, 24 Iun., 13 Iul. 1687, doct. theol. univ. Cracovien. 16 Apr. 1693, officialis gen. Gnesnen. (P. Cons. 108 f. 134 ss.); ob. 20 Dec. 1731 (P. Cons. 118 f. 215).

Dar(i)en.

1) Eccl. epalis Daren. sita est in Mesopotamia (Baudrand I, 325; cf. Index Sed. tit. n. 950).

2) Promovetur ad Darien. et deput. suffrag. Liman. ad pontif., c. ind. ... cons. ep. et 2 dign., c. ret. compat., c. decr. ... prof. fidei ante cons., c. assign. congruae 3650 petiarum de octo (AC 22 f. 29'); aet. 58 an., pbr., doct. iur. utr., scholasticus Liman. (e bulla prov. prov. S. Br. 1443 f. 332 ss.).

3) Promovetur ad Darien. et deput. suffrag. Liman. ad pontif., c. ind. ... cons. ep. et 2 dign., c. decr. ... prof. fidei ante cons., c. assign. congruae 4000 petiarum de octo super fructibus mensae archiepalis Liman. (AC 22 f. 220); bulla prov. (S. Br. 1770 f. 271 ss.). Post ob. Ioannis archiep. Liman. novus archiep. Melchior dictum Nicolaum, nondum consecratum, uti suffraganeum non admittit (P. Cons. 78 f. 620'); deinde Nicolaus tr. ad Tucumanen. 27 Nov. 1679.

4) Promovetur ad Darien. et deput. suffrag. Toletan. ad pontif., c. ret. compat., c. decr. ... prof. fidei ante cons., c. assign. pens. 600 duc. mon. Hispan. super fructibus mensae archiepalis Toletan. (AC 23 f. 34'); bulla prov. (S. Br. 1774 f. 246 ss.); nat. in civ. Toletan., aet. 31 an. circ., pbr., doct. iur. can. Salamantin., can. colleg. de Talavera dioec. Toletan. (P. Dat. 1680 f. 1 ss.); tr. ad Zamoren. 23 Apr. 1703.

5) Promovetur ad Darien. et deput. suffrag. Vratislavien. ad pontif., c. ret. 2 can.^{tuum}, c. decr. ... prof. fidei, c. assign. congruae 300 duc. auri de Camera super fructibus mensae epalis Vratislavien. (AC 25 f. 93); bulla prov. (S. Br. 2529 f. 654 ss.); nat. in dioec. Labacen., aet. 39 an. circ., charactere cler. insign. et prom. ad ord. min. 21 Ian., 11 Febr. 1685, subdiac.^{tus} 6 Oct. 1686, diac.^{tus} 20 Maii 1687, pbr.^{tus} 21 Mart. 1688, doct. phil. et theol. univ. Perusin. 2 Oct. 1688, alumnus coll. Germanici de Urbe, can. cathedr. et colleg. S. Crucis Vratislavien. (P. Dat. 1703 f. 111 ss.); 20 Iun. 1703 ei conc. ind. ... cons. ep. et 2 abb. (S. Br. 2127 f. 106); ob. m. Dec. 1706 (A. Cons. 1708/1709 f. 30).

Daulien.

1) Eccl. Daulien. sita est in Graecia seu Hellade Prima sub metrop. Athenien. (Index Sed. tit. n. 32).

2) Promovetur ad Davalien. et deput. suffrag. Spiren. ad póntif., c. assign. congruae 300 duc. auri de Camera (AC 22 f. 152'); nat. in civ. Colonien., aet. 48 an., pbr., doct. iur. utr. (e bulla prov. S. Br. 1592 f. 257 ss.); 9 Dec. 1673 ei conc. ind. ... cons. ep. et 2 abb. (S. Br. 1523 f. 497); ob. circ. m. Mart. 1684 (A. Cons. 1685/1686/1687 f. 5).

Derben(sis) *(Derbe)* in Lycaonia, tit.[1])

certo modo	**Stephanus** von Clodh, O.S.B.[2])	20 Ian. 1727	AC 29 f. 8

Derrien(sis) seu **Deren(sis)** *(Derry)* in Hibernia [1])

. . . .	**Eugenius** Convallius (Conwell), fit vic. apost.[2])	30 Iun. 1671	S. Br.
. . . .	**Bernardus** O'Kahan, fit vic. apost.[3])	m. Ian. 1684	S. Br.
ob. Raymundi O'Gallagher [4])	**Laurentius Fergusius** Lea [5])	8 Febr. 1694	AC 24 f. 82
certo modo	**Terentius** O'Donnelly [6])	5 Ian. 1720	S. Br.
certo modo	**Nelianus** Conway [7])	7 Apr. 1727	S. Br.

Dertonen(sis) seu **Terdonen(sis)** *(Tortona)* in Italia superiore [1])

ob. Caroli Settala [2])	**Carolus Franciscus** Ceva [3])	12 Iul. 1683	AC 23 f. 130'
ob. Caroli Fr.	**Iulius** Resta [4])	21 Febr. 1701	AC 25 f. 26

Dertusen(sis) *(Tortosa)* in Hispania [1])

ob. Iosephi Fajeda [2])	**Severus Thomas** Auter, ep. Gerunden.[3])	18 Mart. 1686	AC 23 f. 177'
ob. Severi Th.	**Silvester** García de Escalona [4])	6 Febr. 1702	AC 25 f. 57

Derben.

[1]) Eccl. Derben. sita est in Lycaonia sub metrop. Iconien. (Index Sed. tit. n. 515).

[2]) Promovetur ad Derben. c. ind. exercendi pontif. in ditione mon. Fulden., c. ret. vocis activae et passivae et praepositurae Montis S. Michaelis O.S.B. nullius dioec. prov. Moguntin., c. disp. ... gradus, c. assign. congruae 400 duc. auri de Camera super fructibus mensae abbatialis Fulden. (AC 29 f. 8); bulla prov. (S. Br. 2747 f. 46 ss.); nat. in castello Hennen nunc. in comitatu Limburgen. Colonien. dioec. 21 Ian. 1674, charactere cler. insign. et prom. ad ord. min., subdiac.^tus et diac.^tus 14, 22, 23 Sept. 1696, primam missam celebravit 20 Oct. 1698, iam superior mon. Fulden., vic. gen. territorii Fulden. (P. Cons. 113 f. 314 ss.); ob. m. Oct. 1727 (A. Cons. 1728 tom. I f. 6').

Derrien.

[1]) A. 1694: Civ. Deren. a 4000 circ. incolarum inhabitatur, quorum pauci fidem catholicam profitentur; eccl. cathedr. ab haereticis occupata sub invocatione S. Columbani suffrag. metrop. Armachan.; reditus sunt ab haereticis usurpati; cura animarum a missionariis et pbr.^is ab ep.^o deputatis in domibus privatis exercetur (Cons. S. 1693/1694 f. 127 c).

[2]) Pbr. saec., deput. vic. apost. Deren., tametsi dictae eccl. de vic. gen. seu capitulari fuerit provisum, c. decr. accedendi ad suam dioec. seu regnum Hiberniae intra quadrimestre a die receptionis Brevis sub poena privationis offic. et facultatum, iuxta decr. S. Congr. Prop. 12 Maii 1671 emanatum et a S. S. 16 Maii approbatum (S. Br. 1473 f. 48 s.).

[3]) Pbr. saec. Hibernus, deput. vic. apost. Deren., iuxta decr. S. Congr. Prop. 14 Dec. 1683 emanatum et a S. S. 21 Dec. approbatum (S. Br. 1689 f. 9).

[4]) Cf. Hierarchia III², 186.

[5]) Promovetur c. ret. compat. (AC 24 f. 82); bulla prov. (S. Br. 2050 f. 212 ss.); nat. in loco de Mastrim dioec. Ardachaden., aet. 50 an. circ., pbr., doct. theol. in coll. de Prop. Romae 24 Maii 1693 (P. Dat. 1694 f. 31 ss.); nomin. r. Angliae 31 Ian. 1693 (l. c.); ob. Romae 19 Ian. 1697 (Galletti Vat. Lat. 7900 f. 127').

[6]) Vic. apost. Dunen. et Connoren., promovetur c. ind. ... cons. ep. et 2 dign. (S. Br. 2484 f. 1 ss.); nomin. r. Angliae 21 Dec. 1719 (l. c. f. 3).

[7]) Vic. gen. Deren., promovetur ad Deren. (S. Br. 2681 f. 2'); nomin. r. Angliae 17 Aug. 1726 (l. c. f. 3).

Dertonen.

[1]) A. 1701: Civ. Dertonen. sita in Lombardia inhabitatur a 4000 circ. incolarum, sub dominio temporali regis cath.; eccl. cathedr. sub invocatione S. Laurentii suffrag. metrop. Mediolanen.; in ea sunt 5 dign. et 18 can.^tus; valor ann. fr. mens. epalis 3200 scut. mon. Rom.; in civ. sunt 4 eccl. paroec., 10 conventus virorum et 4 mon. monialium; dioec. amplectitur 30 circ. loca (P. Dat. 1701 f. 23 ss.); taxa 800 flor. (AC 25 f. 26).

[2]) Ob. Romae 23 Apr. 1682 (Galletti Vat. Lat. 7900 f. 113').

[3]) Promovetur c. decr. ... vac. can.^tus et poenitentiaria Mediolanen. et omnia alia benef., quae obtinet, suspenso effectu vacationis respectu compat. usque ad sui obitum (AC 23 f. 130'); nat. in civ. Mediolanen. 12 Nov. 1625, prom. ad ord. subdiac.^tus, diac.^tus ac pbr.^tus 20, 25 Mart., 3 Apr. 1649, doct. iur. utr. Sapientiae Rom., iam vic. gen. Mediolanen. (P. Dat. 1683 f. 77 ss); ob. in resid. m. Aug. 1700 (P. Dat. 1701 f. 24').

[4]) Promovetur c. reserv. pens. 500 scut. mon. Rom. pro pers. nominandis (AC 25 f. 26); nat. in civ. Mediolanen., bapt. 9 Aug. 1657, prom. ad ord. pbr.^tus 3 Nov. 1697, doct. iur. utr. Papien. 24 Ian. 1687, ref. utr. sign., iam gub. Nursiae, Aesin., ad praesens Civitatis Vetulae (P. Dat. 1701 f. 21 ss.); fit ep. solio Pontif. assist. 28 Mart. 1717 (S. Br. 2434 f. 4); ob. in resid. m. Ian. 1743 (P. Dat. 1743 f. 23).

Dertusen.

[1]) A. 1685: Civ. Dertusen. sita in principatu Cathalauniae inhabitatur a 2000 circ. incolarum, sub dominio temporali regis cath.; eccl. cathedr. sub invocatione Assumptionis B.M.V. suffrag. metrop. Tarraconen.; in ea sunt 12 dign. et 24 can.^tus; valor ann. fr. mens. epalis 15000 circ. duc. mon.; in civ. sunt 1 eccl. paroec., 8 conventus virorum et 3 mon. monialium; dioec. amplectitur 100 circ. loca (P. Cons. 84 f. 162' ss.); taxa (a. 1686) 2660 flor. (AM 43 f. 250').

[2]) Ob. circ. m. Apr. 1685 (P. Cons. 84 f. 164).

[3]) Absolv. a vinc. Gerunden., tr. c. decr. ... erig. theol., mont. piet., c. reserv. pens. 1480 duc. auri de Camera et 4 regalium pro pers. nominandis, non exced. ... 3^am fr. (AC 23 f. 177'); praesent. r. cath. 5 Sept. 1685 (P. Cons. 84 f. 165); ob. 24 Dec. 1700 (P. Cons. 95 f. 125).

[4]) Praesent. r. cath., promovetur c. decr. ... vac. eccl. paroec. S. Michaelis, erig. mont. piet., c. reserv. pens. usque ad sum. 1896 1/2 duc. auri de Camera etc. ut supra (AC 25 f. 57); nat. in loco de Almonacid dioec. Toletan., aet. 54 an. circ., pbr., mag. theol. (P. Cons. 95 f. 115 ss.); tr. ad Salamantin. 13 Iun. 1714.

tr. Silvestri ad Salamantin.	**Ioannes** Miguélez de Mendaña [5])	17 Sept. 1714	AC 26 f. 191
ob. Ioannis	**Bartholomaeus** Camacho y Madueño [6])	4 Mart. 1720	AC 27 f. 151'

Dianen(sis) *(Diana)* in Numidia, tit.[1])

certo modo	**Thomas Franciscus** Czapski, O.Cist., fit coadi.c.f.s. Culmen.[2])	1 Iul. 1726	AC 28 f. 231

Dien(sis) *(Die)* in Gallia [1])

cess. Danielis de Cosnac	**Armandus** de Montmorin [2])	7 Iul. 1692	AC 24 f. 26
tr. Armandi ad Viennen.	**Seraphinus** de Pajot du Plouy [3])	13 Sept. 1694	AC 24 f. 98
ob. Seraphini	**Gabriel** de Cosnac [4])	12 Iun. 1702	AC 25 f. 62'

Dignen(sis) *(Digne)* in Gallia [1])

tr. Tussani de Forbin Janson ad Massilien.	**Ioannes** de Vintimille du Luc [2])	2 Iun. 1670	AC 22 f. 38'
tr. Ioannis ad Tolonen.	**Henricus Felix** de Tassy [3])	19 Oct. 1676	AC 22 f. 208'
tr. Henrici F. ad Cabillonen.	**Franciscus** Le Tellier [4])	28 Febr. 1678	AC 22 f. 253'
ob. Francisci	**Henricus** du Puget [5])	3 Oct. 1708	AC 25 f. 222

---

[5]) Promovetur c. decr. ... prof. fidei, vac. benef., quae obtinet, erig. mont. piet., c. reserv. pens. usque ad sum. 1771 duc. auri de Camera et 5 iuliorum mon. Rom. etc. ut supra (AC 26 f. 191); nat. in civ. Vallisoletan., aet. 58 an., pbr., lic. iur. utr., iam vic. gen. et capitularis Astoricen., inquisitor Matriti (P. Dat. 1714 f. 153 ss.); praesent. r. cath. 13 Iul. 1714 (l. c.).

[6]) Pbr. Corduben. dioec., doct. theol., praesent. r. cath., promovetur c. decr. ... vac. can.[tus] et praeb. Palentin., erig. mont. piet., c. reserv. pens. usque ad sum. 2281 duc. auri de Camera et 6 iuliorum mon. Rom. etc. ut supra (AC 27 f. 151'); ob. 1 Apr. 1757 (Gams 83).

Dianen.

[1]) Eccl. Dianen. sita est in Numidia (Index Sed. tit. n. 1389).

[2]) Promovetur ad Dianen. et deput. coadi. c.f.s. ep.° Culmen. (AC 28 f. 231); cf. Culmen.

Dien.

[1]) In consist. secreto 7 Iul. 1692 dissolvitur unio eccl. Valentinen. et Dien., iam aeque principaliter unitarum (AC 24 f. 26); eadem die eccl. Dien. taxatur ad 2126 flor. (l. c. f. 28). A. 1694: Civ. Dien. sita in prov. Delphinatus inhabitatur a 4000 circ. incolarum, sub dominio temporali ep.[i]; eccl. cathedr. sub invocatione B.M.V. suffrag. metrop. Viennen.; in ea sunt 2 dign. et 12 can.[tus]; valor ann. fr. mens. epalis 10000 libr. Turonen.; in civ. sunt 4 conventus virorum et 1 mon. monialium; dioec. amplectitur 192 parochias (P. Cons. 88 f. 137' s.).

[2]) Promovetur eique iniungitur. ... extens. regaliae, c. decr. ... prof. fidei, c. decr. ... erig. poenit., sem. (AC 24 f. 26); nat. in dioec. Claromontan., aet. 47 an., pbr., doct. theol. (P. Cons. 86 f. 498 ss.); nomin. r. X[mo] 5 Oct. 1691 (l. c. f. 504); tr. ad Viennen. 19 Iul. 1694.

[3]) Promovetur eique iniungitur etc. ut supra, c. ret. compat., c. decr. ... erig. poenit., mont. piet. (AC 24 f. 98); nat. Parisiis, aet. 50 an., pbr., doct. theol. Parisien. (P. Cons. 88 f. 132 ss.); nomin. r. X[mo] 10 Apr. 1694 (l. c. f. 132); ob. circ. m. Oct. 1701 (P. Cons. 95 f. 142).

[4]) Promovetur eique iniungitur etc. ut supra, c. ret. compat., c. decr. ... repar. dom. epalis, instit. poenit., erig. mont. piet. (AC 25 f. 62'); nat. in loco de Vic-Le-Comte dioec. Claromontan., aet. 51 an., pbr., lic. theol., praep. et vic. gen. Aquen. (P. Cons. 95 f. 133 ss.); nomin. r. X[mo] 24 Dec. 1701 (l. c. f. 133); dim. 24 Iul. 1734 (P. Dat. 1734 f. 99 ss.).

Dignen.

[1]) A. 1669: Civ. Dignen. sita in prov. Provinciae inhabitatur a 6000 circ. incolarum, sub dominio temporali regis X[mi] et ep.[i]; eccl. cathedr. sub invocatione S. Hieronymi suffrag. metrop. Ebredunen.; in ea sunt 4 dign. et 19 can.[tus]; valor ann. fr. mens. epalis 8000 circ. libr. Turonen.; in civ. sunt 3 conventus virorum et 2 mon. monialium; dioec. amplectitur 35 parochias (P. Cons. 68 f. 242 ss.); taxa (a. 1670) 400 flor. (AM 42 f. 114').

[2]) Promovetur c. ret. compat., c. decr. ... erig. poenit., sem., mont. piet. (AC 22 f. 38'); nat. in castro de Luc dioec. Foroiulien., aet. 55 an. et ultra, pbr., doct. iur. can. (P. Cons. 68 f. 228 ss.); nomin. r. X[mo] 13 Sept. 1669 (l. c. f. 228); tr. ad Tolonen. 27 Apr. 1676.

[3]) Promovetur c. decr. ... repar. cathedr., erig. poenit., sem., mont. piet. (AC 22 f. 208'); nat. in dioec. Parisien., aet. 35 an., pbr., mag. theol. (P. Cons. 75 f. 169 ss.); nomin. r. X[mo] 17 Sept. 1675 (l. c. f. 174); tr. ad Cabillonen. 31 Ian. 1678.

[4]) Promovetur c. ret. compat., c. decr. ... repar. dom. epalis, erig. etc. ut supra (AC 22 f. 253'); nat. Parisiis a. 1630, pbr. m. Iun. 1657, doct. theol. Bituricen., archipbr. et rect. eccl. S. Severini Parisiis (P. Cons. 77 f. 245 ss.); nomin. r. X[mo] 12 Oct. 1677 (l. c. f. 259); ob. 11 Febr. 1708 (Gams 546).

[5]) Promovetur eique iniungitur ... extens. regaliae, c. ret. compat. ac mon. de Simorra O.S.B. Auxitan. dioec., quod in commendam obtinet, c. decr. ... prof. fidei, repar. cathedr. et dom. epalis, erig. etc. ut supra (AC 25 f. 222); nat. in civ. Tolosan., aet 50 an. circ., doct. theol., iam vic. gen. Auxitan. et Vivarien. (P. Cons. 101 f. 110 ss.); nomin. r. X[mo] 17 Apr. 1708 (l. c. f. 111); ob. 22 Ian. 1728 (P. Cons. 115 f. 114).

Diocaesarien(sis) *(Diocaesarea)* in partibus infidelium, tit.[1])

ob. Martini P. Kemlick	**Otto Reinholdus** de Andrimont, fit suffrag. Pragen.[2])	9 Sept. 1669	AC 22 f. 29
ob. Ottonis R.	**Antonius** a S. Maria, O.F.M.Ref.[3])	18 Iul. 1678	AC 22 f. 265

Dioclen(sis) seu **Dioclean(a)** *(Dioclea)* in Phrygia Pacatiana Prima, tit.[1])

certo modo	**Dominicus** Iannutius (Giannuzzi)[2])	2 Dec. 1669	S. Br.
ob. Dominici	**Ioannes Eustachius Egolphus** von Westernach, fit suffrag. Augustan.[3])	23 Iun. 1681	AC 23 f. 75
ob. Ioannis E. E.	**Ioannes Adamus** Nieberlein, fit suffrag. Eystetten.[4])	12 Mart. 1708	AC 25 f. 207'

Diocletianen(sis) *(Diocletiana)* seu **Diocletianopolitan(a)** *(Diocletianopolis)* in partibus infidelium, tit.[1])

certo modo[2])	**Adolphus Godefridus** Volusius, fit suffrag. Moguntin.[3])	22 Iun. 1676	AC 22 f. 203
ob. Adolphi G.	**Casimirus Ioannes** Opaliński, O.Cist., fit coadi.c.f.s. Posnanien.[4])	8 Ian. 1680	AC 23 f. 26
tr. Casimiri I. ad Culmen.	**Maximilianus Henricus** Bormann, fit suffrag. Treviren.[5])	6 Apr. 1682	AC 23 f. 97'

Dionysien(sis) *(Dionysias)* in Arabia, tit.[1])

certo modo	**Stanislaus** Szembek, fit suffrag. Cracovien.[2])	11 Ian. 1690	AC 23 f. 253

Diocaesarien.

[1]) Duae habentur eccl. Diocaesarien., una in Isauria sub metrop. Seleucen., altera in Palaestina Secunda sub metrop. Scythopolitan. (Index Sed. tit. nn. 901, 990).

[2]) Promovetur ad Diocaesarien. et deput. suffrag. Pragen. ad pontif., c. ret. compat., c. assign. congruae 300 duc. auri de Camera (AC 22 f. 29); bulla prov. (S. Br. 1443 f. 458 ss.); nat. in castro de Andrimont dioec. Leodien., aet. 44 an. circ., pbr., iam professus O.E.S. Aug., ad praesens praep. Raudricen. (P. Dat. 1669 f. 235 ss.); 10 Maii 1670 ei conc. ind.... cons. ep. et 2 abb. (S. Br. 1445 f. 167); dim. suffraganeatum ante 22 Nov. 1674 (A. Cons. 1674 tom. II f. 120).

[3]) Promovetur c. decr.... prof. fidei ante cons. (AC 22 f. 265); bulla prov. (S. Br. 1775 f. 338 ss.); nat. in dioec. Lamecen., aet. 60 an. circ., iam lect. phil. et theol., guardianus in diversis conventibus et provincialis prov. S. Antonii Portugalliae (P. Dat. 1678 f. 85 ss.); tr. ad Miranden. 9 Apr. 1685.

Dioclen.

[1]) Eccl. Dioclean. sita in Phrygia Pacatiana Prima sub metrop. Laodicen. (Index Sed. tit. n. 475).

[2]) Pbr. Romanus, utr. sign. ref., promovetur c. ret. omnium, quae obtinet (S. Br. 1437 f. 240 ss.); consecr. Romae a Petro card. Vidono 18 Maii 1670 (Vat. Lat. 12339 f. 11); ob. Romae 23 Aug. 1680 aet. 84 an. (Galletti Vat. Lat. 7900 f. 111).

[3]) Promovetur ad Dioclen. et deput. suffrag. Augustan. prov. Moguntin. ad pontif., c. ret. can.tus Augustan., c. assign. congruae 300 duc. auri de Camera super fructibus mensae epalis Augustan., salva tamen pari assign. olim facta Gaspari ep. Adramytten. eiusdem eccl. Augustan. suffraganeo, c. decr.... prof. fidei ante cons. (AC 23 f. 75); bulla prov. (S. Br. 1773 f. 337 ss.), nat. in loco Arbonen., bapt. 8 Nov. 1649, charactere cler. insign. 25 Febr. 1665, prom. ad ord. min. et subdiac.tus 15, 21 Sept. 1675, diac.tus ac pbr.tus 20 Apr., 15 Iun. 1680 (P. Dat. 1681 f. 73 ss.); 10 Iul. 1681 ei conc. ind.... cons. ep et 2 abb. (S. Br. 1659 f. 75); ob. ante 17 Dec. 1707 (P. Dat. 1707 f. 122 ss.).

[4]) Promovetur ad Dioclen. et deput. suffrag. Eystetten. ad pontif., c. ret. can.tus et praeb. Augustan., c. assign. congruae 300 duc. auri de Camera super fructibus mensae epalis Eystetten., c. decr.... prof. fidei (AC 25 f. 207'); bulla prov. (S. Br. 2534 f. 151 ss.); nat. in civ. Eystetten., bapt. 17 Febr. 1662, prom. ad ord. pbr.tus 17 Mart. 1686, doct. theol., alumnus coll. Germanici de Urbe, can. et vic. gen. Eystetten. (P. Dat. 1707 f. 110 ss.); 17 Mart. 1708 ei conc. ind.... cons. ep. et 2 abb. (S. Br. 2226 f. 54); res. suffraganeatum ante 15 Sept. 1744 (P. Cons. 132 f. 642); ob. 28 Dec. 1748 (Steinhuber II, 103).

Diocletianen.

[1]) Eccl. Diocletianen. sita est in Dardania sub metrop. Scupen. (Index Sed. tit. n. 152). Tres habentur eccl. Diocletianopolitan., una in Palaestina Prima sub metrop. Caesarien., altera in Thebaide Secunda sub metrop. Ptolemaiden., tertia in Thracia sub metrop. Philippopolitan. (l. c. nn. 962, 760, 592). In actis tamen non satis distinguitur inter istas eccl. titulares.

[2]) In AC erronee dicitur eccl.am vacare ob. Ioannis Vincentii de Gallia (cf. Hierarchia IV, 175, Dioclen.).

[3]) Promovetur ad Diocletianopolitan. et deput. suffrag. Moguntin. ad pontif., c. decr.... prof. fidei ante cons., c. assign. congruae 300 duc. auri de Camera (AC 22 f. 203); nat. in dioec. Moguntin., quinquagenario longe maior, pbr., mag. theol., alumnus coll. Urbani de Prop., can. et decan. colleg. B. Mariae ad Gradus et S. Mauritii civ. Moguntin. (e bulla prov. S. Br. 1595 f. 183 ss.); ob. 17 Mart. 1679 (L.Th.K. X, 691).

[4]) Promovetur ad Diocletianen. et deput. coadi. c.f.s. ep.o Posnanien. (AC 23 f. 26); cf. Posnanien.

[5]) Promovetur ad Diocletianen. et deput. suffrag. Treviren. ad pontif., c. ret. decanatus colleg. S. Georgii Colonien., c. assign. congruae 300 duc. auri de Camera super fructibus mensae archiepalis Treviren. (AC 23 f. 97'); aet. 33 an. circ., pbr., doct. iur. utr. (e bulla prov. S. Br. 1776 f. 154 ss.); 22 Apr. 1682 ei conc. ind.... cons. ep. et 2 abb. (S. Br. 1668 f. 134); ob. ante 10 Iun. 1687 (A. Cons. 1685/1686/1687 f. 486).

Dionysien.

[1]) Eccl. Dionysien. sita est in Arabia sub metrop. Bostren. (Index Sed. tit. n. 866).

[2]) Promovetur ad Dionysien. et deput. suffrag. Cracovien. ad pontif., c. ret. can.tus et archidiaconatus, quos in Cracovien. et Zawichosten. eccl. obtinet, c. assign. congruae 300 duc. auri de Camera super fructibus mensae epalis Cracovien. (AC 23 f. 253); nat. in dioec. Cracovien., aet. 38 an. circ., pbr., doct. iur. utr. (e bulla prov. S. Br. 1818 f. 251 ss.); tr. ad Vladislavien. 21 Iun. 1700.

tr. Stanislai ad Vladislavien.	**Laurentius** de Armengual del Pino, fit suffrag. Caesaraugustan.[3])	3 Ian. 1701	AC 25 f. 19
certo modo	**Basilius** Matranga, O.S.Bas.[4])	19 Aug. 1715	S. Br.

Diospolitan(a) *(Diospolis)* in partibus infidelium, tit.[1])

certo modo	**Ioannes** Bortone[2])	22 Dec. 1727	AC 29 f. 59
certo modo	**Augustinus** Lubieniecki, O.S.Bas.[3])	21 Ian. 1730	S. Br.

Dodonaea v. **Bodonen(sis)**

Dolen(sis) *(Dol)* in Gallia[1])

ob. Matthaei Thoreau[2])	**Ioannes Franciscus** Chamillart[3])	6 Oct. 1692	AC 24 f. 29
tr. Ioannis Fr. ad Silvanecten.	**Franciscus Elias** de Voyer de Paulmy d'Argenson[4])	11 Dec. 1702	AC 25 f. 75'
tr. Francisci E. ad Ebredunen.	**Ioannes Ludovicus** de Bouchet de Sourches[5])	30 Mart. 1716	AC 26 f. 245

S. Dominici *(Santo Domingo)* in insula Hispaniola (Haiti), metrop.[1])

ob. Francisci de la Cueva y Maldonado	**Ioannes** de Escalante Turcios y Mendoza[2])	27 Febr. 1673	AC 22 f. 139
tr. Ioannis ad Yucatanen.	**Dominicus** Fernández Navarrete, O.P.[3])	4 Maii 1682	AC 23 f. 103

---

[3]) Promovetur ad Dionysien. et deput. suffrag. Caesaraugustan. ad pontif., c. ret. capellaniae S. Iacobi ab ipsomet archiep. in praedicta eccl. fundatae, ceterorum benef. simplicium, quae obtinet, pro eius congrua sustentatione (AC 25 f. 19); aet. 36 an. circ., pbr. Malacitan., doct. iur. can. (e bulla prov. S. Br. 2528 f. 35 ss.); 5 Mart. 1712 ei conc. lic. immiscendi se criminalibus ratione muneris consiliarii regii Camerae Castellae, ad triennium (S. Br. 2316 f. 59); tr. ad Gadicen. 6 Maii 1715.

[4]) Pbr. rit. Graeci, promovetur iuxta decr. S. Congr. Prop. 30 Iul. 1715 emanatum et a S. S. 1 Aug. approbatum, c. ind.... cons. ep. rit. Graeci et 2 dign. (S. Br. 2394 ff. 11-13); uti abb. mon. S. M. Omnium Gratiarum O.S.Bas. dioec. Panormitan. 26 Oct. 1714 deput. vic. apost. in regione Cimarrae in Epiro iuxta decr. S. Congr. Prop. 24 Sept. 1714 emanatum (S. Br. 2376 ff. 1-2); tr. ad Achridan. 7 Oct. 1726 (cf. Achridan.); in locum praedicti Basilii Iosephus Schirò deput. vic. apost. Cimarrae 9 Sept. 1719 (S. Br. 2479 f. 15).

Diospolitan.

[1]) Tres habentur eccl. Diospolitan., una in Thracia sub metrop. Philippopolitan., altera in Aegypto Secunda sub metrop. Cabasitan., tertia in Thebaide Secunda sub metrop. Ptolemaiden. (Index Sed. tit. nn. 593, 733, 761).

[2]) Promovetur c. ret. omnium, quae obtinet (AC 29 f. 59); bulla prov. (S. Br. 2748 f. 366); nat. in loco Quindici nunc. dioec. Nolan., bapt. 22 Sept. 1678, prom. ad ord. pbr.[tus] 24 Sept. 1701, doct. iur. utr. Sapientiae Rom. 27 Oct. 1714, prael. domest. Clementis PP. XI et Innocentii PP. XIII, ad praesens utr. sign. ref. et prael. domest. necnon cubic. honoris (P. Dat. 1727 f. 392 ss.); consecr. Romae a Sum. Pont. 1 Ian. 1728 (Arch. Caer. 591 p. 241).

[3]) Abb. mon. Minscen. ac superior mon. Vitebscen., olim alumnus in coll. Urbano de Prop., promovetur c. ind. suscipiendi munus concr.[tis] ab archiep. Plocen. (S. Br. 2735 f. 406 ss.).

Dolen.

[1]) A. 1702: Civ. Dolen. sita in prov. Britanniae Minoris inhabitatur a 500 circ. incolis; eccl. cathedr. sub invocatione S. Samsonis suffrag. metrop. Turonen.; in ea sunt 4 dign. et 16 can.[tus]; valor ann. fr. mens. epalis 14000 libr. Turonen.; in civ. sunt 1 eccl. paroec. et 2 mon. monialium; dioec. amplectitur 100 circ. parochias (P. Cons. 95 f. 153' ss.); taxa 4000 flor. (AC 25 f. 75').

[2]) Ob. 31 Ian. 1692 (Gams 547).

[3]) Promovetur eique iniungitur... extens. regaliae, c. ret. compat. ac mon. Fontis Gumbaldi O.S.B. dioec. Bituricen., ac prioratus conventualis commend. de l'Isle-Adam dioec. Belvacen., c. decr.... repar. cathedr. et dom. epalis, erig. poenit., sem., mont. piet. (AC 24 f. 29); nat. Parisiis, aet. 35 an. circ., pbr., doct. theol. Parisien. (P. Cons. 86 f. 667 ss.); nomin. r. X[mo] 5 Apr. 1692 (l. c. f. 677); tr. ad Silvanecten. 31 Iul. 1702.

[4]) Promovetur eique iniungitur etc. ut supra, c. ret. compat., c. decr.... repar. etc. ut supra, instr. supellect., erig. mont. piet. (AC 25 f. 75'); nat. Parisiis, bapt. 23 Sept. 1656, pbr., doct. theol. Parisien., decan. S. Germani Parisien. (P. Cons. 95 f. 146 ss.); nomin. r. X[mo] 15 Apr. 1702 (l. c. f. 146); tr. ad Ebredunen. 16 Dec. 1715.

[5]) Promovetur c. ret. mon. S. Martini de Troarno O.S.B. dioec. Baiocen., quod in commendam obtinet, c. decr.... repar. etc. ut supra, instr. supellect., erig. poenit., mont. piet., c. reserv. pens. 1000 libr. Turonen. pro pers. nominata (AC 26 f. 245); nat. Parisiis, aet. 46 an., pbr. 5 Iun. 1694, doct. theol. Parisien. (P. Cons. 105 f. 249 ss.); nomin. r. X[mo] 20 Apr. 1715 (l. c. f. 250); ob. 30 Iun. 1748 (P. Cons. 136 f. 249').

S. Dominici

[1]) A. 1672: Civ. S. Dominici sita in insula Hispaniola continet 400 et ultra focularia, sub dominio temporali regis cath.; eccl. metrop. est sub invocatione B.M.V.; in ea sunt 5 dign. et 9 can.[tus]; valor ann. fr. mens. archiepalis 1000 circ. duc. argenti; in civ. sunt 3 conventus virorum; dioec. amplectitur 9 loca (P. Cons. 72 f. 311 s.); taxa (a. 1673) 500 flor. (AM 42 f. 187').

[2]) Promovetur c. ind.... cons. ep. et 2 dign., c. decr.... prof. fidei et iuram. fidel. ante cons., erig. theol., poenit., sem., mont. piet. (AC 22 f. 139); conc. pallium in eodem consist. (l. c. f. 139'); nat. in civ. de Comayagua, aet. 64 an. circ., pbr., doct. theol., iam vic. gen. Vallisoletan. et de Comayagua, ad praesens decan. de Campeche (P. Cons. 72 f. 302 ss.); praesent. r. cath. 23 Oct. 1672 (l. c. f. 309); tr. ad Yucatanen. 29 Apr. 1680.

[3]) Promovetur c. ind.... cons. ep. et 2 dign., c. decr.... prof. fidei ante cons., repar. dom. archiepalis, erig. etc. ut supra (AC 23 f. 103); conc. pallium in eodem consist. (l. c. f. 104); nat. in oppido de Castrogeriz, aet. 70 an., mag. theol. (P. Cons. 81 f. 226 ss.); praesent. r. cath. 6 Mart. 1682 (l. c. f. 230); ob. circa m. Febr. 1686 (P. Cons. 84 f. 442').

ob. Dominici	**Ferdinandus** de Carvajal y Rivera, O.Merc.[4])	3 Mart. 1687	AC 23 f. 196
ob. Ferdinandi	**Franciscus** del Rincón, O.Minim.[5])	14 Dec. 1705	AC 25 f. 151
tr. Francisci ad de Venezuela	**Antonius Claudius** Álvarez de Quiñones[6])	12 Apr. 1717	AC 27 f. 15
tr. Antonii Cl. ad S. Fidei	**Franciscus** Mendigaña y Armendáriz[7])	8 Apr. 1726	AC 28 f. 223
ob. Francisci	**Ioannes** de Galabís, O.Praem.[8])	28 Nov. 1729	AC 29 f. 204

Domitiopolitan(a) *(Domitiopolis)* in Isauria, tit.[1])

certo modo	**Stephanus** Weinberger, fit suffrag. Herbipolen.[2])	3 Aug. 1667	AC 21 f. 166'
ob. Stephani	**Ioannes Christophorus** Haus, fit suffrag. Basileen.[3])	26 Ian. 1705	AC 25 f. 132
ob. Ioannis Chr.	**Franciscus** Kaznowski, fit suffrag. Posnanien.[4])	7 Sept. 1729	AC 29 f. 197'

Doren(sis) seu **Doritan(a)** *(Dora)* in Palaestina Prima, tit.[1])

certo modo	**Emericus** Esterházy de Galántha[2])	23 Iul. 1725	AC 28 f. 182'

Dorylen(sis) *(Dorylaeum)* in Phrygia Salutari Prima, tit.[1])

certo modo	**Ioannes Hugo** von Gaertz, fit suffrag. Osnabrugen.[2])	4 Febr. 1715	AC 26 f. 208'

---

[4]) Praesent. r. cath., promovetur c. ind. ... cons. ep. et 2 dign., c. decr. ... erig. etc. ut supra (AC 23 f. 196); conc. pallium 28 Apr. 1687 (l. c. f. 200); nat. in civ. Salamantin., aet. 54 an. circ., mag. theol. Salamantin., iam proc. gen., concionator regis cath. (P. Cons. 84 f. 440 ss.); 21 Mart. 1687 ei conc. ind. suscipiendi munus consecr.[is] in Hispania (S. Br. 1729 f. 30); ob. 24 Apr. 1701 (Pérez 329).

[5]) Praesent. r. cath., promovetur c. ind. ... cons. ep. et 2 dign., c. decr. ... erig. theol. et poenit. (AC 25 f. 151); conc. pallium 25 Ian. 1706 (l. c. f. 153); nat. in dioec. Toletan., aet. 55 an., lect. iubilatus, iam provincialis prov. Castellae, ad praesens concionator regis cath., qualificator Supremae Inquisitionis (P. Cons. 98 f. 329 ss.); 11 Ian. 1706 ei conc. ind. suscipiendi munus consecr.[is] in Hispania (S. Br. 2175 f. 66); tr. ad de Venezuela 26 Febr. 1714.

[6]) Praesent. r. cath., promovetur c. ind. ... cons. ep. et 2 dign., c. decr. ... prof. fidei, vac. can.[tus] et praeb. colleg. de Berlango dioec. Seguntin., repar. dom. archiepalis (AC 27 f. 15); conc. pallium in eodem consist. (l. c. f. 15'); nat. in loco Alcalá de Henares dioec. Toletan., aet. 30 an. et ultra, pbr., lic. iur. can., vic. gen. Seguntin. (P. Cons. 106 f. 129 ss.); tr. ad S. Fidei 29 Ian. 1725.

[7]) Praesent. r. cath., promovetur c. ind. ... cons. ep. et 2 dign., c. decr. ... prof. fidei, vac. archidiaconatus S. Fidei, repar. cathedr., erig. mont. piet. (AC 28 f. 223); conc. pallium in eodem consist. (l. c. f. 225); nat. in loco de Astrain regni Navarrae, bapt. 17 Maii 1674, pbr., doct. theol., cathedraticus Compluten. (P. Cons. 112 f. 264 ss.).

[8]) Promovetur c. ind. ... cons. ep. et 2 dign., c. decr. ... instit. sem., erig. mont. piet. (AC 29 f. 204); conc. pallium in eodem consist. (l. c. f. 208); nat. in loco de Robledillo dioec. Civitaten., bapt. 13 Maii 1683, mag. theol., lect. phil. et theol., abb. in diversis mon. (P. Dat. 1729 f. 182 ss.); praesent. r. cath. 17 Sept. 1729 (l. c.); tr. ad S. Fidei 3 Mart. 1738 (AC 31 f. 156'); ob. circ. a. 1739 (P. Cons. 126 f. 197).

Domitiopolitan.

[1]) Eccl. Domitiopolitan. sita est in Isauria sub metrop. Seleucen. (Index Sed. tit. n. 902).

[2]) Promovetur ad Domitiopolitan. et deput. suffrag. Herbipolen. ad pontif., c. ret. cant.[tus] et praeb. colleg. de Neumünster civ. Herbipolen., et compat., c. assign. congruae 300 duc. auri de Camera, c. decr. ... prof. fidei ante cons. (AC 21 f. 166'); bulla prov. (S. Br. 1441 f. 93 ss.); nat. in loco de Abensberg dioec. Ratisbonen., aet. 42 an. circ. pbr., lic. theol. Ingolstadien. 10 Ian. 1649, regens sem. Herbipolen. per 11 annos (P. Dat. 1667 f. 185 ss.); ob. 13 Iun. 1703 (A. Cons. 1704 f. 620).

[3]) Promovetur ad Domitiopolitan. et deput. suffrag. Basileen. ad pontif., c. assign. congruae 300 duc. auri de Camera super fructibus mensae epalis Basileen., c. ret. can.[tus] et praeb. Basileen. ac compat. (AC 25 f. 132); bulla prov. (S. Br. 2531 f. 47 ss.); nat. in loco Stein nunc. prope Säckingen dioec. Basileen. 28 Ian. 1652, prom. ad ord. pbr.[tus] 16 Febr. 1676, doct. theol. coll. de Prop. Romae 2 Dec. 1676, iam parochus in loco Gemar nunc., praep. colleg. S. Martini Colmariae, ad praesens vic. gen. Basileen. (A. Cons. 1704 f. 349 ss.); 30 Ian. 1705 ei conc. ind. ... cons. ep. et 2 abb. (S. Br. 2151 f. 55); 9 Apr. 1707 deput. visit. apost. Vallis Mesolcinae (S. Br. 2205 f. 25 ss.); ob. 12 Sept. 1725 (A. Cons. 1729 tom. II f. 96).

[4]) Promovetur ad Domitiopolitan. et deput. suffrag. Posnanien. ad pontif., c. ret. archidiaconatus Posnanien., c. assign. congruae 300 duc. auri de Camera super fructibus mensae epalis Posnanien. (AC 29 f. 197'); bulla prov. (S. Br. 2749 f. 390 ss.); nat. in loco Neoforen. dioec. Culmen., bapt. 2 Oct. 1673, charactere cler. insign. et prom. ad ord. min. 5 Iun. 1694, subdiac.[tus] et diac.[tus] 21 Apr., 16 Iun. 1696, pbr.[tus] 15 Mart. 1698, doct. iur. utr. Cracovien. 27 Nov. 1725, vic. gen. Posnanien. (P. Cons. 115 f. 268 ss.); ob. circ. a. 1732 (P. Cons. 119 f. 452).

Doren.

[1]) Eccl. Doritan. sita est in Palaestina Prima sub metrop. Caesarien. (Index Sed. tit. n. 963).

[2]) Promovetur c. disp. ... gradus, c. ret. omnium, quae obtinet, c. decr. ... prof. fidei (AC 28 f. 182'); bulla prov. (S. Br. 2745 f. 535 ss.); nat. in dioec. Iaurinen., aet. 36 an. circ., pbr., can. Posonien., praep. B.M.V. in Rátót nunc., alumnus coll. Germanici de Urbe a 19 Oct. 1708 usque ad 2 Maii 1711 (P. Dat. 1725 f. 175 ss.); 21 Nov. 1725 ei conc. ind. ... cons. ep. et 2 abb. (S. Br. 2649 f. 71); tr. ad Nitrien. 29 Maii 1741 (AC 32 f. 29); ob. in civ. Strigonien. 29 Nov. 1763 (Veress 114).

Dorylen.

[1]) Eccl. Dorylen. sita est in Phrygia Salutari Prima sub metrop. Synnaden. (Index Sed. tit. n. 496).

[2]) Promovetur ad Dorylen. et deput. suffrag. Osnabrugen. ad pontif., c. ret. can.[tus] et praeb. colleg. S. Florini Confluentiae Treviren. dioec., c. assign. congruae 300 duc. auri de Camera super fructibus mensae epalis Osnabrugen. (AC 26 f. 208'); bulla prov. (S. Br. 2539 f. 63 ss.); nat. Confluentiae dioec. Treviren. 15 Aug. 1684, prom. ad ord. diac.[tus] 22 Dec. 1708, pbr.[tus] 23 Febr. 1709, doct. theol. Sapientiae Rom. 22 Mart. 1709, lic. iur. utr., officialis et iudex ord. in inferiore dioec. Treviren. (P. Cons. 104 f. 167 ss.); 15 Febr. 1715 deput. vic. apost. Missionum Septentrionalium exceptis tamen locis moderno ep. Spigacen. alteri vic. apost. assignatis, iuxta decr. S. Congr. Prop. 5 Febr. 1715 emanatum et a S. S. 7 Febr. approbatum (S. Br. 2382 f. 5); ob. ante 25 Ian. 1717 (A. Cons. 1718 tom. I f. 479').

Dragobitien(sis) seu **Dragonen(sis)** *(Dragobitia, Drago)* in Macedonia Prima, tit.[1])

ob. Camilli Piazza	**Ioannes Wernerus** Schnatz, fit suffrag. Bambergen.[2])	16 Nov. 1705	AC 25 f. 147'

Drasen(sis) *(Drasus)* in Arabia, tit.[1])

certo modo	**Petrus** Morcillo Rubio de Auñón, fit suffrag. Liman.[2])	14 Febr. 1724	AC 28 f. 72'

Dromoren(sis) seu **Drumoren(sis)** *(Dromore)* in Hibernia [1])

. . . .	**Romanus** Magin al. Ghineus, fit vic. apost.[2])	30 Iun. 1671	S. Br.
. . . .	**Daniel** Mackey, ep. Dunen. et Connoren.[3])	. . . .	. . . .
ob. Danielis	**Patritius** O'Donnelly [4])	22 Iun. 1697	AC 24 f. 175'

Duacen(sis) *(Kilmacduagh)* in Hibernia

. . . .	**Michael** Linch, fit vic. apost.[1])	30 Iun. 1671	S. Br.
certo modo	**Ambrosius** O'Madden [2])	15 Mart. 1707	S. Br.
certo modo	**Franciscus** de Burgo (Burke), O.F.M.Obs.[3])	5 Ian. 1720	S. Br.

Dublinen(sis) *(Dublin)* in Hibernia, metrop.[1])

ob. ultimi archiep.	**Petrus** Talbot [2])	8 Mart. 1669	S. Br.
. . . .	**Gerardus** Tellin, fit vic. apost.[3])	30 Sept. 1681	S. Br.
certo modo	**Patritius** Russel [4])	2 Aug. 1683	S. Br.

Dragobitien.

[1]) Eccl. Dragobitien. sita est in Macedonia Prima sub metrop. Thessalonicen. (Index Sed. tit. n. 10; cf. Annuaire Pont. 1916, 408).

[2]) Promovetur ad Dragonen. et deput. suffrag. Bambergen. ad pontif., c. ret. decanatus colleg. S. Stephani civ. Bambergen., c. assign. congruae 300 duc. auri de Camera super fructibus mensae epalis Bambergen., c. decr. ... prof. fidei (AC 25 f. 147'); bulla prov. (S. Br. 2531 f. 469 ss.); nat. in civ. Bambergen., bapt. 28 Dec. 1660, pbr., doct. theol., alumnus coll. Germanici de Urbe, consiliarius et fiscalis ep.[i] Bambergen. (P. Dat. 1705 f. 74 ss.); 20 Nov. 1705 ei conc. ind. ... cons. ep. et 2 abb. (S. Br. 2171 f. 43); ob. 25 Iul. 1723 (Steinhuber II, 102).

Drasen.

[1]) Eccl. Drasen. sita est in Arabia sub metrop. Bostren. (Annuaire Pont. 1916, 408).

[2]) Promovetur ad Drasen. et deput. suffrag. Liman. ad pontif., c. disp. ... gradus, c. ind. ... cons. ep. et 2 dign., c. assign. congruae 4000 petiarum de octo super fructibus mensae archiepalis Liman., c. decr. ... prof. fidei (AC 28 f. 72'); bulla prov. (S. Br. 2615 f. 234 ss.); nat. in loco de Robledo dioec. Toletan., aet. 40 an., iam vic gen. de Pace et de Plata (P. Cons. 110 f. 381 ss.); tr. ad de Panama 17 Dec. 1731 (AC 30 f. 182); tr. ad de Cusco 18 Apr. 1742 (AC 32 f. 80); ob. ante 20 Ian. 1749 (AC 33 f. 233').

Dromoren.

[1]) A. 1697: Civ. Dromoren. in comitatu Dunensi sita inhabitatur a 4000 circ. incolarum; eccl. cathedr., quae suffrag. metrop. Armachan., sicut et civ. necnon aliae eccl., can.[tus] et praeb. et dign.[tes] ceteraque benef. ab haereticis occupantur; cura animarum in domibus privatis exercetur; fructus nulli sunt et ep. subsidiis catholicorum charitativis sustentatur; taxa 50 flor. (Cons. S. 1697/1698 f. 6 b).

[2]) Pbr. saec., deput. vic. apost. eccl. Dromoren., tametsi dictae eccl. de vic. gen. seu capitulari provisum fuerit, c. decr. accedendi ad suam dioec. seu regnum Hiberniae intra quadrimestre a die receptionis Brevis sub poena privationis offic. et facultatum, iuxta decr. S. Congr. Prop. 12 Maii 1671 emanatum et a S. S. 16 Maii approbatum (S. Br. 1473 f. 48 s.).

[3]) De translatione Danielis ad Dromoren. nihil in actis invenitur. Sed in subsequenti prov. de pers. Patritii expresse dicitur eccl.[am] Dromoren. vacare obitu Danielis Mackey (AC 24 f. 175'); ob. circ. a. 1674 (Brady I, 302).

[4]) Nomin. r. Angliae, Scotiae et Hiberniae, promovetur c. ind. ... cons. ep. et 2 dign., prof. fidei, c. ret. compat. (AC 24 f. 175'); bulla prov. (S. Br. 2054 f. 1 ss.); nat. in dioec. Armachan., aet. 50 an. circ., pbr., doct. iur. utr., iam vic. gen. Armachan., ad praesens vic. gen. Dromoren. (P. Cons. 91 f. 116 ss.); ob. a. 1716 (Brady I, 303).

Duacen.

[1]) Pbr. saec., deput. vic. apost. eccl. Duacen., tametsi dictae eccl. de vic. gen. seu capitulari fuerit provisum, c. decr. accedendi ad suam dioec. seu regnum Hiberniae intra quadrimestre a die receptionis Brevis sub poena privationis offic. iuxta decr. S. Congr. Prop. 12 Maii 1671 emanatum et a S. S. 16 Maii approbatum (S. Br. 1473 f. 48).

[2]) Pbr. saec. Hibernus, promovetur c. ind. ... cons. ep. et 2 pbr., iuxta decr. S. Congr. Prop. 11 Febr. 1707 emanatum et a S. S. 14 Febr. approbatum, ad nomin. r. Angliae (S. Br. 2203 f. 11 s.); haec promotio ad Duacen. effectum non habuit (S. Br. 2352 f. 7 ss.); tr. ad Clonferten. 28 Aug. 1711.

[3]) Promovetur c. ind. ... cons. ep. et 2 dign. (S. Br. 2484 f. 2' ss.); nomin. r. Angliae 21 Dec. 1719 (l. c. f. 3); consecr. 1 Maii 1720 (Brady II, 166).

Dublinen.

[1]) A. 1693: Eccl. metrop. Dublinen. sub invocatione S. Patritii est ab haereticis occupata; in ea sunt 3 dign. et aliquot can.[tus]; sacramenta ecclesiastica catholicis a missionariis et aliis pbr.[is] ab archiep. pro tempore deputatis in privatis aedibus habitantibus administrantur; fructus dictae eccl. taxantur ad flor. 2660, sed ab haereticis percipiuntur et archiep. ex subsidiis charitativis sustentatur (Cons. S. 1692/1693 f. 57 c).

[2]) Pbr. saec., promovetur c. ind. ... cons. ep. et 2 dign. iuxta decr. S. Congr. Prop. 11 Ian. 1669 emanatum et a S. S. 31 Ian. approbatum (S. Br. 1439 f. 354 ss.); eadem die 8 Mart. ei conc. ind. exercendi pontif. et denominandi se archiep., licet non susceperit pallium (l. c. f. 358); conc. pallium 28 Iul. 1670 (AC 22 f. 46); ob. in civ. Dublinen. a. 1680 (Brady I, 337).

[3]) Pbr. saec. Hibernus, deput. vic. apost. in civ. et dioec. Dublinen., iuxta decr. S. Congr. Prop. 11 Aug. 1681 emanatum et a S. S. 12 Sept. approbatum (S. Br. 1662 f. 1 ss.).

[4]) Pbr. saec., promovetur c. ind. ... cons. ep. et 2 dign., iuxta decr. S. Congr. Prop. 13 Iul. 1683 emanatum et a S. S. 19 Iul. approbatum (S. Br. 1684 f. 2); eadem die 2 Aug. ei conc. ind., ut postquam munus consecr.[is] susceperit, possit exercere pontif. et denominandi se

ob. Patritii	**Petrus** Creveus (Creagh), ep. Corcagen. et Cloynen.[5])	9 Mart. 1693	AC 24 f. 41'
certo modo	**Edmundus** Byrne[6])	31 Mart. 1707	S. Br.
ob. Edmundi	**Dominicus Eduardus** Murphy, ep. Kildarien.[7])	1 Sept. 1724	S. Br.
ob. Dominici E.	**Lucas** Fagan, ep. Meden.[8])	24 Sept. 1729	S. Br.

Dunen(sis) *(Down)* et Connoren(sis) *(Connor)* in Hibernia[1])

certo modo	**Daniel** Mackey[2])	4 Maii 1671	AC 22 f. 81
....	**Terentius** O'Donnelly, fit vic. apost.[3])	22 Aug. 1711	S. Br.
certo modo	**Iacobus** O'Shielt[4])	2 Oct. 1717	....
certo modo	**Ioannes** Armstrong[5])	7 Apr. 1727	S. Br.

Durango (de) *(Durango)* in partibus Mexicanis[1])

ob. Ioannis de Aguirre[2])	**Ioannes** de Ortega Montañés[3])	16 Apr. 1674	AC 22 f. 163'
tr. Ioannis ad de Guatimala	**Bartholomaeus** García de Escañuela, ep. de Porto Rico[4])	16 Nov. 1676	AC 22 f. 212
ob. Bartholomaei	**Emmanuel** de Herrera, O.Minim.[5])	13 Maii 1686	AC 23 f. 185'
ob. Emmanuelis	**Garcia** de Legazpi y Velasco[6])	27 Aug. 1691	AC 23 f. 285
tr. Garciae ad Mechoacan.	**Emmanuel** de Escalante y Mendoza[7])	3 Oct. 1701	AC 25 f. 45'
tr. Emmanuelis ad Mechoacan.	**Ignatius** Díez de la Barrera[8])	16 Nov. 1705	AC 25 f. 146'

---

archiep., licet non susceperit pallium (l. c. f. 15); conc. pallium 12 Maii 1687 (AC 23 f. 202'); ob. in resid. circ. m. Iun. 1692 (P. Dat. 1692 f. 138').

[5]) Absolv. a vinc. Corcagen. et Cloynen., tr. c. ret. compat. ac pens., quas obtinet, c. decr.... prof. fidei ac iuram. fidel. (AC 24 f. 41'); conc. pallium 13 Apr. 1693 (l. c. f. 48); bulla prov. (S. Br. 2051 f. 3 ss.); nomin. r. Angliae 2 Nov. 1692 (P. Dat. 1692 f. 137 a); ob. a. 1705 al. 1707 (Brady I, 339 s.).

[6]) Promovetur c. ind.... cons. ep. et 2 pbr., iuxta decr. S. Congr. Prop. 16 Mart. 1707 emanatum et a S. S. 21 Mart. approbatum, ad nomin. r. Angliae (S. Br. 2205 f. 14 ss.); 28 Nov. 1708 ei conc. ind. exercendi pontif. et denominandi se archiep., licet non susceperit pallium (S. Br. 2244 f. 15); ob. ante m. Iun. 1724 (Brady I, 340).

[7]) Absolv. a vinc. Kildarien., tr. ad Dublinen. (S. Br. 2624 f. 47 ss.); nomin. r. Angliae 24 Aug. 1724 (l. c. f. 49); 20 Aug. 1725 ei conc. ind. exercendi pontif. et denominandi se archiep., licet non susceperit pallium (S. Br. 2644 f. 11); ob. ante 13 Febr. 1729 (Brady I, 340).

[8]) Absolv. a vinc. Meden., tr. ad Dublinen. (S. Br. 2730 f. 44 ss.); nomin. r. Angliae 14 Sept. 1729 (l. c. f. 46); 17 Aug. 1730 ei conc. ind. exercendi pontif. et denominandi se archiep., licet non susceperit pallium (S. Br. 2755 f. 21); ob. ante 15 Nov. 1733 (Brady I, 340).

Dunen. et Connoren.

[1]) A. 1671: Cathedr. Dunen. et Connoren. sicut et aliae eccl., can.tus et praeb. et dign.tes ceteraque benef. ab haereticis occupantur; fructus nulli sunt (P. Dat. 1671 f. 183).

[2]) Promovetur c. ret. compat., c. decr.... prof. fidei ante cons. (AC 22 f. 81), iuxta decr. S. Congr. Prop. 17 Mart. 1671 emanatum et a S. S. eadem die approbatum (P. Dat. 1671 f. 181 ss.); nat. in dioec. Dunen., aet. 50 an. circ., pbr., mag. theol. Compluten., per 17 annos confessarius et capellanus Petri de Aragonia, viceregis Neapolitan. (l. c.); bulla prov. (S. Br. 1588 f. 652 ss.); tr. ad Dromoren.

[3]) Pbr. saec. Hibernus, deput. vic. apost. eccl. Dunen. pastore destitutae, iuxta resolutionem S. Congr. Prop. 9 Aug. 1711 factam (S. Br. 2304 ff. 17, 14'); promovetur ad Deren. 5 Ian. 1720.

[4]) 2 Oct. 1717 S. S. regi Angliae nuntiat se hodie dictum Iacobum per Breve ad eccl. Dunen. et Connoren. promovisse (Ep. ad Princ. 93 f. 160' s.). In actis S. Br. autem nihil de hac promotione inveniri potest.

[5]) Vic. gen. Dunen. et Connoren., promovetur ad Dunen. et Connoren. (S. Br. 2681 f. 2); nomin. r. Angliae 17 Aug. 1726 (l. c. f. 3); ob. ante 29 Aug. 1740 (S. Br. 2987 f. 61).

Durango (de)

[1]) A. 1686: Civ. de Durango sita in regno Novae Hispaniae inhabitatur a 200 et ultra Hispanis et a 2000 circ. indigenarum; eccl. cathedr. sub invocatione S. Matthaei suffrag. metrop. Mexican.; in ea sunt 3 dign. et 2 can.tus; valor ann. fr. mens. epalis 5000 ponderum mon.; in civ. sunt 4 conventus virorum (P. Cons. 84 f. 180 ss.); taxa 33 1/3 flor. (AM 43 f. 257).

[2]) Ob. 21 Sept. 1671 (Gams 149).

[3]) Promovetur c. ind.... cons. ep. et 2 dign., c. decr.... prof. fidei et iuram. fidel. ante cons., erig. theol., poenit., sem., mont. piet. (AC 22 f. 163'); nat. in dioec. Carthaginen., bapt. 2 Iul. 1627, pbr., doct. iur. can. Compluten. (P. Cons. 73 f. 115 ss.); praesent. r. cath. 22 Iun. 1672 (l. c. f. 121); tr. ad de Guatimala 9 Sept. 1675.

[4]) Absolv. a vinc. de Porto Rico, tr. c. decr.... prof. fidei et iuram fidel., repar. cathedr., aedif. domus epalis, erig. etc. ut supra (AC 22 f. 212); praesent. r. cath. 1 Iun. 1676 (P. Cons. 75 f. 189); ob. 20 Nov. 1684 (Gams 149).

[5]) Promovetur c. ind.... cons. ep. et 2 dign., c. decr.... erig. etc. ut supra (AC 23 f. 185'); nat. in civ. Salamantin., aet. 50 an. et ultra, lect. theol., concionator regis cath. (P. Cons. 84 f. 178 ss.); praesent. r. cath. 14 Mart. 1686 (l. c. f. 192); 31 Maii 1686 ei conc. ind. suscipiendi munus consecr.is in Hispania (S. Br. 1720 f. 67); ob. 31 Ian. 1689 (Gams 149).

[6]) Praesent. r. cath., promovetur c. ind.... cons. ep. et 2 dign., c. decr.... vac. archidiaconatus Mexican., constr. dom. epalis, erig. etc. ut supra (AC 23 f. 285); tr. ad Mechoacan. 8 Aug. 1701.

[7]) Praesent. r. cath., promovetur c. ind.... cons. ep. et 2 dign., c. decr.... vac. cantoria Mexican., prof. fidei, repar. dom. epalis, erig. etc. ut supra (AC 25 f. 45'); nat. in civ. S. Fidei, aet. 50 an. [a. 1699], pbr., doct. iur. can., vic. capitularis Mexican. (P. Cons. 94 f. 396 ss.); tr. ad Mechoacan. 19 Maii 1704.

[8]) Praesent. r. cath., promovetur c. ind.... cons. ep. et 2 dign., c. decr.... prof. fidei, vac. can.tus et praeb. Mexican., instit. theol. et poenit., erig. mont. piet. (AC 25 f. 146'); nat. in civ. Mexican., aet. 60 an. circ., pbr., bacc. phil. et iur. can. (P. Cons. 98 f. 345 ss.); ob. 20 Sept. 1709 (Gams 149).

ob. Ignatii	**Petrus** Tapis [9])	26 Febr. 1714	AC 26 f. 168
tr. Petri ad de Guadalajara	**Benedictus** Crĕspo [10])	7 Oct. 1722	AC 27 f. 307

Dur(i)en(sis) *(Dura)* in prov. Byzacena, tit.[1])

ob. Nicolai de Agauri [2])	**Franciscus Antonius** von und zu Losenstein, fit coadi. c.f.s. Olomucen.[3])	27 Nov. 1690	AC 23 f. 277'

Dyrrachien(sis) *(Durazzo, Durrës)* in Albania, metrop. ritus Latini [1])

ob. Nicolai Carpinei	**Gerardus** Galata [2])	19 Maii 1670	AC 22 f. 34
ob. Gerardi	**Petrus** Zumi [3])	30 Mart. 1700	AC 25 f. 4'
ob. Petri	**Petrus** Scurra, ep. Pulaten.[4])	30 Sept. 1720	AC 27 f. 188'

Dyrrachien(sis) *(Durazzo, Durrës)* in Albania, metrop. ritus Graeci

ob. ultimi archiep.	**Nilus** Catalani, O.S.Bas.[1])	24 Dec. 1692	S. Br.
certo modo	**Philotheus** Zassi, O.S.Bas.[2])	30 Maii 1696	S. Br.

Eboren(sis) v. **Elboren(sis)**

Ebredunen(sis) *(Embrun)* in Gallia, metrop.[1])

tr. Georgii d'Aubusson de la Feuillade ad Meten.	**Carolus** Brulart al. Bruslard de Genlis [2])	15 Iul. 1669	AC 22 f. 21
ob. Caroli	**Franciscus Elias** de Voyer de Paulmy d'Argenson, ep. Dolen.[3])	16 Dec. 1715	AC 26 f. 229'

---

[9]) Praesent. r. cath., promovetur c. ret. pens., quam percipit, c. ind. ... cons. ep. et 2 dign., c. decr. ... prof. fidei, vac. abb. colleg. B. Mariae de Burgo de Alfaro Tirasonen. dioec., instit., erig. etc. ut supra (AC 26 f. 168); nat. in dioec. Pampilonen., aet. 40 an. et ultra, pbr., doct. theol. (P. Cons. 103 f. 290 ss.); tr. ad de Guadalajara 23 Sept. 1722.

[10]) Praesent. r. cath., promovetur c. ind. ... cons. ep. et 2 dign., c. decr. ... prof. fidei, repar. cathedr., instit., erig. etc. ut supra (AC 27 f. 307); nat. in loco de Cordovilla nullius dioec., aet. 49 an., doct. theol. Salamantin., frater Militiae S. Iacobi de Spatha (P. Cons. 109 f. 157 ss.); tr. ad Tlaxcalen. 20 Ian. 1734 (AC 31 f. 7); ob. ante 26 Ian. 1739 (AC 31 f. 203').

Dur(i)en.

[1]) Eccl. Duren. sita est in prov. Byzacena (Index Sed. tit. n. 1223).

[2]) De eius promotione amplius desideratur.

[3]) Promovetur ad Durien. et deput. coadi. c.f.s. ep.° Olomucen. (AC 23 f. 277'); cf. Olomucen.

Dyrrachien. (rit. Lat.)

[1]) A. 1699: Civ. Dyrrachien. sita est in Albania, sub tyrannide Turcarum; non amplius existit eccl. metrop.; ep. residere solet in loco Corbini, ubi est eccl. sub invocatione S. Venerandae; fructus sunt nulli (P. Dat. 1699 f. 82).

[2]) Promovetur iuxta decr. S. Congr. Prop. coram S.[te] S. habitae 17 Sept. 1669, c. disp. ... gradus, c. ret. compat., c. concessione in admin. eccl. Albanen., Benden, Croien., Lisien., Canovien., eccl.[ae] metrop. Dyrrachien. suffraganearum, modo vacantium (AC 22 f. 34); conc. pallium 2 Iun. 1670 (l. c. f. 39'); bulla prov. (S. Br. 1587 f. 691); nat. in loco de Corvino dioec. Dyrrachien., aet. 50 an. circ., prom. ad ord. subdiac.[tus] 13 Mart. 1655, pbr., alumnus coll. Illyrici civ. Lauretan., missionarius apost. Albaniae, iam vic. gen. et capitularis Dyrrachien. (P. Dat. 1669 f. 279 ss.). 27 Iun. 1698 Nicolaus Vladagnus ep. Alexien. deput. admin. Dyrrachien. ritus Latini a pluribus iamdiu annis vacantis, iuxta decr. S. Congr. Prop. 17 Iun. 1698 emanatum et a S. S. 21 Iun. approbatum (S. Br. 1986 f. 5 s.).

[3]) Promovetur iuxta decr. S. Congr. Prop. 6 Iul. 1699 emanatum et a S. S. 9 Iul. approbatum, c. disp. ... gradus, c. decr. ... prof. fidei (AC 25 f. 4'); conc. pallium 10 Maii 1700 (l. c. f. 8'); bulla prov. (S. Br. 2056 f. 288 ss.); nat. in loco de Larusco dioec. Dyrrachien., aet. 32 an. circ., pbr., alumnus coll. Illyrici civ. Lauretan., vic. capitularis Dyrrachien. (P. Dat. 1699 f. 79 ss.); ob. a. 1720 (Gams 407).

[4]) Absolv. a vinc. Pulaten., tr. iuxta decr. S. Congr. Prop., c. decr. ... prof. fidei et iuram. fidel. (AC 27 f. 188'); conc. pallium 23 Sept. 1722 (l. c. f. 305'); bulla prov. (S. Br. 2542 f. 405 ss.); ob. a. 1737 (P. Dat. 1739 f. 14').

Dyrrachien. (rit. Graeci)

[1]) Promovetur c. fac. recipiendi munus consecr.[is] in Urbe ritu Graeco ab ep.[is] eiusdem ritus, iuxta decr. S. Congr. Prop. 9 Dec. 1692 emanatum et a S. S. 16 Dec. approbatum (S. Br. 1857 f. 12 ss.); 24 Dec. 1692 deput. vic. apost. in regione Cimarrae in Epiro (l. c. f. 24).

[2]) Promovetur c. ind. ... non resid., cons. ep. ritus Graeci et 2 dign., iuxta decr. S. Congr. Prop. 7 Maii 1696 emanatum et a S. S. 12 Maii approbatum (S. Br. 1937 f. 35 ss.); 30 Maii 1696 deput. vic. apost. in regione Cimarrae in Epiro (l. c. f. 45 ss.); ob. Romae 26 Iul. 1726 aet. 73 an. (Galletti Vat. Lat. 7900 f. 136').

Ebredunen.

[1]) A. 1715: Civ. Ebredunen. sita in Delphinatu inhabitatur a 3500 christifidelibus, sub dominio temporali regis X[mi]; eccl. metrop. est sub invocatione B.M.V.; in ea sunt 5 dign. et 20 can.[tus]; valor ann. fr. mens. archiepalis 24000 libr. Turonen.; in civ. sunt 3 eccl. paroec., 3 conventus virorum, 1 mon. monialium; dioec. amplectitur 128 parochias (P. Cons. 104 f. 193 ss.); taxa 2400 flor. (AC 26 f. 229').

[2]) Promovetur c. ret. compat., c. decr. ... repar. cathedr. et dom. epalis, erig. theol., poenit., sem., mont. piet., c. reserv. pens. 6000 libr. Turonen. pro Georgio ep. translato (AC 22 f. 21); conc. pallium 5 Aug. 1669 (l. c. f. 25'); nat. in castro de Genlis dioec. Noviomen., aet. 35 an. circ., pbr., lic. iur. can. Parisien. (P. Cons. 66 f. 102 ss.); nomin. r. X[mo] 18 Iun. 1668 (l. c. f. 102); ob. 3 Nov. 1714 (P. Cons. 104 f. 195').

[3]) Absolv. a vinc. Dolen., tr. eique iniungitur ... extens. regaliae, c. decr. ... prof. fidei et iuram. fidel., repar. cathedr. et dom. epalis, instr. supellect., erig. mont. piet. (AC 26 f. 229'); conc. pallium 13

tr. Francisci E. ad Burdegalen.	**Ioannes Franciscus Gabriel** de Hénin Liétard, ep. Alesien.[4])	27 Maii 1720	AC 27 f. 173'
ob. Ioannis Fr. G.	**Petrus** de Guérin de Tencin[5])	12 Iun. 1724	AC 28 f. 85'

Ebroicen(sis) *(Évreux)* in Gallia[1])

ob. Henrici de Maupas du Tour[2])	**Ludovicus Iosephus** Adhémar de Monteil de Grignan[3])	28 Apr. 1681	AC 23 f. 69
tr. Ludovici I. ad Carcassonen.	**Iacobus** Potier de Novion, ep. Sistaricen.[4])	16 Febr. 1682	AC 23 f. 96'
ob. Iacobi	**Ioannes** Le Normand[5])	10 Nov. 1710	AC 26 f. 30'

Edessen(a) *(Edessa)* in Osrhoëne, metrop. ritus Latini, tit.[1])

certo modo	**Ioannes Everardus** Nidhard, S.I.[2])	16 Nov. 1671	AC 22 f. 92'
prom. Ioannis E. ad cardinalatum	**Carolus Franciscus** Airoldi[3])	26 Iun. 1673	AC 22 f. 145'
certo modo	**Thomas** Vidoni[4])	27 Sept. 1690	AC 23 f. 274
ob. Thomae	**Hieronymus** Grimaldi[5])	5 Oct. 1712	AC 26 f. 107'

Edessen(a) *(Edessa)* in Osrhoëne, metrop. ritus Graeci

certo modo	**Ierothaeus** Stai, O.S.Bas.[1])	10 Sept. 1716	S. Br.

Ian. 1716 (l. c. f. 235); nomin. r. X^{mo} 12 Ian. 1715 (P. Cons. 104 f. 188); tr. ad Burdegalen. 6 Maii 1720.

[4]) Absolv. a vinc. Alesien., nomin. r. X^{mo}, tr. eique iniungitur etc. ut supra, c. ret. compat. ac decr. ... instr., repar., erig. etc. ut supra, c. reserv. pens. 600 libr. Turonen. pro pers. nominata (AC 27 f. 173'); conc. pallium 3 Iul. 1720 (l. c. f. 177'); ob. 26 Apr. 1724 (Gams 549).

[5]) Promovetur eique iniungitur etc. ut supra, c. ret. compat., c. decr. ... repar. dom. archiepalis, erig. poenit., mont. piet., c. reserv. pens. 1500 libr. Turonen. pro 2 pers. nominatis (AC 28 f. 85'); conc. pallium 26 Iun. 1724 (l. c. f. 100); nat. in civ. Gratianopolitan., aet. 45 an., pbr., doct. theol. Parisien., archidiac. et vic. gen. Senonen. (P. Cons. 110 f. 235 ss.); nomin. r. X^{mo} 6 Maii 1724 (l. c. f. 236); consecr. Romae a Sum. Pont. 2 Iul. 1724 (Arch. Caer. 574 f. 20'); 6 Oct. 1724 ei conc. privil. ep.^{orum} solio Pontif. assist. (S. Br. 2709 f. 9); creatur card. 23 Febr. 1739 (AC 31 f. 211'); tr. ad Lugdunen. 11 Nov. 1740 (l. c. f. 265'); ob. 2 Mart. 1758 (AC 35 f. 174').

Ebroicen.

[1]) A. 1681: Civ. Ebroicen. sita in prov. Normandiae inhabitatur a 9000 circ. incolarum, sub dominio temporali regis X^{mi}; eccl. cathedr. sub invocatione B.M.V. suffrag. metrop. Rothomagen.; in ea sunt 8 dign. et 30 can.^{tus}; valor ann. fr. mens. epalis 18000 libr. Turonen.; in civ. sunt 8 eccl. paroec., 4 conventus virorum et 2 mon. monialium; dioec. amplectitur 355 parochias (P. Cons. 81 f. 256 ss.); taxa (a. 1682) 2500 flor. (AM 43 f. 186).

[2]) Ob. 12 Aug. 1680 (Gams 550).

[3]) Promovetur c. ret. compat., c. decr. ... prof. fidei ante cons., erig. mont. piet., c. reserv. pens. 3000 libr. Turonen. pro pers. nominata (AC 23 f. 69); nat. in dioec. Valentinen. et Dien., bapt. 4 Iun. 1650, pbr. a 6 annis, doct. theol. (P. Cons. 80 f. 152 ss.); nomin. r. X^{mo} 6 Sept. 1680 (l. c. f. 331); tr. ad Carcassonen. 22 Sept. 1681.

[4]) Absolv. a vinc. Sistaricen., tr. ret. compat. ac unius mon. O.Cist. Carnoten. dioec., c. decr. ... prof. fidei, repar. cathedr. et dom. epalis, erig. mont. piet. (AC 23 f. 96'); nomin. r. X^{mo} 2 Maii 1681 (P. Cons. 81 f. 246); ob. 14 Oct. 1709 (Gallia Christ. Nov. I, 774).

[5]) Pbr. Aurelianen., mag. theol., nomin. r. X^{mo}, promovetur c. ret. compat., c. decr. ... repar. cathedr. et dom. epalis, erig. mont. piet. (AC 26 f. 30'); ob. 7 Maii 1733 (P. Cons. 120 f. 272').

Edessen. (tit.)

[1]) Eccl. metrop. Edessen. sita est in Osrhoëne (Index Sed. tit. n. 826).

[2]) Promovetur c. ret. compat. (AC 22 f. 92'); bulla prov. (S. Br. 1589 f. 497 ss.); nat. in castello Falkenstein nunc. dioec. Passavien., aet. 60 an. circ., prof. theol., inquisitor gen. Hispan., consiliarius status, confessarius reginae cath. (P. Dat. 1671 f. 290 ss.); eadem die 16 Nov. ei praecipitur, ut promotioni praedictae consensum praestet (S. Br. 1582 f. 195); consecr. Romae a Frederico card. Sfortia 24 Ian. 1672 (Vat. Lat. 12336 f. 146); creatur card. et in pectore reservatur 22 Febr. 1672, declaratur 16 Maii 1672 (cf. S.R.E. card. II, 8).

[3]) Promovetur c. disp. super eo, quod in s. ord. const. non sit, c. ret. compat. ac mon. commend. S. Abundii dioec. Cremonen. (AC 22 f. 145'); bulla prov. (S. Br. 1592 f. 155); nat. in civ. Mediolanen., aet. 36 an. circ., lic. iur. utr., iam internunt. Bruxellen. (P. Dat. 1673); fit ep. solio Pontif. assist. 28 Iun. 1673 (S. Br. 1516 f. 576), nunt. Florentin. 15 Iul. 1673 (l. c. f. 603 ss.); consecr. Romae a Gaspare card. de Carpineo 30 Iul. 1673 (Vat. Lat. 12336 f. 275'); fit nunt. Venetiarum 27 Nov. 1675 (S. Br. 1565 f. 610 ss.); ob. ante 15 Apr. 1683 (S. Br. 1764 f. 43).

[4]) Promovetur c. disp. etc. ut supra, c. ret. omnium, quae obtinet, c. decr. ... prof. fidei ante cons. (AC 23 f. 274); bulla prov. (S. Br. 1819 f. 380 ss.); nat. in civ. Cremonen., aet. 40 an. circ., doct. iur. utr. Sapientiae Rom. 5 Sept. 1674, iam gub. Fabrianen., Urbevetan., Firman., utr. sign. ref. (P. Dat. 1690 f. 301 ss.); fit inquisitor Meliten. 2 Iun. 1686 (S. Br. 1720 f. 348 ss.), ep. solio Pontif. assist. 10 Oct. 1690 (S. Br. 1813 f. 6), nunt. Florentin. 23 Nov. 1690 (S. Br. 1811 f. 267 ss.), cler. Cam. Apost. 24 Ian. 1698 (S. Br. 1976 f. 19); ob. Romae 29 Oct. 1708 (Galletti Vat. Lat. 7900 f. 130).

[5]) Promovetur c. ret. omnium, quae obtinet, c. decr. ... prof. fidei (AC 26 f. 107'); bulla prov. (S. Br. 2537 f. 653 ss.); nat. in civ. Ianuen., bapt. 15 Nov. 1674, prom. ad ord. min. 8 Sept. 1708, subdiac.^{tus}, diac.^{tus} ac pbr.^{tus} 17, 19 Mart., 7 Apr. 1709, doct. iur. utr. Avenionen. 26 Iun. 1705, iam internunt. Bruxellen. (P. Dat. 1712 f. 65 ss.); fit nunt. apud regem Poloniae 20 Dec. 1712 (S. Br. 2337 f. 1 ss.), ep. solio Pontif. assist. 17 Ian. 1713 (S. Br. 2351 f. 11); deput. visit. apost. eccl.^{arum} nationis Armenorum civ. et dioec. Leopolien. 21 Iun. 1720 (S. Br. 2491 f. 13), visit. apost. eccl.^{arum} in tota Russia et Lithuania existentium nationis Ruthenorum 22 Iun. 1720 (l. c. f. 18 ss.); deput. nunt. apud imperatorem 15 Nov. 1720 (S. Br. 2501 f. 1 ss.), similiter 24 Maii 1721 (S. Br. 2553 f. 279 ss.); creatur card. 2 Oct. 1730 (AC 30 f. 35); ob. 18 Nov. 1733 (l. c. f. 315).

Edessen. (rit. Graeci)

[1]) Promovetur c. ind. suscipiendi munus consecr.^{is} ab uno ep. ritus Graeci c. assist. 2 ep. ritus Graeci aut Latini, c. ind. ... non resid. (S. Br. 2419 f. 1 ss.).

Edessen(a) *(Edessa)* in Osrhoëne, metrop. ritus Syriaci

certo modo	**Dominicus** Viator [1])	26 Aug. 1715	S. Br.

Eduen(sis) v. **Aeduen(sis)**

Egitanien(sis) seu **Aegitanien(sis)** *(Guarda)* in Lusitania [1])

ob. Dionysii de Mello e Castro	**Alvarus** a S. Bonaventura, O.F.M.strict.Obs.[2])	17 Iun. 1669	AC 22 f. 19'
tr. Alvari ad Colimbrien.	**Martinus Alphonsus** de Mello [3])	12 Sept. 1672	AC 22 f. 125'
ob. Martini A.	**Ludovicus** da Silva, ep. Lamacen.[4])	9 Apr. 1685	AC 23 f. 162
tr. Ludovici ad Elboren.	**Ioannes** Mascarenhas, ep. Portalegren.[5])	24 Mart. 1692	AC 24 f. 16
ob. Ioannis	**Rodericus** de Moura Telles [6])	21 Iun. 1694	AC 24 f. 90'
tr. Roderici ad Bracharen.	**Antonius** de Saldanha, ep. Portalegren.[7])	22 Mart. 1706	AC 25 f. 155'
ob. Antonii	**Ioannes** de Mendonça [8])	30 Ian. 1713	AC 26 f. 116

Eistetten(sis) v. **Eystetten(sis)**

Elboren(sis) seu **Eboren(sis)** *(Evora)* in Lusitania, metrop.[1])

ob. Ioannis Coutinho	**Didacus** de Sousa [2])	19 Ian. 1671	AC 22 f. 70
ob. Didaci	**Dominicus** de Gusmão, ep. Leirien.[3])	6 Iun. 1678	AC 22 f. 262'

Edessen. (rit. Syriaci)

[1]) Pbr. saec. nat. Syriacae, praef. missionum in Syria, promovetur c. ind. suscipiendi munus consecr.[is] ab uno ep. ritus Syriaci c. assist. aliorum 2 ep. eiusdem Syriaci aut Latini ritus, vel 2 dign., iuxta decr. S. Congr. Prop. 19 Aug. 1715 emanatum et a S. S. eadem die approbatum (S. Br. 2394 f. 1 ss.).

Egitanien.

[1]) A. 1693: Civ. Egitanien. sita in prov. vulgo de Beira nunc. inhabitatur a 500 circ. familiis sub dominio temporali regis Portugalliae; eccl. cathedr. sub invocatione Assumptionis B.M.V. suffrag. metrop. Ulixbonen.; in ea sunt 4 dign. et 26 can.[tus]; valor ann. fr. mens. epalis 24000 cruciat. mon. illarum partium; in civ. sunt 4 eccl. paroec., 1 conv. virorum, 1 mon. monialium; dioec. amplectitur 400 et ultra parochias (P. Cons. 88 f. 168 ss.); taxa (a. 1706) 1000 flor. (AC 25 f. 155').

[2]) Supplic. princ. Portug., promovetur c. ind.... cons. ep. et 2 dign., c. decr.... prof. fidei, repar. dom. epalis, erig. mont. piet., c. reserv. pens. pro pers. nominandis, non exced.... 4[am] fr. (AC 22 f. 19'); nat. Matriti dioec. Toletan., aet. 40 an. circ., bacc. iur. can. (P. Cons. 70 f. 302 ss.); 20 Maii 1671 ei conc. ind. emittendi prof. fidei in manibus decani eccl. Ulixbonen. (S. Br. 1469 f. 368); tr. ad Colimbrien. 27 Iun. 1672.

[3]) Supplic. princ. Portug., promovetur c. ret. compat., c. decr.... prof. fidei ante cons., vac. decanatus Elboren., reconstr. dom. epalis, erig. mont. piet., c. reserv. pens. 6000 cruciat. pro pers. nominandis, non exced.... 4[am] fr. (AC 22 f. 125'); nat. in oppido de Serpa dioec. Elboren., aet. 30 an. et ultra, pbr., doct. iur. can. (P. Cons. 71 f. 337 ss.); ob. 1 Aug. 1684 (Almeida 821).

[4]) Absolv. a vinc. Lamacen., supplic. r. Portug., tr. c. decr.... erig. mont. piet., c. reserv. pens. 7500 cruciat. mon. Portug. etc. ut supra (AC 23 f. 162); tr. ad Elboren. 27 Aug. 1691.

[5]) Absolv. a vinc. Portalegren., supplic. r. Portug., tr. c. ret. compat., c. decr.... erig. mont. piet., c. reserv. pens. 7500 cruciat. mon. Portug. etc. ut supra (AC 24 f. 16); ob. 24 Ian. 1693 (P. Cons. 88 f. 169).

[6]) Promovetur c. ret. comput., c. decr.... vac. can.[tus] Elboren., erig. mont. piet. (AC 24 f. 90'); nat. in civ. Ulixbonen., bapt. 16 Febr. 1643, prom. ad ord. subdiac.[tus] et diac.[tus] 11 Apr., 24 Iun. 1678, pbr.[tus] 9 Dec. 1683, doct. iur. can. Colimbrien. 24 Iul. 1664, ad praesens rect. univ. Colimbrien. (P. Cons. 88 f. 159 ss.); supplic. r. Portug. 2 Dec. 1693 (Ep. Reg. I n. 73); consecr. in civ. Ulixbonen. a Iosepho olim ep. Leirien. 14 Nov. 1694 (P. Cons. 97 f. 114); tr. ad Bracharen. 10 Mart. 1704.

[7]) Absolv. a vinc. Portalegren., supplic. r. Portug., tr. c. ret. compat., c. decr.... constr. dom. epalis, erig. mont. piet., c. reserv. pens. usque ad sum. 10000 cruciat. mon. Portug. etc. ut supra, et ultra supradictas reserv. altera pens. 3000 cruciat. pro regio infante Emmanuele et altera etiam 3000 cruciat. pro regio infante Antonio, ex speciali gratia S.[tis] S. (AC 25 f. 155'); ob. 28 Iul. 1711 (Almeida 823).

[8]) Pbr. Elboren., doct. iur. can., promovetur c. ret. compat., c. decr.... vac. can.[tus] et praeb. ac thesaurariatus Elboren., repar. cathedr. et dom. epalis, erig. mont. piet., c. reserv. pens. usque ad sum. 8000 cruciat. mon. Portug. etc. ut supra, salvis tamen alias per S.[tem] S. ad favorem Emmanuelis et Antonii tunc Portug. infantum ultra dictam 4[am] fr. reservatis (AC 26 f. 116); supplic. r. Portug. 3 Iul. 1712 (Ep. Reg. II n. 61); fit ep. solio Pontif. assist. 5 Iun. 1718 (S. Br. 2461 f. 7); ob. 2 Aug. 1736 (Almeida 824).

Elboren.

[1]) A. 1668: Civ. Elboren. sita in Lusitania inhabitatur a 15000 circ. christifidelium, sub dominio temporali regis Portugalliae; eccl. metrop. est sub invocatione Assumptionis B.M.V.; in ea sunt 8 dign. et 15 can.[tus]; valor ann. fr. mens. archiepalis olim 64000 cruciat. mon. illarum partium; in civ. sunt 4 eccl. paroec., 11 conv. virorum et 7 mon. monialium (P. Cons. 70 f. 289' ss.); taxa (a. 1771) 2066 $^2/_3$ flor. (AC 22 f. 70).

[2]) Supplic. princ. Portug., promovetur c. ret. compat., c. decr.... prof. fidei ante cons., c. reserv. pens. 15000 cruciat. pro pers. nominandis, non exced.... 4[am] fr. (AC 22 f. 70); conc. pallium 18 Mart. 1671 (l. c. f. 77'); nat. in civ. Ulixbonen., aet. 60 an. et ultra [a. 1668], pbr., doct. iur. can., consiliarius regius (P. Cons. 70 f. 282 ss.); ob. 23 Ian. 1678 (P. Cons. 77 f. 273').

[3]) Absolv. a vinc. Leirien., tr. c. reserv. pens. 17500 cruciat. etc. ut supra (AC 22 f. 262'); conc. pallium 18 Iul. 1678 (l. c. f. 266); supplic. princ. Portug. 21 Mart. 1678 (P. Cons. 77 f. 270); ob. 19 Nov. 1689 (Almeida 810).

ob. Dominici	**Ludovicus** da Silva, ep. Egitanien.[4])	27 Aug. 1691	AC 23 f. 284'
ob. Ludovici	**Simon** da Gama, ep. Pharaonen.[5])	1 Oct. 1703	AC 25 f. 100

Electen(sis) *(Alet)* in Gallia [1])

ob. Nicolai Pavillon [2])	**Ludovicus Alphonsus** de Valbelle [3])	14 Mart. 1678	AC 22 f. 255'
cess. Ludovici A.	**Victor** Méliand, ep. Vapincen.[4])	7 Iul. 1692	AC 24 f. 24
cess. Victoris	**Carolus Nicolaus** Taffoureau [5])	5 Ian. 1699	AC 24 f. 212'
ob. Caroli N.	**Iacobus** Maboul [6])	19 Febr. 1710	AC 26 f. 5'
ob. Iacobi	**Franciscus** de Boucaud [7])	14 Febr. 1724	AC 28 f. 75

Eleutheropolitan(a) *(Eleutheropolis)* in partibus infidelium, tit.[1])

[2]) Promovetur c. disp. ... gradus, c. decr. ... erig. theol., poenit., sem., mont. piet. (AC 24 f. 177); bulla prov. (S. Br. 2053 f. 375 ss.); can. regularis S. Augustini Ord. S. Antonii Viennen. expresse professus, nat. in loco Castriblanci dioec. Gebennen., aet. 40 an., prom. ad ord. pbr.tus 20 Dec. 1681, lect. theol., iam superior in conventu Tolosan. et vic. gen. suae religionis in prov. Pedemontan. (P. Cons. 91 f. 127 ss.); ob. 23 Apr. 1734 (A. Cons. 1734 f. 378').

Gerasen.

[1]) Eccl. Gerasen. sita est in Arabia sub metrop. Bostren. (Index Sed. tit. n. 870).

[2]) Promovetur c. fac. exercendi pontif. in eccl. et dioec. Livonien., c. decr. ibi assidue residendi et sacras missiones necnon ea, quae sunt ordinis, de consensu tamen pro tempore existentis ep. Livonien. exer-

German(ic)opolitan(a) *(Germanicopolis)* in Isauria, tit. 1)

certo modo	**Godefridus Ioannes** Langwert von Simmern, fit suffrag. Ratisbonen. 2)	10 Maii 1717	AC 27 f. 19'

Gerunden(sis) *(Gerona)* in Hispania 1)

tr. Iosephi Ninot ad Ilerden.	**Franciscus** Dou 2)	3 Sept. 1668	AC 21 f. 212
ob. Francisci	**Alphonsus** de Balmaseda, ep. Cassanen. 3)	25 Sept. 1673	AC 22 f. 151'
tr. Alphonsi ad Zamoren.	**Severus Thomas** Auter, O.P. 4)	13 Nov. 1679	AC 23 f. 20'
tr. Severi Th. ad Dertusen.	**Michael** Pontich, O.F.M.Obs. 5)	29 Apr. 1686	AC 23 f. 184
ob. Michaelis	**Michael Ioannes** Taverner y Rubí 6)	5 Oct. 1699	AC 24 f. 231'
tr. Michaelis I. ad Tarraconen.	**Iosephus** Taverner y Dardena 7)	16 Dec. 1720	AC 27 f. 193'
ob. Iosephi	**Petrus** de Copóns 8)	11 Sept. 1726	AC 28 f. 243'
tr. Petri ad Tarraconen.	**Balthasar** de Bastero y Lledó 9)	15 Dec. 1728	AC 29 f. 142'

Geruntin(a) v. Cariaten(sis)

Giennen(sis) *(Jaén)* in Hispania 1)

ob. Antonii Piña y Hermosa 2)	**Hieronymus** Rodríguez de Valderas, ep. Pacen. 3)	9 Apr. 1668	AC 21 f. 196'

---

cendi (AC 29 f. 158'); bulla prov. (S. Br. 2749 f. 135 ss.); nat. in loco Keten. dioec. Cracovien., bapt. 26 Apr. 1692, primam missam celebravit 2 Febr. 1715, mag. theol. Romae 10 Maii 1718, iam guardianus conventus Lublinen. (P. Cons. 115 f. 404 ss.).

German(ic)opolitan.

1) Eccl. Germanicopolitan. sita est in Isauria sub metrop. Seleucen. (Index Sed. tit. n. 903).

2) Promovetur ad Germanopolitan. et deput. suffrag. Ratisbonen. ad pontif., c. ret. can.^{tus} et praeb. Ratisbonen., c. assign. congruae 300 duc. auri de Camera super mensae epalis Ratisbonen. fructibus, c. disp. ... gradus (AC 27 f. 19'); bulla prov. (S. Br. 2540 f. 136 ss.); nat. ex parentibus acath. in loco Hattenheim nunc., bapt. 21 Dec. 1669, abiuravit haeresim lutheranam 24 Iun. 1687, prom. ad ord. subdiac.^{tus} 9 Nov. 1692, diac.^{tus} ac pbr.^{tus} 24, 29 Iun. 1698, alumnus coll. Germanici de Urbe a 25 Oct. 1689 usque ad 28 Mart. 1693, can. et officialis gen. Ratisbonen. (P. Cons. 106 f. 155 ss.); iam 18 Sept. 1716 deput. admin. in spiritualibus Ratisbonen. (S. Br. 2420 f. 31 ss.); 19 Iun. 1717 ei conc. ind. ... cons. ep. et 2 abb. (S. Br. 2437 f. 87); 15 Nov. 1721 deput. denuo admin. in spiritualibus Ratisbonen. (S. Br. 2564 f. 121 ss.); ob. 17 Iun. 1741 (Steinhuber II, 62).

Gerunden.

1) A. 1699: Civ. Gerunden. sita in principatu Cathaloniae inhabitatur a 4000 circ. incolarum, sub dominio temporali regis cath.; eccl. cathedr. sub invocatione B.M.V. suffrag. metrop. Tarraconen.; in ea sunt 8 dign. et 36 can.^{tus}; valor ann. fr. mens. epalis 9336 libr. mon. illarum partium; in civ. sunt 2 eccl. paroec., 7 conventus virorum, 5 mon. monialium; dioec. amplectitur 400 fontes baptismales (P. Cons. 93 f. 220 s.); taxa (a. 1720) 1400 flor. (AC 27 f. 193').

2) Praesent. r. cath., promovetur c. decr. ... vac. archidiaconatus maior, can.^{tus} et praeb. Gerunden., et omnia benef. praeter unum simplex non residentiale in eccl. Vicen., c. ret. tamen aliorum compat., c. decr. ... erig. theol., poenit., mont. piet., c. reserv. pens. usque ad sum. 281 duc. mon. et 4 regalium pro pers. nominandis, non exced. ... 3^{am} fr. (AC 21 f. 212); nat. in dioec. Gerunden., aet. 60 an. circ., pbr., doct. theol. Barchinonen. (P. Cons. 67 f. 149 ss.); ob. 15 Apr. 1673 (Gams 33).

3) Absolv. a vinc. Cassanen., tr. c. decr. ... erig. etc. ut supra, c. reserv. pens. 599 duc. auri de Camera etc. ut supra (AC 22 f. 151'); praesent. r. cath. 6 Iul. 1673 (P. Cons. 72 f. 375); tr. ad Zamoren. 4 Sept. 1679.

4) Promovetur c. decr. ... erig. mont. piet., c. reserv. pens. 600 duc. auri de Camera etc. ut supra (AC 23 f. 20'); nat. in loco de Puigcerdá in principatu Cathaloniae, aet. 50 an. circ., mag. theol., cathedraticus univ. Valentin. (P. Cons. 78 f. 217 ss.); praesent. r. cath. 13 Iun. 1679 (l. c. f. 219); tr. ad Dertusen. 18 Mart. 1686.

5) Promovetur c. decr. ... erig. mont. piet., c. reserv. pens. 633 duc. auri de Camera etc. ut supra (AC 23 f. 184); nat. in loco Bulae dioec. Elnen., aet. 50 an. et ultra, lect. iubilatus, provincialis prov. Cathaloniae et qualificator Supremae Inquisitionis (P. Cons. 84 f. 207 ss.); praesent. r. cath. 16 Oct. 1685 (l. c. f. 215); ob. 26 Ian. 1699 (P. Cons. 93 f. 220).

6) Praesent. r. cath., promovetur c. decr. ... vac. archidiaconatus maior ac can.^{tus} Tarraconen., erig. theol., mont. piet., c. reserv. pens. 731 duc. auri de Camera et 4 regalium etc. ut supra (AC 24 f. 231'); nat. in civ. Barchinonen., aet. 53 an., pbr., doct. iur. can. Barchinonen., cancellarius regius in principatu Cathaloniae (P. Cons. 93 f. 213 ss.); tr. ad Tarraconen. 16 Dec. 1720.

7) Pbr. Gerunden., doct. iur. utr., praesent. r. cath., promovetur c. decr. ... vac. can.^{tus} et praeb. Barchinonen., perfect. cathedr., instit. theol., erig. mont. piet., c. reserv. pens. usque ad sum. 900 duc. auri de Camera et 8 iuliorum mon. Rom. etc. ut supra (AC 27 f. 193'); ob. 16 Ian. 1726 (Gams 34).

8) Praesent. r. cath., promovetur c. decr. ... vac. archidiaconatus et can.^{tus} et praeb. Barchinonen., instit. theol., erig. mont. piet., c. reserv. pens. usque ad sum. 898 duc. auri de Camera etc. ut supra (AC 28 f. 243'); nat. in loco de Villafranca dioec. Barchinonen., bapt. 30 Sept. 1679, pbr., doct. iur. utr. Barchinonen. (P. Cons. 112 f. 302 ss.); tr. ad Tarraconen. 15 Dec. 1728.

9) Praesent. r. cath., promovetur c. decr. ... instit. theol., c. reserv. pens. usque ad sum. 881 duc. auri de Camera et 15 iuliorum mon. Rom. etc. ut supra (AC 29 f. 142'); nat. in civ. Barchinonen., bapt. 20 Nov. 1687, pbr., doct. iur. utr., iam vic. gen. Barchinonen. (P. Cons. 114 f. 327 ss.); dim. 2 Mart. 1745 (P. Dat. 1745 f. 19 ss.).

Giennen.

1) A. 1671: Civ. Giennen. sita in prov. Andalusiae continet 6000 circ focalariorum, sub dominio temporali regis cath.; eccl. cathedr. sub invocatione B.M.V. suffrag. metrop. Toletan.; in ea sunt 8 dign. et 20 can.^{tus}; valor ann. fr. mens. epalis 50000 duc. mon. illarum partium; in civ. sunt 11 eccl. paroec. et 14 conventus virorum et monialium (P. Cons. 70 f. 366'); taxa 1000 flor. (AM 74 f. 132').

2) Ob. 19 Iul. 1667 (Gams 39).

3) Absolv. a vinc. Pacen., praesent. r. cath., tr. c. ret. compat.,

ob. Hieronymi	**Antonius** Fernández del Campo, ep. Caurien.[4])	1 Iul. 1671	AC 22 f. 85
ob. Antonii	**Ioannes** Asensio, ep. Abulen.[5])	20 Apr. 1682	AC 23 f. 99
ob. Ioannis	**Antonius** de Brizuela y Salamanca, ep. Astoricen.[6])	13 Apr. 1693	AC 24 f. 46
ob. Antonii	**Benedictus** de Omaña[7])	24 Sept. 1708	AC 25 f. 216
ob. Benedicti	**Rodericus** Marín y Rubio, ep. Segobricen.[8])	28 Maii 1714	AC 26 f. 180

Glandaten(sis) *(Glandèves)* in Gallia [1])

ob. Dominici Ithier[2])	**Leo** Bacoue, O.F.M.Ref.[3])	27 Nov. 1673	AC 22 f. 153'
dim. Leonis	**Carolus** de Villeneuve de Vence[4])	4 Iun. 1694	Cons. S.
ob. Caroli	**Caesar** de Sabran[5])	25 Sept. 1702	AC 25 f. 68'
ob. Caesaris	**Dominicus Laurentius** de Berton de Crillon[6])	24 Sept. 1721	AC 27 f. 256

Gnesnen(sis) *(Gniezno, Gnesen)* in Polonia, metrop.[1])

ob. Nicolai Prażmowski	**Casimirus Florianus** Czartoryski, ep. Vladislavien.[2])	27 Nov. 1673	AC 22 f. 153'
ob. Casimiri Fl.	**Andreas** Olszowski, ep. Culmen.[3])	26 Nov. 1674	AC 22 f. 170
ob. Andreae	**Ioannes Stephanus** Wydżga, ep. Varmien.[4])	17 Iul. 1679	AC 23 f. 14
ob. Ioannis St.	**Michael Stephanus** Radziejowski, S.R.E. card., ep. Varmien.[5])	17 Maii 1688	AC 23 f. 216
ob. card. Radziejowski	**Stanislaus** Szembek, ep. Vladislavien.[6])	7 Iun. 1706	AC 25 f. 168'
ob. Stanislai	**Theodorus** Potocki, ep. Varmien.[7])	22 Nov. 1723	AC 28 f. 48

---

c. decr. ... erig. mont. piet., c. reserv. pens. 11777 duc. mon. pro pers. nominandis, non exced. ... 3am fr. (AC 21 f. 196'); ob. 7 Mart. 1671 (Gams 39).

[4]) Absolv. a vinc. Caurien., praesent. r. cath., tr. c. ret. compat., c. decr. ... erig. mont. piet., c. reserv. pens. 13433 duc. etc. ut supra (AC 22 f. 85'); ob. 23 Dec. 1681 (Gams 39).

[5]) Absolv. a vinc. Abulen., tr. c. ret. compat., c. decr. ... repar. dom. epalis, erig. mont. piet., c. reserv. pens. 13433 duc. etc. ut supra (AC 23 f. 99); praesent. r. cath. 27 Ian. 1682 (P. Cons. 81 f. 281); ob. 22 Apr. 1692 (P. Cons. 87 f. 270').

[6]) Absolv. a vinc. Astoricen., praesent. r. cath., tr. c. ret. compat., c. decr. ... repar. cathedr. et dom. epalis, erig. mont. piet. (AC 24 f. 46); ob. 10 Ian. 1708 (Gams 39).

[7]) Praesent. r. cath., promovetur c. disp. ... pbr., c. ret. offic. locumtenentis S. Rotae Rom., c. decr. ... vac. omnia benef., quae obtinet, perfect. cathedr., erig. mont. piet., c. reserv. pens. usque ad sum. 4165 duc. auri de Camera et 5 1/2 iuliorum mon. Rom. pro pers. nominandis, non exced. ... 3am fr. (AC 25 f. 216); nat. in dioec. Oveten., aet. 61 an., doct. iur. can. (e bulla prov. S. Br. 2534 f. 274 ss.); ob. 19 Mart. 1712 (Gams 39).

[8]) Absolv. a vinc. Segobricen., tr. c. decr. ... prof. fidei, perfect. cathedr., erig. mont. piet., c. reserv. pens. usque ad sum. 4095 duc. auri de Camera etc. ut supra (AC 26 f. 180); praesent. r. cath. 7 Mart. 1714 (P. Dat. 1714 f. 67 ss.); ob. 10 Febr. 1732 (P. Cons. 118 f. 194').

Glandaten.

[1]) A. 1672: Civ. Glandaten. sita in prov. Provinciae inhabitatur a 1000 circ. incolis, sub dominio temporali regis Xmi; eccl. cathedr. Glandaten. translata ad oppidum Intervallum [Entrevaux] sub invocatione B.M.V. suffrag. metrop. Ebredunen.; in ea sunt 4 dign. et 5 praeb.; valor ann. fr. mens. epalis 10000 libr. Turonen.; dioec. amplectitur 60 circ. parochias (P. Cons. 72 f. 428 ss.); taxa (a. 1673) 400 flor. (AM 42 f. 201').

[2]) Ob. 12 Sept. 1672 (P. Cons. 72 f. 430').

[3]) Promovetur c. decr. ... repar. cathedr., dom. epalis, erig. theol., poenit., sem., mont. piet. (AC 22 f. 153'); nat. in dioec. Vasaten., aet. 65 an., iam guardianus conventuum Tolosan. et Burdegalen. ac min. provincialis prov. Aquitaniae Maioris, lect. theol. per 6 annos (P. Cons. 72 f. 407 ss.); nomin. r. Xmo 15 Oct. 1672 (l. c. f. 407); 18 Nov. 1673 disp. super eo, quod ex parentibus calviniana haeresi infectis natus sit, et haeresim usque ad a. aet. suae 18 secutus fuerit (S. Br. 1522 f. 114); dim. a. 1684 (al. 1685, 1687); ob. in civ. Appamiarum 12 vel 13 Febr. 1694 (Gallia Christ. III, 1248).

[4]) Promovetur eique iniungitur ... extens. regaliae, c. ret. compat., c. decr. ... repar. dom. epalis, erig. theol., poenit., sem., mont. piet., c. reserv. pens. 2500 libr. Turonen. pro pers. nominata (Cons. S. 1693/1694 f. 107); nat. in dioec. Vencien., aet. 45 an. circ. [a. 1690], pbr., doct. theol. Parisien., iam praep. Grassen. (P. Cons. 88 f. 203 ss.); nomin. r. Xmo 26 Apr. 1686 (l. c. f. 213); ob. 12 Apr. 1702 (P. Cons. 95 f. 191).

[5]) Promovetur eique iniungitur etc. ut supra, c. ret. compat., c. decr. ... repar. cathedr., instr. supellect., erig. theol., poenit., sem., mont. piet. (AC 25 f. 68'); nat. in dioec. Regien., aet. 60 an., pbr., doct. theol. et iur. utr., iam vic. gen. Regien. (P. Cons. 95 f. 184 ss.); nomin. r. Xmo 3 Iun. 1702 (l. c. f. 184); ob. a. 1720 (Gams 554).

[6]) Pbr. Cavallicen. dioec., doct. theol., nomin. r. Xmo, promovetur eique iniungitur etc. ut supra, c. ret. compat., c. decr. ... prof. fidei, repar. cathedr., instr. supellect., erig. etc. ut supra (AC 27 f. 256); ob. 28 Oct. 1747 (P. Cons. 136 f. 301').

Gnesnen.

[1]) A. 1674: Civ. Gnesnen. sita in Polonia Maiore inhabitatur a 300 circ. christifidelibus, sub dominio temporali regis Poloniae; eccl. metrop. est sub invocatione S. Adalberti, in qua sunt 7 dign. et 32 can.tus; valor ann. fr. mens. archiepalis 36000 flor. Polon.; in civ. sunt 1 colleg., 1 eccl. paroec., 1 conventus virorum et 1 mon. monialium (P. Cons. 73 f. 149 ss.); taxa 5000 flor. (AM 42 f. 218).

[2]) Absolv. a vinc. Vladislavien., supplic. r. Polon., tr. c. decr. ... repar. cathedr. et dom. archiepalis, erig. mont. piet. (AC 22 f. 153'); conc. pallium in eodem consist. (l. c. f. 155); bulla prov. (S. Br. 1592 f. 415 ss.); ob. 15 Maii 1674 (P. Cons. 73 f. 159').

[3]) Absolv. a vinc. Culmen., tr. c. decr. ... repar., erig. etc. ut supra (AC 22 f. 170); conc. pallium in eodem consist. (l. c.); supplic. r. Polon. 15 Iun. 1674 (P. Cons. 73 f. 161); ob. in mon. Oliven. ad Gedanum (P. Cons. 78 f. 259') 29 Aug. 1677 (Gams 348).

[4]) Absolv. a vinc. Varmien., supplic. r. Polon., tr. c. ret. compat., c. decr. ... erig. mont. piet. (AC 23 f. 14); conc. pallium 27 Nov. 1679 (l. c. f. 24'); ob. 7 Sept. 1685 (Gams 348).

[5]) Absolv. a vinc. Varmien., tr. c. ret. omnium, quae obtinet, c. decr. ... repar. dom. archiepalis, erig. mont. piet. (AC 23 f. 216); conc. pallium 31 Maii 1688 (l. c. f. 222'); bulla prov. (S. Br. 1771 f. 146 ss.); 10 Iun. 1705 suspenditur ab exercitio pontificalium et regimine eccl. Gnesnen. ac iuribus et privil. illi annexae dign. primitialis regni Poloniae (S. Br. 2512 f. 7 ss.); ob. 11 Oct. 1705 (cf. S.R.E. card. III, 29). 30 Aug. 1705 confirm. deputatio de pers. Theodori ep. Tripolien. in admin. spiritualium eccl. Gnesnen. a nuntio Poloniae facta (S. Br. 2512 f. 11 ss.).

[6]) Absolv. a vinc. Vladislavien., tr. c. ret. compat., c. decr. ... repar. cathedr. et dom. epalis, erig. mont. piet. (AC 25 f. 168'); conc. pallium 25 Iun. 1706 (l. c. f. 172'); supplic. r. Polon. 3 Nov. 1705 (Ep. Reg. I n. 54); ob. 2 Aug. 1721 (A. Cons. 1722 tom. II f. 138).

[7]) Absolv. a vinc. Varmien., supplic. r. Polon., tr. c. decr. ... prof.

Goan(a) (*Goa*) in Indiis orientalibus, metrop.[1]

ob. Francisci a Martyribus	**Christophorus** da Silveira, O.E.S.Aug.[2])	22 Dec. 1670	AC 22 f. 58
ob. Christophori	**Antonius** Brandão, O.Cist.[3])	17 Dec. 1674	AC 22 f. 170'
ob. Antonii	**Emmanuel** de Sousa Meneses[4])	19 Aug. 1680	AC 23 f. 49
ob. Emmanuelis	**Albertus** da Silva, O.C.S.Aug.[5])	18 Mart. 1686	AC 23 f. 178'
ob. Alberti	**Augustinus** ab Annuntiatione[6])	6 Mart. 1690	AC 23 f. 260
ob. Augustini	**Sebastianus** de Andrade Pessanha[7])	16 Dec. 1715	AC 26 f. 228'
dim. Sebastiani	**Ignatius** a S. Theresia, O.C.S.Aug.[8])	3 Febr. 1721	AC 27 f. 213

Granaten(sis) (*Granada*) in Hispania, metrop.[1])

ob. Iosephi de Argaiz[2])	**Didacus** Escolano y Ledesma, ep. Segobien.[3])	27 Febr. 1668	AC 21 f. 190'
ob. Didaci	**Franciscus** de Rois y Mendoza, ep. Pacen.[4])	29 Maii 1673	AC 22 f. 142
ob. Francisci	**Alphonsus Bernardus** de los Ríos, ep. Civitaten.[5])	13 Sept. 1677	AC 22 f. 236'
ob. Alphonsi B.	**Martinus** de Ascargorta, ep. Salamantin.[6])	18 Maii 1693	AC 24 f. 48
ob. Martini	**Franciscus** de Perea y Porras, ep. Placentin.[7])	3 Iul. 1720	AC 27 f. 175'

Grassen(sis) (*Grasse*) in Gallia[1])

ob. Ludovici de Bernage[2])	**Ludovicus** Aube de Roquemartine[3])	16 Nov. 1676	AC 22 f. 212'

---

fidei, repar. cathedr. et dom. archiepalis, erig. theol., poenit., mont. piet. (AC 28 f. 48); conc. pallium 22 Dec. 1723 (l. c. f. 60'); ob. in civ. Varsavien. 12 Nov. 1738 (P. Cons. 125 f. 172').

Goan.

[1]) A. 1685: Civ. Goan. sita in India orientali inhabitatur a 2000 circ. christifidelium, sub dominio temporali regis Portugalliae; eccl. metrop. est sub invocatione S. Catharinae, in qua sunt 5 dign. et 10 can.[tus]; valor ann. fr. mens. archiepalis 9000 cruciatorum mon. Portugalliae; in civ. sunt 5 eccl. paroec., 11 conventus virorum, 1 mon. monialium (P. Cons. 84 f. 226 ss., 70 f. 385 s.); taxa (a. 1686) 333 1/3 flor. (AM 43 f. 251').

[2]) Supplic. princ. Portug., promovetur c. ret. compat., c. ind.... cons. ep. et 2 dign., c. decr.... prof. fidei ante cons., erig. theol., poenit., mont. piet. (AC 22 f. 58); conc. pallium 19 Ian. 1671 (l. c. f. 71); nat. in civ. Agren., aet. 58 an. [a. 1668], mag. theol., iam rect. coll. Colimbrien. (P. Cons. 70 f. 376 ss.); ob. 9 Apr. 1673 (Almeida 1017).

[3]) Praesent. princ. Portug., promovetur c. ind.... cons. ep. et 2 dign., c. decr.... erig. theol., poenit., sem., mont. piet. (AC 22 f. 170'); conc. pallium in eodem consist. (l. c. f. 172'); nat. in oppido de Alcobaça dioec. Ulixbonen., aet. 54 an., mag. theol., ad praesens abb. gen. in regno Portugalliae (P. Cons. 73 f. 167 ss.); ob. 6 Iul. 1678 (Almeida 1018).

[4]) Praesent. princ. Portug., promovetur c. ind.... cons. ep. et 2 dign., c. ret. compat., c. decr.... erig. mont. piet. (AC 23 f. 49); conc. pallium 23 Sept. 1680 (l. c. f. 52); nat. in civ. Ulixbonen., pbr., lic. iur. can. 24 Nov. 1672 (P. Cons. 79 f. 215 ss.); ob. 31 Ian. 1684 (Almeida 1018).

[5]) Praesent. r. Portug., promovetur c. disp.... gradus, c. ind.... cons. ep. et 2 dign., c. decr.... erig. theol., poenit., mont. piet. (AC 23 f. 178'); conc. pallium in eodem consist. (l. c. f. 179'); nat. in oppido de Amarante dioec. Bracharen., aet. 54 an. circ., prior S. Vincentii extra muros Ulixbonen. (P. Cons. 84 f. 217 ss); ob. 10 Apr. 1688 (Almeida 1018). In sua religione « Albertus a S. Gundisalvo » vocatur.

[6]) Ord. D.N. Iesu Christi, praesent. r. Portug., promovetur c. ind.... cons. ep. et 2 dign., c. decr.... erig. theol., poenit., mont. piet. (AC 23 f. 260); conc. pallium 17 Apr. 1690 (l. c. f. 266'); ob. 6 Iul. 1713 (Almeida 1019).

[7]) Praesent. r. Portug., promovetur c. disp. super eo, quod in subdiac.[tus] ord. tantum const. existat, c. ind.... cons. ep. et 2 dign., c. decr.... repar. dom. archiepalis, erig. theol., poenit., mont. piet. (AC 26 f. 228'); conc. pallium in eodem consist. (l. c. f. 230); nat. in civ. Ulixbonen., bapt. 7 Ian. 1676, prom. ad ord. subdiac.[tus] 22 Sept. 1703, bacc. iur. can. Colimbrien. 12 Iun. 1694, fit deputatus S. Officii Elboren. 22 Oct. 1703 (P. Cons. 104 f. 233 ss.); dim. ante 3 Febr. 1721 (AC 27 f. 213); ob. 2 Mart. 1737 (Almeida 1019).

[8]) Pbr. Portugallen., doct. theol., praesent. r. Portug., promovetur c. ind.... cons. ep. et 2 dign., c. decr.... erig. etc. ut supra, c. assign. congruae pro Sebastiano archiep. dimittente (AC 27 f. 213); conc. pallium in eodem consist. (l. c. f. 217); tr. ad Pharaonen. 19 Dec. 1740 (AC 31 f. 274'); ob. 15 Apr. 1751 (Almeida 903).

Granaten.

[1]) A. 1673: Civ. Granaten. sita in Andalusia superiore continet 30000 focularIorum, sub dominio temporali regis cath.; eccl. metrop. est sub invocatione Annuntiationis B.M.V., in qua sunt 7 dign. et 12 can.[tus]; valor ann. fr. mens. archiepalis 40000 circ. duc. mon. illarum partium; in civ. sunt 23 eccl. paroec., 2 colleg., 2 conventus virorum et 18 mon. monialium; dioec. amplectitur 150 circ. loca (P. Cons. 72 f. 445' ss.); taxa 3000 flor. (AM 42 f. 190').

[2]) Ob. 8 (28) Maii 1667 (Gams 35).

[3]) Absolv. a vinc. Segobien., praesent. r. cath., tr. c. ret. compat., c. decr.... erig. mont. piet., c. reserv. pens. 10704 duc. pro pers. nominandis, non exced.... 3[am] fr. (AC 21 f. 190'); conc. pallium 12 Mart. 1668 (l. c. f. 193'); ob. 4 Sept. 1672 (Gams 35).

[4]) Absolv. a vinc. Pacen., tr. c. ret. compat., c. decr.... erig. mont. piet., c. reserv. pens. 11183 duc. etc. ut supra (AC 22 f. 142); conc. pallium 12 Iun. 1673 (l. c. f. 145); praesent. r. cath. 17 Ian. 1673 (P. Cons. 72 f. 440); ob. 16 Mart. 1677 (Gams 35).

[5]) Absolv. a vinc. Civitaten., tr. c. decr.... erig. sem., mont. piet., c. reserv. pens. 15020 duc. mon. etc. ut supra (AC 22 f. 236'); conc. pallium 11 Oct. 1677 (l. c. f. 242): praesent. r. cath. 14 Iul. 1677 (P. Cons. 76 f. 355); ob. 5 Oct. 1692 (P. Cons. 87 f. 324).

[6]) Absolv. a vinc. Salamantin., praesent. r. cath., tr. c. decr.... perfect. cathedr., erig. mont. piet., c. reserv. pens. 9194 duc. mon. illarum partium etc. ut supra (AC 24 f. 48); conc. pallium 8 Iun. 1693 (l. c. f. 53'); ob. 25 Febr. 1719 (Gams 35).

[7]) Absolv. a vinc. Placentin., praesent. r. cath., tr. c. decr.... perfect. cathedr., erig. poenit., mont. piet., c. reserv. pens. usque ad sum. 4164 duc. auri de Camera etc. ut supra (AC 27 f. 175'); ob. 5 Iun. 1733 (Gams 35), al. 26 Iun. 1733 (P. Cons. 120 f. 280).

Grassen.

[1]) A. 1689: Civ. Grassen. sita in prov. Provinciae inhabitatur a 15000 circ. christifidelium, sub dominio temporali regis X[mi]; eccl. cathedr. sub invocatione B.M.V. suffrag. metrop. Ebredunen.; in ea sunt 3 dign. et 7 can.[tus]; valor ann. fr. mens. epalis 4500 libr. Turonen.; in civ. sunt 5 conventus virorum et 1 mon. monialium; dioec. amplectitur 20 parochias (P. Cons. 86 f. 317 ss.); taxa (a. 1711) 424 flor. (AC 26 f. 60').

[2]) Ob. 6 Maii 1675 (P. Cons. 75 f. 247).

[3]) Promovetur c. ret. compat. et ad sexennium praepositurae Are-

tr. Ludovici ad Tricastrinen.	**Antonius** Le Comte [4])	13 Iul. 1682	AC 23 f. 111'
ob. Antonii	**Franciscus** Verjus [5])	24 Mart. 1692	AC 24 f. 15
ob. Francisci	**Iosephus Ignatius Ioannes Bapt.** de Mesgrigny, O.F.M. Cap. [6])	19 Oct. 1711	AC 26 f. 60
ob. Iosephi I. I. B.	**Carolus Octavianus** d'Antelmi [7])	9 Dec. 1726	AC 28 f. 281'

Gratianopolitan(a) *(Grenoble)* in Gallia [1])

ob. Petri Scarron [2])	**Stephanus** Le Camus [3])	1 Iul. 1671	AC 22 f. 84'
ob. card. Le Camus	**Ennemundus** Allemand de Montmartin [4])	12 Mart. 1708	AC 25 f. 206'
ob. Ennemundi	**Paulus** de Chaulnes, nuper ep. Sarlaten.[5])	16 Iun. 1721	AC 27 f. 238
ob. Pauli	**Ioannes** de Caulet [6])	20 Mart. 1726	AC 28 f. 219

Gratianopolitan(a) *(Gratianopolis)* in Mauretania Caesariensi, tit.[1])

ob. Theodori Skuminowicz	**Nicolaus** Słupski, fit suffrag. Vilnen.[2])	3 Iun. 1669	AC 22 f. 16'
ob. Nicolai	**Ioannes** Dłużewski, fit suffrag. Chelmen.[3])	18 Iun. 1696	AC 24 f. 146'
ob. Ioannis	**Michael** Piechowski, fit suffrag. Premislien.[4])	12 Febr. 1721	AC 27 f. 221
ob. Michaelis	**Dominicus** Invitti [5])	29 Nov. 1724	AC 28 f. 121'

---

laten., c. decr. ... repar. cathedr. et dom. epalis, erig. mont. piet. (AC 22 f. 212'); nat. in civ. Arelaten. 9 Dec. 1630, charactere cler. insign. 20 Ian. 1641, prom. ad ord. min. 17 Dec. 1644, subdiac.[tus] et diac.[tus] 16, 17 Mart. 1652, pbr.[tus] 7 Mart. 1655, lic. iur. utr. 27 Nov. 1675 (P. Cons. 75 f. 223 ss.); nomin. r. X[mo] 16 Sept. 1675 (l. c. f. 240); tr. ad Tricastrinen. 25 Maii 1682.

⁴) Promovetur c. ret. compat. ac prioratus conventualis non tamen electivi SS. Petri et Pauli O.Cluniacen. dioec. Ambianen., quem in commendam obtinet, c. decr. ... erig. poenit., sem. (AC 23 f. 111'); nat. Parisiis, aet. 52 an. circ., pbr. 31 Mart. 1668, bacc. iur. can. Parisien. (P. Cons. 81 f. 291 ss.); nomin. r. X[mo] 2 Iul. 1681 (l. c. f. 291); ob. 6 Sept. 1683 (Gams 555).

⁵) Promovetur eique iniungitur ... extens. regaliae, c. ret. compat., c. decr. ... vac. praepositura Grassen., prof. fidei, repar. cathedr. et dom. epalis, erig. poenit., sem. (AC 24 f. 15); nat. in dioec. Senonen. a. 1633, pbr., lic. iur. can. (P. Cons. 86 f. 309 ss.); nomin. r. X[mo] 31 Maii 1684 (l. c. f. 313'); 7 Oct. 1692 ei conc. ind. emittendi prof. fidei in manibus alicuius ep. seu dign. a nuntio Franciae substituendae (S. Br. 1853 f. 74 ss.); ob. 17 Dec. 1710 (Gams 556).

⁶) Nomin. r. X[mo], promovetur eique iniungitur etc. ut supra, c. decr. ... repar. cathedr. et dom. epalis, instit. poenit., perfic. sem. (AC 26 f. 60); bulla prov. (S. Br. 2537 f. 311 ss.); nat. in civ. Aquen. prov. Provinciae, aet. 59 an., prof. relig. emisit 24 Maii 1672, pbr. 20 Sept. 1681, lic. iur. can. Parisien. (P. Cons. 101 A f. 121 ss.); ob. 2 Mart. 1726 (P. Cons. 112 f. 332). In religione « Athanasius ab Aix » vocatur (Lexicon Cap. 1106).

⁷) Promovetur eique iniungitur etc. ut supra, c. ret. compat., c. decr. ... repar. cathedr. et dom. epalis, instr. supellect., perfic. sem. (AC 28 f. 281'); nat. in civ. Foroiulien. m. Febr. 1668, pbr. m. Dec. 1694, lic. iur. utr. Parisien. a. 1693, praep. Foroiulien. ab a. 1701, vic. gen. eiusdem eccl. a 35 annis (P. Cons. 112 f. 321 ss.); nomin. r. X[mo] 25 Mart. 1726 (l. c. f. 322); ob. 21 Oct. 1752 (P. Cons. 141 f. 293').

Gratianopolitan. (in Gallia)

¹) A. 1671: Civ. Gratianopolitan. sita in Delphinatu inhabitatur a 25000 circ. incolarum, sub dominio temporali regis X[mi]; eccl. cathedr. sub invocatione B.M.V. suffrag. metrop. Viennen.; in ea sunt 5 dign. et 21 can.[tus]; valor ann. fr. mens. epalis 12000 libr. Turonen.; in civ. sunt 2 eccl. paroec., 1 colleg., 8 conventus virorum et 7 mon. monialium; dioec. amplectitur 300 circ. parochias (P. Cons. 70 f. 407' ss.); taxa 1000 flor. (AM 74 f. 129').

²) Ob. 8 Febr. 1668 (Gams 557).

³) Promovetur c. ret. compat., c. decr. ... repar. cathedr. et dom. epalis, erig. theol., poenit., sem., mont. piet. (AC 22 f. 84'); nat. Parisiis, aet. 39 an. circ., pbr., doct. theol. Parisien. (P. Cons. 70 f. 394 ss.); nomin. r. X[mo] m. Ian. 1671 (l. c. f. 394); creatur card. 2 Sept. 1686; ob. 12 Sept. 1707 (cf. S.R.E. card. III, 27).

⁴) Promovetur eique iniungitur ... extens. regaliae, c. ret. compat., c. decr. ... vac. cantoria Viennen., repar. cathedr., erig. mont. piet. (AC 25 f. 206'); nat. in civ. Viennen., aet. 48 an., pbr., doct. theol. Parisien., vic. gen. Viennen. (P. Cons. 101 f. 132 ss.); nomin. r. X[mo] 1 Nov. 1707 (l. c. f. 133); ob. 28 Oct. 1719 (Gams 557).

⁵) Nomin. r. X[mo], promovetur eique iniungitur etc. ut supra, c. ret. compat., c. decr. ... prof. fidei, repar. cathedr. et dom. epalis, erig. poenit., mont. piet., c. reserv. pens. 801 $^1/_4$ duc. auri de Camera pro 2 pers. nominatis (AC 27 f. 238); ob. 20 Oct. 1725 (Gams 557).

⁶) Promovetur eique iniungitur etc. ut supra, c. ret. compat. ac mon. B.M.V. de Castricis O.C.S.Aug. civ. Cathalaunen., c. decr. ... repar. cathedr., erig. poenit., mont. piet., c. reserv. pens. 483 $^3/_4$ duc. auri de Camera pro pers. nominata (AC 28 f. 219); nat. in civ. Tolosan., aet. 33 an. circ., pbr. m. Sept. 1717, doct. theol. a. 1720, vic. gen. Rothomagen. ab a. 1724, eleemos. regius (P. Cons. 112 f. 336 ss.); nomin. r. X[mo] 7 Dec. 1725 (l. c. f. 337); ob. 27 Oct. 1771 (P. Cons. 160 f. 257').

Gratianopolitan. (tit.)

¹) Eccl. Gratianopolitan. sita est in Mauretania Caesarien. (Index Sed. tit. n. 1610).

²) Promovetur ad Gratianopolitan. et deput. suffrag. Vilnen. ac prov. Russiae ad pontif., c. disp. ... gradus, c. ret. compat., c. assign. congruae 300 duc. auri de Camera (AC 22 f. 16'); pbr., lic. theol., custos et officialis gen. Vilnen. (e bulla prov. S. Br. 1443 f. 256 ss.); ob. ante 5 Apr. 1696 (A. Cons. 1696 f. 36).

³) Promovetur ad Gratianopolitan. et deput. suffrag. Chelmen. ad pontif. c. disp. ... gradus, c. assign. 2400 flor. Polon., c. ret. praepositurae Chelmen. et alterius Blesnen. dioec. Chelmen. necnon parochiae Rutnen. etiam dioec. Chelmen. (AC 24 f. 146'); nat. in loco Ostrovien. Cracovien. seu alterius dioec., aet. 36 an. circ., pbr. (e bulla prov. S. Br. 2052 f. 341 ss.); ob. ante 13 Apr. 1720 (A. Cons. 1721 tom. I f. 382).

⁴) Promovetur ad Gratianopolitan. et deput. suffrag. Premislien. ad pontif., c. ret. custodiae eiusdem eccl., necnon praepositurarum Vislicien. et Stopnicen., c. decr., quod paroec. eccl.[as] Sotkolien. et Kumovien. dimittere teneatur, c. supplemento congruae usque ad sum. 300 duc. auri de Camera super fructibus mensae epalis Premislien. ultra dotem alias suffraganeis Premislien. constitutam (AC 27 f. 221); nat. in dioec. Posnanien., aet. 50 an. et ultra, pbr., lic. iur. utr., aud. gen. et iudex ep.[i] Premislien. (e bulla prov. S. Br. 2542 f. 515 ss.); ob. ante 10 Febr. 1724 (A. Cons. 1724 tom. I f. 184).

⁵) Promovetur c. decr. ... vac. omnia benef., quae obtinet, suspenso tamen effectu vacationis respectu compat. usque ad sui obitum, prof. fidei (AC 28 f. 121'); bulla prov. (S. Br. 2744 f. 493 ss.); nat. in civ. Neapolitan. 11 Aug. 1667, prom. ad ord. subdiac.[tus], diac.[tus] ac pbr.[tus] 11, 30 Nov., 23 Dec. 1691, doct. iur. utr. Neapolitan. 17 Mart. 1688, can. Neapolitan. (P. Dat. 1724 f. 223 ss.); tr. ad Sardian. 5 Sept. 1725.

Gravinen(sis) *(Gravina di Puglia)* in Italia inferiore [1])

ob. Dominici Cennini [2])	**Dominicus** Valvassori, O.E.S.Aug.[3])	18 Mart. 1686	AC 23 f. 178
ob. Dominici	**Marcellus** de Cavaleriis (Cavalieri), O.P.[4])	11 Ian. 1690	AC 23 f. 253'
ob. Marcelli	**Aloysius** Capuani, ep. Ravellen. et Scalen.[5])	14 Dec. 1705	AC 25 f. 150
ob. Aloysii	**Caesar Franciscus** Lucini, O.P.[6])	11 Maii 1718	AC 27 f. 70
ob. Caesaris Fr.	**Vincentius** Ferrero, O.P.[7])	18 Apr. 1725	AC 28 f. 166

Grossetan(a) *(Grosseto)* in Italia media [1])

ob. Caesaris Ugolini [2])	**Sebastianus** Perissi, ep. Nucerin. Paganorum [3])	28 Maii 1700	AC 25 f. 9
ob. Sebastiani	**Iacobus** Falconetti, O.P.[4])	15 Ian. 1703	AC 25 f. 78'
ob. Iacobi	**Bernardinus** Pecci [5])	15 Dec. 1710	AC 26 f. 36'

Guadalajara (de) seu **Guadalaxara** *(Guadalajara)* in partibus Mexicanis [1])

tr. Francisci Berdín y Molina ad Mechoacan.	**Emmanuel** Fernández de Santa Cruz [2])	19 Febr. 1674	AC 22 f. 159'
tr. Emmanuelis ad Tlaxcalen.	**Ioannes** de Santiago de León Garabito [3])	13 Sept. 1677	AC 22 f. 237
ob. Ioannis	**Philippus** Galindo, O.P.[4])	30 Maii 1695	AC 24 f. 117
ob. Philippi	**Didacus** Camacho y Ávila, archiep. de Manila [5])	14 Ian. 1704	AC 25 f. 111

Gravinen.

[1]) A. 1689: Civ. Gravinen. sita in prov. Tranen. inhabitatur a 12000 circ. incolarum; eccl. cathedr. sub invocatione Assumptionis B.M.V. suffrag. metrop. Acheruntin.; in ea sunt 4 dign. et 20 can.tus; valor ann. fr. mens. epalis 800 duc. illius mon.; in civ. sunt 6 eccl. paroec., 1 colleg., 4 conventus virorum et 2 mon. monialium; dioec. amplectitur solummodo territorium civ.tis (P. Dat. 1689 f. 138' ss.); taxa (a. 1705) 100 flor. (AC 25 f. 150).

[2]) Ob. in civ. Neapolitan. m. Aug. 1684 (P. Cons. 41 f. 159').

[3]) Promovetur ad Gravinen. (AC 23 f. 178); nat. in loco de Trezzo dioec. Mediolanen. 5 Aug. 1627, pbr., mag. theol., iam proc. et min. gen. (P. Dat. 1685 f. 107 ss.); ob. in resid. 2 Oct. 1689 (P. Dat. 1689 f. 140).

[4]) Promovetur c. decr. ... erig. theol., mont. piet. (AC 23 f. 253'); nat. in civ. Bergomen., bapt. 20 Sept. 1649, mag. theol., lect. phil. et theol., iam vic. gen. Sipontin. et Caesenaten. (P. Dat. 1689 f. 137 ss.); ob. in resid. m. Aug. 1705 (P. Dat. 1705 f. 89).

[5]) Absolv. a vinc. Ravellen. et Scalen., tr. c. decr. ... prof. fidei, vac. omnia benef., quae obtinet, suspenso effectu vacationis usque ad sui obitum, erig. mont. piet. (AC 25 f. 150); ob. 13 Sept. 1708 (Gams 884), al. m. Sept. 1709 (P. Dat. 1718 f. 163').

[6]) Promovetur c. decr. ... instit. theol. et sem., erig. mont. piet. (AC 27 f. 70); nat. in civ. Mediolanen. 13 Febr. 1661, prom. ad ord. pbr.tus 7 Apr. 1685, mag. theol. 5 Iul. 1704, examinator synodalis Beneventan. (P. Dat. 1718 f. 162 ss.); consecr. Romae ab Antonio F. card. Zondadario 15 Maii 1718 (Arch. Caer. 571 p. 93); ob. 2 Mart. 1725 in suis mansionibus Pal. Vat. (Arch. Caer. 590 p. 327).

[7]) Promovetur c. decr. ... instit. theol., sem., erig. mont. piet. (AC 28 f. 166); nat. in civ. Neapolitan. 28 Ian. 1658, prom. ad ord. pbr.tus 1 Mart. 1681, emisit prof. relig. 4 Febr. 1674, mag. theol. 6 Febr. 1723, iam prior in diversis conventibus (P. Dat. 1725 f. 153 ss.); consecr. Romae a Sum. Pont. 1 Maii 1725 (Arch. Caer. 573 p. 288); tr. ad Lucerin. 8 Febr. 1730.

Grossetan.

[1]) A. 1700: Civ. Grossetan. sita in prov. Hetruriae inhabitatur a 900 circ. incolis, sub dominio temporali magni ducis; eccl. cathedr. sub invocatione S. Laurentii suffrag. metrop. Senen.; in ea sunt 1 dign. et 8 can.tus; valor ann. fr. mens. epalis 1000 scut. mon. illarum partium; in civ. sunt 1 eccl. paroec., 1 conventus virorum, 1 mon. monialium; dioec. amplectitur 20 circ. loca (P. Cons. 94 f. 465 ss.); taxa 1000 flor. (AC 25 f. 9).

[2]) Ob. m. Dec. 1699 (P. Dat. 1700 f. 68).

[3]) Absolv. a vinc. Nucerin. Paganorum, tr. c. decr. ... prof. fidei, vac. omnia benef., suspenso effectu vacationis usque ad sui obitum, instit. theol. et sem., erig. mont. piet. (AC 25 f. 9); ob. m. Nov. 1701 (P. Dat. 1702 f. 94 ss.).

[4]) Promovetur c. decr. ... instit. theol., sem., erig. mont. piet., c. reserv. pens. 200 scut. mon. Rom. pro pers. nominandis salvis antiquis (AC 25 f. 78'); nat. in civ. Senen., bapt. 21 Iun. 1656, prof. relig. emisit 1 Iul. 1672, charactere cler. insign. et prom. ad ord. min. 22 Sept. 1674, subdiac.tus 18 Sept. 1677, diac.tus 24 Sept. 1678, pbr.tus 27 Maii 1679, mag. theol. 26 Iun. 1702, cons. S. Officii (P. Dat. 1702 f. 91 ss.); ob. in resid. m. Apr. 1710 (P. Dat. 1710 f. 128').

[5]) Promovetur c. decr. ... vac. can.tus et praeb. colleg. S. Mariae de Provenzano civ.tis Senen. ceteraque benef., quae obtinet, suspenso tamen effectu vacationis respectu compat. usque ad sui obitum, instit. theol., erig. mont. piet. (AC 26 f. 36'); nat. in civ. Senen., bapt. 10 Maii 1672, prom. ad ord. pbr.tus 5 Dec. 1706, doct. iur. utr. Senen. 28 Sept. 1694, iam lect. univ. Senen. (P. Dat. 1710 f. 125 ss.); consecr. Romae a Ferdinando card. de Abdua 28 Dec. 1710 (Arch. Caer. 547 f. 632); ob. in civ. Senen. 1 Iun. 1736 (P. Dat. 1737 f. 52').

Guadalajara (de)

[1]) A. 1695: Civ. de Guadalajara sita in Nova Galicia in regno Novae Hispaniae inhabitatur a 2400 incolis, sub dominio temporali regis cath.; eccl. cathedr. sub invocatione Assumptionis B.M.V. suffrag. metrop. Mexican.; in ea sunt 3 dign. et 4 can.tus; valor ann. fr mens. epalis 10000 circ. ponderum; in civ. sunt 2 eccl. paroec., 5 conventus virorum, 2 mon. monialium (P. Cons. 89 f. 248 ss.); taxa (a. 1704) 33 1/3 flor. (AC 25 f. 111).

[2]) Promovetur c. ind. ... cons. ep. et 2 dign., c. decr. ... erig. theol., poenit., mont. piet. (AC 22 f. 159'); nat. in civ. Palentin., aet. 37 an., pbr. a. 1661, doct. theol., iam can. Segobien. (P. Cons. 73 f. 180 ss.); iam 28 Mart. 1672 a rege cath. praesent. ad eccl. de Chiapa, sed bullae non fuerunt expeditae (P. Cons. 75 f. 692); praesent. r. cath. ad Guadalajara 16 Maii 1673 (P. Cons. 73 f. 183); tr. ad Tlaxcalen. 19 Oct. 1676.

[3]) Promovetur c. ret. compat., c. ind. ... cons. ep. et 2 dign., c. decr. ... erig. theol., poenit., mont. piet. (AC 22 f. 237); nat. in oppido de Palma dioec. Corduben., aet. 36 an. circ., pbr., doct. theol., can. Pacen. (P. Cons. 76 f. 366 ss.); praesent. r. cath. 7 Iun. 1677 (l. c. f. 373); ob. 12 Iul. 1694 (P. Cons. 89 f. 250).

[4]) Praesent. r. cath., promovetur c. ind. ... cons. ep. et 2 dign., c. decr. ... prof. fidei, erig. theol., poenit., sem., mont. piet. (AC 24 f. 117); nat. in loco Verae Crucis, aet. 58 an. circ., mag. theol., iam provincialis in sua religione (P. Cons. 89 f. 239 ss.); ob. 7 Mart. 1702 (Gams 149).

[5]) Absolv. a vinc. de Manila, praesent. r. cath., tr. c. ret. tituli archiep.', c. decr. ... prof. fidei et iuram. fidel., erig. mont. piet. (AC 25 f. 111); ob. 19 Oct. 1712 (Gams 149).

ob. Didaci	**Emmanuel** de Mimbela, O.F.M.Obs.[6])	26 Febr. 1714	AC 26 f. 169
ob. Emmanuelis	**Petrus** Tapis, ep. de Durango[7])	23 Sept. 1722	AC 27 f. 301
ob. Emmanuelis	**Ioannes Bapt.** Álvarez de Toledo, ep. de Guatimala[8])	30 Aug. 1723	AC 28 f. 33'
res. Ioannis B.	**Nicolaus Carolus** Gómez de Cervantes, ep. de Guatimala[9])	20 Febr. 1726	AC 28 f. 212

Guadicen(sis) *(Guadix)* in Hispania[1])

ob. Iosephi Laínez	**Didacus** de Silva y Pacheco, O.S.B.[2])	27 Febr. 1668	AC 21 f. 191
tr. Didaci ad Astoricen.	**Clemens** Álvarez, O.P.[3])	15 Iul. 1675	AC 22 f. 186
ob. Clementis	**Ioannes** de Villacé y Vozmediano[4])	27 Sept. 1688	AC 23 f. 228
tr. Ioannis ad Placentin.	**Petrus** Palacios, O.P.[5])	8 Iun. 1693	AC 24 f. 52
dim. Petri	**Ioannes** Feyjóo González de Villalobos, O.Carm.[6])	31 Iul. 1702	AC 25 f. 65'
ob. Ioannis	**Ioannes** de Montalbán, O.P.[7])	13 Sept. 1706	AC 25 f. 175
tr. Ioannis ad Placentin.	**Philippus** de los Tueros y Huerta[8])	3 Febr. 1721	AC 27 f. 213

Guamanga (de) *(Guamanga,* hodie *Ayacucho)* in America meridionali (Perú)[1])

ob. Vasconis H. de Contreras	**Christophorus** de Castilla y Zamora[2])	11 Iun. 1668	AC 21 f. 206'
tr. Christophori ad de Plata	**Antonius** a S. Petro, O.Cist.[3])	22 Nov. 1677	AC 22 f. 246
ob. Antonii	**Sanchius** de Andrade y Figueroa[4])	12 Iun. 1679	AC 23 f. 11'

---

[6]) Praesent. r. cath., promovetur c. ind.... cons. ep. et 2 dign., c. decr.... prof. fidei, erig. mont. piet. (AC 26 f. 169); nat. in loco de Fraga dioec. Illerden., aet. 30 an. et ultra, proc. gen. provinciarum Novae Hispaniae (P. Cons. 103 f. 353 ss.); ob. 4 Maii 1721 (P. Cons. 109 f. 177').

[7]) Absolv. a vinc. de Durango, praesent. r. cath., tr. c. decr.... prof. fidei et iuram. fidel. (AC 27 f. 301); ob. iam 13 Apr. 1722 (Gams 150).

[8]) Absolv. a vinc. de Guatimala, praesent. r. cath., tr. c. decr.... prof. fidei ac iuram. fidel., erig. mont. piet. (AC 28 f. 33); S. S. renuntiationem eccl.ae de Guadalajara factam a Ioanne B., qui propter aetatem novo oneri epatus subeundo impar existit, admittit et denuo dictum Ioannem B. ad eccl. de Guatimala promovet 20 Febr. 1726 (P. Dat. 1726 f. 15 ss., AC 28 f. 212').

[9]) Absolv. a vinc. de Guatimala, praesent. r. cath., tr. c. decr.... prof. fidei ac iuram. fidel., erig. mont. piet. (AC 28 f. 212); ob. 6 Nov. 1734 (Gams 150).

Guadicen.

[1]) A. 1688: Civ. Guadicen. sita in regno Granaten. inhabitatur a 3000 circ. incolarum, sub dominio temporali regis cath.; eccl. cathedr. sub invocatione B.M.V. suffrag. metrop. Granaten.; in ea sunt 6 dign. et 6 can.tus; valor ann. fr. mens. epalis 6000 duc.; in civ. sunt 4 eccl. paroec., 5 conventus virorum, 2 mon. monialium; dioec. amplectitur 40 circ. loca (P. Cons. 85 f. 155' ss.); taxa 500 flor. (AM 43 f. 293').

[2]) Praesent. r. cath., promovetur c. decr.... erig. theol. et poenit., mont. piet. (AC 21 f. 191); nat. in civ. Compostellan., aet. 62 an. circ., mag. theol., scriptor diversorum tomorum theol., iam abb. et gen. totius congr. O.S.B. Hispaniae, qualificator Supremae Inquisitionis, praedicator regis cath. (P. Cons. 67 f. 205 ss.); tr. ad Astoricen. 27 Maii 1675.

[3]) Promovetur c. decr.... erig. theol., poenit., mont. piet. (AC 22 f. 186); nat. in oppido Nava del Rey nunc., aet. 60 an. circ., mag. theol., concionator regius (P. Cons. 74 f. 220 ss.); praesent. r. cath. 12 Febr. 1675 (l. c. f. 231); ob. 17 Iun. 1688 (P. Cons. 85 f. 157').

[4]) Praesent. r. cath., promovetur c. decr.... vac. can.tus magistralis Carthaginen. et omnia alia benef., quae obtinet, c. ret. tamen aliorum compat., c. decr.... repar. dom. epalis, erig. mont. piet. (AC 23 f. 228); nat. in loco de Mayorga dioec. Legionen., aet. 40 an. et ultra, pbr., mag. theol. Salamantin., iam can. magistralis Segobien. (P. Cons. 85 f. 147 ss.); tr. ad Placentin. 13 Apr. 1693.

[5]) Praesent. r. cath., promovetur c. decr.... repar. cathedr., erig. mont. piet. (AC 24 f. 52); nat. in loco Valdemoro nunc., aet. 45 an. circ., mag. theol., iam cathedraticus Compluten. (P. Cons. 87 f. 349 ss.); dim. ante 31 Iul. 1702 (AC 25 f. 65'); ob. a. 1711 (Gams 4).

[6]) Praesent. r. cath., promovetur c. decr.... erig. mont. piet., c. reserv. pens. 2000 duc. mon. pro Petro ep. dimittente (AC 25 f. 65'); nat. in loco de Villalobos, aet. 56 an., doct. theol. et iur. can. univ. Vallisoletan., cathedraticus eiusdem univ., iam gen. suae religionis (P. Cons. 95 f. 197 ss.); ob. m. Febr. 1706 (P. Cons. 99 f. 289).

[7]) Praesent. r. cath., promovetur c. decr.... erig. mont. piet., c. reserv. pens. usque ad sum. 2000 duc. mon. illarum partium pro pers. nominandis, non exced.... 3am fr. (AC 25 f. 175); nat. in loco de los Hinojosos, aet. 46 an. circ., mag. theol., cathedraticus univ. Salamantin. (P. Cons. 99 f. 276 ss.); tr. ad Placentin. 16 Sept. 1720.

[8]) Pbr. Burgen. dioec., lic. iur. can., praesent. r. cath., promovetur c. decr.... vac. paroec. eccl. S. Salvatoris oppidi Matriti Toletan. dioec., erig. mont. piet., c. reserv. pens. usque ad sum. 668 duc. auri de Camera et 13 1/2 iuliorum mon. Rom. (AC 27 f. 213); tr. ad Granaten. 20 Ian. 1734 (AC 31 f. 6'); ob. 12 Sept. 1751 (Gams 35).

Guamanga (de)

[1]) A. 1689: Civ. de Guamanga sita in regno Peruano inhabitatur a 500 Hispanis, sub dominio temporali regis cath.; eccl. cathedr. sub invocatione Assumptionis B.M.V. suffrag. metrop. Liman.; in ea sunt 3 dign. et 2 can.tus; valor ann. fr. mens. epalis 16000 pondeium mon. illarum partium; in civ. sunt 6 conventus virorum et totidem monialium (P. Cons. 86 f. 632' s.); taxa (a. 1716) 33 1/3 flor. (AC 26 f. 266').

[2]) Praesent. r. cath., promovetur c. ret. compat. ac ind.... cons. ep. et 2 dign., c. decr.... prof. fidei et iuram. fidel. ante cons., repar. dom. epalis, erig. theol., poenit., mont. piet. (AC 21 f. 206'); nat. in oppido de Lucena in Andalusia, aet. 50 an., pbr., doct. iur. can. Granaten., inquisitor (P. Cons. 67 f. 131 ss.); tr. ad de Plata 8 Nov. 1677.

[3]) Promovetur c. ind.... cons. ep. et 2 dign., c. decr.... erig. theol., poenit., sem., mont. piet. (AC 22 f. 246); nat. in civ. Vallisoletan., aet. 56 an., pbr. a. 1646, mag. theol., iam cathedraticus univ. Salamantin., abb. gen. congr. Castellae, ad praesens examinator synodalis Toletan. (P. Cons. 76 f. 385 ss.); praesent. r. cath. 27 Iul. 1677 (l. c. f. 393); ob. possessione minime adepta (P. Cons. 78 f. 284').

[4]) Promovetur c. ind.... cons. ep. et 2 dign., c. decr.... vac omnia benef., quae obtinet, erig. theol., poenit., sem., mont. piet. (AC 23 f. 11'); nat. in dioec. Compostellan. a. 1632, pbr. a. 1660, doct. theol., can. magistralis Mindonien. (P. Cons. 78 f. 275 ss.); praesent. r. cath. 15 Ian. 1679 (l. c. f. 280); tr. ad de Quito 15 Nov. 1688.

tr. Sanchii ad de Quito	**Franciscus Ludovicus** de Bruna Rico 5)	6 Dec. 1688	AC 23 f. 233
ob. Francisci L.	**Matthaeus** Delgado 6)	12 Dec. 1689	AC 23 f. 251
ob. Matthaei	**Didacus** Ladrón de Guevara, ep. de Panama 7)	11 Apr. 1699	AC 24 f. 217'
tr. Didaci ad de Quito	**Franciscus** de Deza y Ulloa 8)	7 Dec. 1716	AC 26 f. 266'
ob. Francisci	**Ildephonsus** Roldán, O.S.Bas. 9)	30 Aug. 1723	AC 28 f. 34

Guardien(sis) Alpheriae (*Guardialfiera*) in Italia inferiore 1)

ob. Ioannis L. Moncalvi 2)	**Iacobus** Pedicini, Congr.Cl.R.Min. 3)	19 Aug. 1669	AC 22 f. 27'
ob. Iacobi	**Fabritius** Cianci 4)	28 Nov. 1689	AC 23 f. 250
ob. Fabritii	**Philippus** de Cordova 5)	27 Mart. 1697	AC 24 f. 167
ob. Philippi	**Sebastianus** Feoli 6)	19 Dec. 1698	AC 24 f. 207
ob. Sebastiani	**Ioannes Andreas** Moscarelli 7)	14 Maii 1703	AC 25 f. 90'
ob. Ioannis A.	**Petrus Abundius** Battiloro 8)	12 Iun. 1724	AC 28 f. 87

Guatimala (de) (*Guatemala*) in America centrali 1)

tr. Payi de Ribera ad Mechoacan.	**Ioannes** Sáenz de Mañozca, ep. S. Iacobi de Cuba 2)	27 Febr. 1668	AC 21 f. 191'
tr. Ioannis ad Tlascalen.	**Ioannes** de Ortega Montañés, ep. de Durango 3)	9 Sept. 1675	AC 22 f. 187'

---

5) Praesent. r. cath., promovetur c. ind. ... cons. ep. et 2 dign., c. decr. ... prof. fidei, erig. mont. piet. (AC 23 f. 233); nat. in oppido de Lucena dioec. Corduben., aet. 60 an. circ., pbr., doct. iur. utr. Hispalen., inquisitor Liman. (P. Cons. 85 f. 212 ss.).

6) Praesent. r. cath., promovetur c. ind. ... cons. ep. et 2 dign., c. decr. ... vac. eccl. paroec. S. Petri oppidi Matriti, quam obtinet, c. ret. aliorum compat., erig. mont. piet. (AC 23 f. 251); nat. in dioec. Toletan., aet. 48 an. circ., pbr., doct. theol. (P. Cons. 85 f. 625 ss.); ob. circ. a. 1695 (P. Cons. 93 f. 260).

7) Absolv. a vinc. de Panama, tr. c. decr. ... prof. fidei et iuram. fidel., erig. mont. piet. (AC 24 f. 217'); praesent. r. cath. 26 Nov. 1698 (Ep. Reg. I n. 74); tr. ad de Quito 15 Sept. 1704.

8) Praesent. r. cath., promovetur c. ind. ... cons. ep. et 2 dign., c. decr. ... prof. fidei, repar. dom. epalis, erig. mont. piet. (AC 26 f. 266'); nat. in dioec. Tlascalen., aet. 56 an. circ., doct. iur. can. Mexican. (P. Cons. 105 f. 339 ss.); ob. a. 1719 (Gams 150).

9) Pbr. Toletan., mag. theol., praesent. r. cath., promovetur c. ind. ... cons. ep. et 2 dign., c. decr. ... repar. dom. epalis, erig. mont. piet. (AC 28 f. 34); 3 Sept. 1723 ei conc. ind. suscipiendi munus consecr.^{is} in Hispania (S. Br. 2602 f. 91); ob. 22 Febr. 1741 (P. Cons. 127 f. 390).

Guardien. Alpheriae

1) A. 1669: Civ. Guardien. Alpheriae sita in prov. comitatus Molisii in regno Neapolitan. inhabitatur a 300 circ. incolis; eccl. cathedr. sub invocatione Assumptionis B.M.V. suffrag. metrop. Beneventan.; in ea sunt 2 dign. et 3 can.^{tus}; valor ann. fr. mens. epalis 300 duc. mon. illarum partium; ep. residere solet in loco Castelluccio nunc. (P. Cons. 68 f. 319' s.); taxa (a. 1703) 71 $^{2}/_{3}$ flor. (AC 25 f. 90').

2) Ob. 9 Iun. 1669 (P. Cons. 68 f. 220').

3) Promovetur c. decr. ... repar. dom. epalis, erig. theol., poenit., sem., mont. piet. (AC 22 f. 27'); nat. in loco de Vitulano dioec. Beneventan., aet. 45 an. circ., lect. theol. Sapientiae Rom., iam assist. gen. et cons. S. Officii Ianuen. (P. Cons. 68 f. 312 ss.); 11 Iul. 1669 ei conc. disp. super quarto voto de non acceptanda dign. (S. Br. 1427 f. 178); consecr. Romae a Vitaliano card. Vicecomite 25 Aug. 1669 (Vat. Lat. 12334 f. 252); ob. 1 Dec. 1688 (Gams 885).

4) Promovetur c. decr. ... vac. omnia benef., quae obtinet, suspenso tamen effectu vacationis respectu compat. usque ad sui obitum, instr. supellect., repar. cathedr. et dom. epalis, erig. theol., poenit., sem., mont. piet. (AC 23 f. 250); nat. in loco de Castelgrande 1 Mart. 1649, prom. ad ord. min., subdiac.^{tus}, diac.^{tus} ac pbr.^{tus} 29 Sept., 27, 31 Oct., 1 Nov. 1688, doct. iur. utr. Neapolitan. 6 Iun. 1671, iam vic. gen. Muran. (P. Dat. 1689 f. 95 ss.); ob. m. Oct. 1696 (P. Cons. 91 f. 155).

5) Promovetur c. decr. ... repar. cathedr., instr., erig. etc. ut supra (AC 24 f. 167); nat. in civ. Neapolitan., bapt. 2 Iun. 1653, charactere cler. insign., prom. ad ord. min., subdiac.^{tus}, diac.^{tus} ac pbr.^{tus} 22 Febr., 5, 7, 14, 19 Sept. 1687, doct. iur. utr. Neapolitan., fit vic. gen. Mileten. 4 Maii 1693 (P. Dat. 1697 f. 39 ss.); consecr. Romae a Dominico M. card. Cursio 8 Apr. 1697 (Arch. Caer. 541 f. 286'); ob. a. 1698 (P. Cons. 92 f. 334).

6) Promovetur c. decr. ... vac. omnia benef., quae obtinet, suspenso effectu vacationis respectu compat. usque ad sui obitum, repar. cathedr. et dom. epalis, erig. etc. ut supra (AC 24 f. 207); nat. in loco de Montesarchio dioec. Beneventan., bapt. 20 Sept. 1657, prom. ad ord. subdiac.^{tus}, diac.^{tus} ac pbr.^{tus} 19, 21, 23 Sept. 1690, doct. iur. utr. Neapolitan. 12 Mart. 1678, archidiac. S. Agathae Gothorum, iam vic. gen. Gravinen. (P. Dat. 1698 f. 165 ss.); consecr. Romae a Sebastiano A. card. Tanario 27 Dec. 1698 (Arch. Caer. 541 f. 366); ob. circa finem a. 1702 (P. Dat. 1703 f. 86).

7) Promovetur c. decr. ... vac. primiceriatus Beneventan., repar. cathedr., erig. etc. ut supra (AC 25 f. 90'); nat. in civ. Beneventan. 10 Apr. 1655, charactere cler. insign. 29 Iul. 1668, prom. ad ord. min., subdiac.^{tus}, diac.^{tus} ac pbr.^{tus} 20, 21, 22, 23 Maii 1679, doct. iur. utr. Sapientiae Rom. 19 Apr. 1703, fit primicerius Beneventan. 8 Aug. 1699 (P. Dat. 1703 f. 85 ss.); ob. in civ. Beneventan. m. Ian. 1724 (P. Dat. 1724 f. 76').

8) Promovetur c. decr. ... vac. omnia benef., quae obtinet, suspenso effectu vacationis respectu compat. usque ad sui obitum, repar. cathedr. et dom. epalis, instr. supellect., erig. mont. piet. (AC 28 f. 87); nat. in loco de Arpino dioec. Soran., bapt. 24 Nov. 1677, prom. ad ord. pbr.^{tus} 23 Apr. 1702, doct. theol. Sapientiae Rom. 17 Aug. 1703, doct. iur. utr. eiusdem univ., fit vic. gen. abb. S. Martini de Fara in prov. Aprutin. 4 Iul. 1715, prot. apost. (P. Dat. 1724 f. 75 ss.); 7 Iul. 1724 ep.^{o} Avellinen. conc. fac. impendendi dicto Petro A. munus consecr.^{is} in metrop. eccl. Beneventan. (S. Br. 2620 f. 39); 21 Maii 1729 Petro A. conc. privil. ep.^{orum} solio Pontif. assist. (S. Br. 2737 f. 78'); tr. ad Aliphan. 18 Dec. 1733 (AC 30 f. 311'); ob. m. Oct. 1735 (P. Cons. 121 f. 45).

Guatimala (de)

1) A. 1675: Civ. de Guatimala sita in regno Indiarum occid. continet 5000 et ultra focularíorum, sub dominio temporali regis cath.; eccl. cathedr. sub invocatione S. Iacobi suffrag. metrop. Mexican.; in ea sunt 5 dign. et 4 can.^{tus}; valor ann. fr. mens. epalis 12000 ponderum mon. illarum partium; in civ. sunt 2 mon. monialium (P. Cons. 74 f. 248 s.); taxa 33 $^{1}/_{3}$ flor. (AM 42 f. 237').

2) Absolv. a vinc. S. Iacobi de Cuba, praesent. r. cath., tr. c. decr. ... prof. fidei et iuram. fidel., repar. dom. epalis, erig. theol., poenit., sem., mont. piet. (AC 21 f. 191'); tr. ad Tlascalen. 17 Iun. 1675.

3) Absolv. a vinc. de Durango, tr. c. decr. ... prof. fidei et iuram. fidel., erig. etc. ut supra (AC 22 f. 187'); praesent. r. cath. 11 Maii

tr. Ioannis ad Mechoacan.	**Andreas** de Navas y Quevedo, ep. de Nicaragua [4])	15 Febr. 1683	AC 23 f. 119
ob. Andreae	**Maurus** Colón de Larreátegui, O.S.B.[5])	17 Sept. 1703	AC 25 f. 97'
ob. Mauri	**Ioannes Bapt.** Álvarez de Toledo, ep. de Chiapa [6])	17 Ian. 1714	AC 26 f. 164'
tr. Ioannis B. ad de Guadalajara	**Nicolaus Carolus** Gómez de Cervantes [7])	20 Dec. 1723	AC 28 f. 54
tr. Nicolai C. ad de Guadalajara	**Ioannes Bapt.** Álvarez de Toledo, nuper ep. de Guadalajara [8])	20 Febr. 1726	AC 28 f. 212'
ob. Ioannis B.	**Ioannes** Gómez de Parada, ep. Yucatanen.[9])	6 Iul. 1729	AC 29 f. 177'

Gurcen(sis) *(Gurk)* in Austria [1])

ob. Wenceslai von Thun	**Polycarpus** von Küenburg [2])	a. 1673	....
ob. Polycarpi	**Ioannes** von Goes al. Goës [3])	a. 1675	....
ob. card. von Goes	**Otto** de la Bourde [4])	a. 1697	....
ob. Ottonis	**Iacobus Maximilianus** von Thun-Hohenstein [5])	a. 1709	....

Hadrianopolitan(a) v. **Adrianopolitan(a)**

Hadrumetin(a) seu **Adrumetin(a)** *(Hadrumetum)* in prov. Byzacena, tit.[1])

[4]) Promovetur c. ret. omnium, quae obtinet, c. reserv. pens. 1500 scut. mon. Rom. pro card. Spinula cedente, c. decr. ... repar. dom. epalis (AC 23 f. 273); conc. pallium 13 Nov. 1690 (l. c. f. 276'); bulla prov. (S. Br. 1820 f. 71 ss.); ob. 25 Aug. 1700 (cf. S.R.E. card. III, 5).

[5]) Absolv. a vinc. Thebarum, tr. c. ret. tituli archiep.^{i} et mon., quae obtinet, ac pens., quas percipit, c. decr. ... prof. fidei, vac. cetera benef. suspenso effectu vacationis respectu compat. usque ad sui obitum, repar. dom. epalis (AC 25 f. 127); conc. pallium 21 Mart. 1707 (l. c. f. 186'); creatur card. 17 Maii 1706 (cf. S.R.E. card. VI, 9); tr. ad Auximan. 17 Ian. 1714.

[6]) Promovetur c. decr. ... vac. can.^{tus} et praeb. Mediolanen., ceteraque benef. etc. ut supra (AC 26 f. 179); conc. pallium 13 Iun. 1714 (l. c. f. 184'); nat. in civ. Mediolanen. 19 Oct. 1667, charactere cler. insign. 16 Mart. 1685, prom. ad ord. min. 19 Maii 1690, subdiac.^{tus}, diac.^{tus} et pbr.^{tus} 14, 21, 24 Iun. 1693, doct. iur. utr. Papien. 21 Iun. 1692, iam vic. capitularis, ad praesens vic. gen. Mediolanen. (P. Dat. 1714 f. 85 ss.); consecr. Romae a Ferdinando card. de Abdua 10 Iun. 1714 (Arch. Caer. 564 f. 74'); 10 Iul. 1714 ei conc. privil. ep.^{orum} solio Pontif. assist. (S. Br. 2373 f. 13 ss.); ob. in civ. Pisan. m. Ian. 1723 (P. Dat. 1723 f. 130').

[7]) Absolv. a vinc. Reatin., tr. c. decr. ... vac. omnia benef. etc. ut supra, prof. fidei et iuram. fidel. (AC 28 f. 53); conc. pallium 14 Febr. 1724 (l. c. f. 77); ob. in resid. m. Ian. 1729 (P. Dat. 1729 f. 36').

[8]) Absolv. a vinc. Faventin., tr. c. decr. ... prof. fidei ac iuram. fidel., c. reserv. pens. usque ad sum. 1000 scut. mon. Rom. pro pers. nominandis (AC 29 f. 151); conc. pallium in eodem consist. (l. c. f. 155); 5 Maii 1731 fit sacrista S.^{tis} S. (S. Br. 2772 f. 5). Ad eccl. Lucan. numquam accessit (S. Br. 2964 f. 689); tr. ad Porphyrien. 21 Maii 1731 (AC 30 f. 125); ob. Romae 9 Ian. 1742 (Galletti Vat. Lat. 7900 f. 121 s.).

Lucen.

[1]) A. 1699: Civ. Lucen. inhabitatur a 10000 circ. incolarum, sub dominio temporali ep.^{i}; eccl. cathedr. sub invcoatione S. Froilani suffrag. metrop. Compostellan.; in ea sunt 11 dign. et 18 can.^{tus}; valor ann. fr. mens. epalis 8000 duc. mon.; in civ. sunt 4 conventus virorum et 2 mon. monialium (P. Cons. 94 f. 192 s.); taxa (a. 1700) 1000 flor. (AC 25 f. 4).

[2]) Promovetur c. ret. compat., c. decr. ... erig. mont. piet. (AC 22 f. 29); nat. in civ. Gibraltar nunc. dioec. Guadicen., aet. 50 an. circ., iam provincialis suae prov. Andalusiae, deinde gen. totius religionis, primus deputatus regni Valentiae et ad praesens regiae congr. Conceptionis (P. Cons. 68 f. 454); praesent. r. cath. 1 Iun. 1669 (l. c. f. 462); consecr. in civ. Vallisoletan. a Federico card. Borromaeo m. Maii 1670 (P. Cons. 72 f. 6); tr. ad Abulen. 26 Iun. 1673.

[3]) Promovetur c. decr. ... erig. mont. piet. (AC 22 f. 154); nat. in loco de Brias dioec. Oxomen., aet. 48 an. circ., pbr., doct. theol., can. Compostellan. (P. Cons. 72 f. 495 ss.); praesent. r. cath. 9 Aug. 1673 (l. c. f. 498); tr. ad Legionen. 7 Oct. 1680.

[4]) Absolv. a vinc. Septen., tr. c. ret. compat., c. decr. ... prof. fidei, erig. mont. piet. (AC 23 f. 56'); praesent. r. cath. 10 Iul. 1680

tr. Antonii ad Carthaginen.	**Michael** de Fuentes, O.Cist.[5])	9 Apr. 1685	AC 23 f. 161
ob. Michaelis	**Lucas** Busto de la Torre[6])	30 Mart. 1700	AC 25 f. 4
ob. Lucae	**Andreas** Caperó, O.Carm.Discalc.[7])	11 Dec. 1713	AC 26 f. 156
ob. Andreae	**Emmanuel Iosephus** de Santa María y Salazar[8])	4 Mart. 1720	AC 27 f. 152

Luceorien(sis) (*Łuck, Luzk*) in Polonia[1])

ob. Sigismundi Czyżowski	**Thomas** Lezeński, ep. Chelmen.[2])	5 Sept. 1667	AC 21 f. 170'
ob. Thomae	**Stanislaus** Dąmbski, ep. Chelmen.[3])	19 Oct. 1676	AC 22 f. 209'
tr. Stanislai ad Plocen.	**Ioannes Stanislaus** Witwicki, ep. Kiovien.[4])	25 Maii 1682	AC 23 f. 108
tr. Ioannis St. ad Posnanien.	**Boguslaus** Leszczyński[5])	11 Oct. 1688	AC 23 f. 230
ob. Boguslai	**Franciscus** Prażmowski[6])	24 Sept. 1696	AC 24 f. 154
ob. Francisci	**Alexander** Wyhowski[7])	1 Oct. 1703	AC 25 f. 99'
ob. Alexandri	**Ioachimus Henricus** Przebendowski[8])	5 Oct. 1716	AC 26 f. 263'
ob. Ioachimi H.	**Stephanus** Rupniewski, ep. Camenecen.[9])	1 Dec. 1721	AC 27 f. 262

Lucerin(a) (*Lucera*) in Italia inferiore[1])

ob. Ioannis B. Eustachi[2])	**Dominicus** Morelli[3])	17 Maii 1688	AC 23 f. 217

(P. Cons. 79 f. 294); tr. ad Carthaginen. in Hispania 5 Febr. 1685.

[5]) Promovetur c. ret. compat., c. decr. ... erig. mont. piet. (AC 23 f. 161); nat. in oppido de Torija, aet. 63 an., doct. phil. et theol., exgeneralis, prof. iubilatus univ. Salamantin. (P. Cons. 83 f. 254 ss.); praesent. r. cath. 24 Dec. 1684 (l. c. f. 258); ob. 25 Maii 1699 (Gams 47).

[6]) Praesent. r. cath., promovetur c. ret. compat., c. decr. ... vac. eccl. paroec. loci de Mocejón, quam obtinet, erig. mont. piet. (AC 25 f. 4); nat. Matriti, aet. 51 an., pbr., doct. theol. Compluten. (P. Cons. 94 f. 183 ss.); ob. 30 Iul. 1710 (Gams 47).

[7]) Promovetur c. decr. ... prof. fidei, c. reserv. pens. usque ad sum. 973 duc. auri de Camera et 11 iuliorum mon. Rom. pro pers. nominandis, non exced. ... 3[am] fr. (AC 26 f. 156); nat. in loco de Castellón de la Plana dioec. Dertusen., aet. 60 an., mag. theol., iam provincialis prov. Aragoniae et Valentin., assist. et proc. gen. suae religionis, concionator regis cath. (P. Dat. 1713 f. 219 ss.); praesent. r. cath. 26 Aug. 1713 (l. c.); ob. 10 Mart. 1719 (Gams 79).

[8]) Pbr. Palentin. dioec., lic. theol., praesent. r. cath., promovetur c. decr. ... vac. can.[tus] et praeb. Calceaten. ac benef. Patrimoniale nunc. in paroec. eccl. S. Nicolai Burgen., quae obtinet, c. reserv. pens. etc. ut supra (AC 27 f. 152); ob. 2 Sept. 1734 (Gams 47).

Luceorien.

[1]) A. 1676: Civ. Luceorien. sita in Wolhynia, Minoris Poloniae prov., continet 100 circ. domos et inhabitatur a christianis partim cath., partim schismaticis, et iudaeis, qui numero praevalent, sub dominio temporali regis Poloniae; eccl. cathedr. sub invocatione S.[mae] Trinitatis; in ea sunt 4 dign. et 6 can.[tus]; valor ann. fr. mens. epalis 12000 flor. illarum partium; in civ. sunt 4 conventus virorum et 1 mon. monialium (P. Cons. 75 f. 373' ss.); est suffrag. metrop. Leopolien. (a. 1681) (P. Cons. 81 f. 360'): taxa (a. 1676) 33 1/3 flor. (AM 43 f. 58).

[2]) Absolv. a vinc. Chelmen., supplic. r. Polon., tr. c. ret. compat. et mon. commend. Vacocen. O.Cist. dioec. Cracovien., c. decr. ... erig. theol., poenit., sem., mont. piet., repar. dom. epalis (AC 21 f. 170'); ob. a. 1675 (Gams 352).

[3]) Absolv. a vinc. Chelmen., supplic. r. Polon., tr. c. ret. praepositurae Vladislavien., c. decr. ... repar. cathedr. et dom. epalis, erig. theol., poenit., mont. piet. (AC 22 f. 209'); tr. ad Plocen. 20 Apr. 1682.

[4]) Absolv. a vinc. Kiovien., supplic. r. Polon., tr. c. ret. abb. commend. Plocen. et praepositurae Olicen. ac can.[tus] colleg. Varsavien., c. decr. ... repar. cathedr. et dom. epalis, erig. theol., poenit., sem. (AC 23 f. 108); tr. ad Posnanien. 24 Nov. 1687.

[5]) Promovetur c. ret. praepositurae Plocen., c. decr. ... erig. theol., poenit., mont. piet. (AC 23 f. 230); nat. in loco de Radzymin., charactere cler. insign. et prom. ad ord. min. 21 Ian. 1659, subdiac.[tus] 17 Maii 1665, diac.[tus] 28 Mart. 1671, pbr.[tus] 9 Apr. 1678, doct. iur. utr. Patavin. 17 Apr. 1666 (P. Cons. 85 f. 305 ss.); supplic. r. Polon. 30 Nov. 1687 (Ep. Reg. I n. 47); ob. m. Sept. 1691 (P. Cons. 90 f. 323).

[6]) Promovetur c. ret. abb. Sieciechovien. O.S.B. et praepositurae Cracovien. ad quinquennium, c. decr. ... vac. scholastria Plocen., c. disp. ... gradus, c. decr. ... repar. cathedr., erig. mont. piet. (AC 24 f. 154); nat. in loco de Prazmow, aet. 50 an. et ultra, prom. ad ord. diac.[tus] et pbr.[tus] 21, 28 Maii 1662 (P. Cons. 90 f. 316 ss.); supplic. r. Polon. a. 1692 (A. Cons. 1693 f. 176); ob. 3 al. 4 Sept. 1701 (P. Cons. 96 ff. 392', 389).

[7]) Supplic. r. Polon., promovetur c. disp. ... gradus, c. decr. ... repar. dom. epalis, instr. supellect., instit. theol., poenit., sem., erig. mont. piet. (AC 25 f. 99'); nat. in loco de Zamość ex schismaticis parentibus, bapt. 15 Mart. 1652 secundum calendarium Graecum, charactere cler. insign. et prom. ad ord. min. a. 1681, subdiac.[tus], diac.[tus] et pbr.[tus] tempore quadragesimali a. 1681 iam cant. Kiovien., can. Plocen., praep. Iunivladislavien. (P. Cons. 96 f. 386 ss.); ob. 28 Dec. 1714 (P. Cons. 105 f. 376).

[8]) Promovetur c. ret. can.[tus] et praeb. Cracovien., et custodiae colleg. Wislicen. Cracovien. dioec., quos obtinet, ad eius vitam necnon praepositurae Petrovicen. eiusdem dioec. ad quinquennium tantum, c. disp. ... gradus, c. decr. ... constr. dom. epalis, instit. theol. et poenit., erig. mont. piet. (AC 26 f. 263'); nat. in loco Ianiszeniae, bapt. 5 Iul. 1675, charactere cler. insign. et prom. ad ord. min. 18 Sept. 1707, subdiac.[tus] et diac.[tus] 21, 25 Maii 1709, pbr.[tus] 21 Ian. 1710 (P. Cons. 105 f. 367 ss.); supplic. r. Polon. 10 Apr. 1715 (Ep. Reg. I n. 60); ob. a. 1721 (Gams 353).

[9]) Absolv. a vinc. Camenecen., supplic. r. Polon., tr. c. ret. decanatus colleg. Stanislavien. et 2 praepositurarum, c. decr. ... repar., erig. etc. ut supra (AC 27 f. 262); ob. m. Apr. 1731 (P. Cons. 118 f. 283').

Lucerin.

[1]) A. 1687: Civ. Lucerin. sita in Capitanatu Apuliae in regno Neapolitan. inhabitatur ab 8000 circ. incolarum, sub dominio temporali regis cath.; eccl. cathedr. sub invocatione B.M.V. suffrag. metrop. Beneventan.; in ea sunt 4 dign. et 8 can.[tus]; valor ann. fr. mens. epalis 1000 duc. illius mon.; in civ. sunt 3 eccl. paroec., 9 conventus virorum, 1 mon. monialium; dioec. amplectitur 2 loca (P. Dat. 1687 f. 113' ss.); taxa (a. 1688) 200 flor. (AM 43 f. 284).

[2]) Ob. circ. m. Sept. 1687 (P. Cons. 85 f. 321').

[3]) Promovetur c. decr. ... vac. omnia benef., quae obtinet, suspenso tamen effectu vacationis respectu compat. usque ad sui obitum, erig. theol., poenit., sem. (AC 23 f. 217); nat. in loco Foggiae dioec. Troian. 29 Mart. 1642, prom. ad ord. pbr.[tus] 4 Apr. 1665, doct. iur. utr. Nea-

ob. Dominici	**Dominicus Maria** de Liguoro, O.Theat.[4])	10 Ian. 1718	AC 27 f. 49
tr. Dominici M. ad Caven.	**Vincentius** Ferrero, ep. Gravinen.[5])	8 Febr. 1730	AC 30 f. 6

Lucionen(sis) (*Luçon*) in Gallia [1])

tr. Nicolai Colbert ad Antissiodoren.	**Henricus** de Barillon [2])	8 Febr. 1672	AC 22 f. 106
ob. Henrici	**Ioannes Franciscus** de Valderiès de Lescure [3])	5 Oct. 1699	AC 24 f. 229
ob. Ioannis Fr.	**Michael Rogerius** de Rabutin de Bussy [4])	12 Ian. 1724	AC 28 f. 67'

S. Ludovici de Maragnano (*São Luís do Maranhão*) in Indiis occid. (Brasilia).[1]) Erecta 30 Aug. 1677

Noviter erecta	**Gregorius** de Angelis (dos Anjos) [2])	30 Aug. 1677	AC 22 f. 233'
ob. Gregorii	**Franciscus** de Lima, O.Carm.[3])	19 Dec. 1691	AC 23 f. 292'
tr. Francisci ad Olinden.	**Timotheus** a S.mo Sacramento, ep. S. Thomae in Insula [4])	17 Dec. 1696	AC 24 f. 159
ob. Timothei	**Iosephus** Delgarte, O.Trin.[5])	5 Oct. 1716	AC 26 f. 262'

Lugdunen(sis) (*Lyon*) in Gallia, metrop.[1])

ob. Camilli de Neufville de Villeroy [2])	**Claudius** de Saint Georges [3])	26 Oct. 1693	AC 24 f. 66'
ob. Claudii	**Franciscus Paulus** de Neufville de Villeroy [4])	1 Oct. 1714	AC 26 f. 196'

---

politan. 15 Maii 1668, iam vic. gen. Beneventan. et Sipontin., can. colleg. Foggiae ab a. 1657 (P. Dat. 1687 f. 111 ss.); consecr. Romae a Marco A. card. Barbadico 23 Maii 1688 (Arch. Caer. 560 fasc. B f. 15); ob. a. 1716 (Gams 892).

[4]) Promovetur c. decr. ... repar. cathedr. et dom. epalis, instit. theol., poenit., sem. (AC 27 f. 49); nat. in civ. Neapolitan. 19 Febr. 1679, prof. relig. emisit a. 1695, prom. ad ord. pbr.tus 4 Iun. 1702, iam praep. domus S. Pauli Neapolitan. lect. theol. et iur. can. (P. Dat. 1717 f. 143 ss.); fit ep. solio Pontif. assist. 18 Ian. 1725 (S. Br. 2719 f. 69); tr. ad Caven. 8 Febr. 1730.

[5]) Absolv. a vinc. Gravinen., tr. c. decr. ... prof. fidei et iuram. fidel., repar. dom. epalis, instit. theol. et poenit. (AC 30 f. 6); ob. in civ. Neapolitan. m. Oct. 1733 (P. Dat. 1733 f. 181).

Lucionen.

[1]) A. 1672: Civ. Lucionen. inhabitatur a 4000 circ. incolarum, sub dominio temporali ep.i; eccl. cathedr. sub invocatione B.M.V. suffrag. metrop. Burdegalen.; in ea sunt 12 dign. et 30 can.tus; valor ann. fr. mens. epalis 14000 libr. Turonen.; in civ. sunt 1 conventus et 1 mon. monialium; dioec. amplectitur 230 parochias (P. Cons. 71 f. 530 s.); taxa 1000 flor. (AM 42 f. 160).

[2]) Promovetur c. ret. compat., c. decr. ... repar. cathedr. et dom. epalis, erig. poenit., mont. piet. (AC 22 f. 106); nat. in dioec. Parisien., aet. 30 an. et ultra, prom. ad ord. pbr.tus 19 Iun. 1666, doct. theol. Parisien. 30 Iun. 1666 (P. Cons. 71 f. 515 ss.); nomin. r. Xmo 17 Oct. 1671 (l. c. f. 515); ob. 7 Maii 1699 (Gams 569).

[3]) Promovetur eique iniungitur ... extens. regaliae, c. decr. ... repar. cathedr. et dom. epalis, erig. poenit., mont. piet. (AC 24 f. 229); nat. in castro de Lescure dioec. Albien., aet. 55 an., pbr., doct. theol. Parisien. a. 1675, can. et vic. gen. Albien. (P. Cons. 93 f. 311 ss.); nomin. r. Xmo 6 Iun. 1699 (l. c. f. 311); ob. 23 Maii 1723 (P. Cons. 110 f. 437).

[4]) Promovetur eique iniungitur etc. ut supra, c. ret. compat., c. decr. ... erig. poenit., mont. piet. (AC 28 f. 67'); nat. in dioec. Parisien., aet. 54 an., pbr. a. 1696, lic. theol. Parisien. a. 1694, iam vic. gen. Arelaten. (P. Cons. 110 f. 427 ss.); nomin. r. Xmo 26 Oct. 1723 (l. c. f. 433); ob. 3 Nov. 1736 (P. Cons. 123 f. 324').

S. Ludovici de Maragnano

[1]) 30 Aug. 1677 S.mus D.N. dismembravit ab eccl. et dioec. Brasilien. [S. Salvatoris de Bahia] oppidum S. Ludovici in regione Maragnano, illudque a iurisdictione archiep. Brasilien. exemit dictumque oppidum in civitatem illiusque matricem ecclesiam sub invocatione B.M.V. de Victoria nunc. in cathedralem erexit, c. assign. confinium in schedula consist. exprimendorum, dictamque eccl. instituit suffraganeam eccl.ae Ulixbonen.; assignatur dos 2500 cruciat. mon. ex reditibus regiis Petri principis et successorum in praedictis regnis, cui et quibus reservavit ius praesentandi (AC 22 f. 233 s.); bulla erectionis (S. Br. 1770 f. 695 ss.); taxa 116 2/3 flor. (AC 22 f. 232).

[2]) Can. reg. Congr. S. Ioannis Evang., praesent. r. Portug., promovetur c. ind. ... cons. ep. et 2 dign., c. decr. ... prof. fidei et iuram. fidel. ante cons. (AC 22 f. 233'); nat. in civ. Ulixbonen., aet. 60 an. circ., lect. iubilatus theol. (P. Cons. 76 f. 508 ss.); ob. 11 Maii 1689 (Almeida 1033).

[3]) Mag. theol., praesent. r. Portug., promovetur c. ind. ... cons. ep. et 2 dign., c. decr. ... prof. fidei ante cons. (AC 23 f. 292'); consecr. in civ. Ulixbonen. a Verissimo card. de Lencastre 20 Apr. 1692 (P. Cons. 89 f. 386'); possessione S. Ludovici non adepta (l. c. f. 386) tr. ad Olinden. 22 Aug. 1695.

[4]) Absolv. a vinc. S. Thomae, praesent. r. Portug., tr. c. ret. compat., c. decr. ... erig. theol., poenit., sem., mont. piet., constr. dom. epalis (AC 24 f. 159); ob. in oppido de Setubal dioec. Ulixbonen. a. 1714 (P. Cons. 105 f. 415').

[5]) Praesent. r. Portug., promovetur c. disp. ... gradus, c. decr. ... constr. dom. epalis, instr. supellect., instit. sem., erig. mont. piet. (AC 26 f. 262'); nat. in civ. Colimbrien., bapt. 21 Oct. 1663, pbr. a. 1686, lect. theol. Ulixbonen. 8 Aug. 1697 (P. Cons. 105 f. 407 ss.); ob. 23 Dec. 1724 (Almeida 1034). Sedes vacat usque ad a. 1738.

Lugdunen.

[1]) A. 1693: Civ. Lugdunen. inhabitatur a 100000 circ. incolarum, sub dominio temporali regis Xmi; eccl. metrop. est sub invocatione SS. Stephani et Ioannis Bapt.; in ea sunt 8 dign. et 32 can.tus; valor ann. fr. mens. archiepalis 25000 libr. Turonen.; in civ. sunt 7 eccl. paroec., 5 colleg., 35 circ. conventus virorum et monialium; dioec. amplectitur 700 circ. parochias (P. Cons. 87 f. 421 ss.); taxa (a. 1714) 3000 flor. (AC 26 f. 196').

[2]) Ob. 3 Iun. 1693 (P. Cons. 87 f. 430').

[3]) Promovetur c. ret. compat., c. decr. ... prof. fidei, erig. poenit., mont. piet., repar. dom. archiepalis (AC 24 f. 66'); conc. pallium 23 Nov. 1693 (l. c. f. 72'); nat. in castello de Morellis dioec. Aeduen., aet. 60 an. circ., pbr., mag. theol. Parisien., iam vic. gen. Lugdunen. (P. Cons. 87 f. 415 ss.); nomin. r. Xmo 8 Sept. 1693 (l. c. f. 415); ob. 9 Iun. 1714 (Gams 571).

[4]) Promovetur c. ret. compat. et mon. S.mae Trinitatis Fiscanen. O.S.B. dioec. Rothomagen., quod in commendam obtinet, c. reserv. pens. 2000 libr. Turonen. pro Antonio ep. Sinopen., c. decr. ... instit. theol., poenit., erig. mont. piet. (AC 26 f. 196'); conc. pallium 19 Nov. 1714 (l. c. f. 200); nat. Parisiis, aet. 37 an., pbr., lic. theol. Pa-

Lumbarien(sis) seu **Lombarien(sis)** *(Lombez)* in Gallia [1])

tr. Iacobi Séguier de la Verrière ad Nemausen.	**Cosmas** Roger, O.Cist.[2])	14 Dec. 1671	AC 22 f. 95‘
ob. Cosmae	**Antonius** Fagon [3])	16 Mart. 1712	AC 26 f. 77
tr. Antonii ad Veneten.	**Carolus Guilelmus** de Meaupéou [4])	16 Iun. 1721	AC 27 f. 239

Lunen(sis) et **Sarzanen(sis)** *(Luni-Sarzana)* in Italia media [1])

tr. Ioannis B. Spinulae ad Ianuen.	**Ioannes Hieronymus** Naselli, ep. Ventimilien.[2])	7 Febr. 1695	AC 24 f. 109‘
ob. Ioannis H.	**Ambrosius** Spinula (Spinola), ep. Ventimilien.[3])	10 Mart. 1710	AC 26 f. 13
dim. Ambrosii	**Ioannes Hieronymus** della Torre, Congr.Barn.[4])	1 Iul. 1726	AC 28 f. 230

Lycien(sis) v. **Licien(sis)**

Lycopolien(sis) seu **Lycopolitan(a)** *(Lycopolis)* in Thebaide Prima, tit.[1])

ob. Ioannis Fontana [2])	**Thomas** Bogorya Skotnicki, fit suffrag. Culmen.[3])	1 Oct. 1685	AC 23 f. 174
ob. Thomae	**Athanasius** de Esterripa, fit suffrag. Toletan.[4])	26 Nov. 1703	AC 25 f. 105
tr. Athanasii ad Maioricen.	**Stephanus** Rupniewski, fit suffrag. Leopolien.[5])	22 Maii 1713	AC 26 f. 142‘
tr. Stephani ad Camenecen.	**Iosephus** de Esquivel, O.P., fit suffrag. Hispalen.[6])	1 Oct. 1717	AC 27 f. 32

---

risien., iam vic. gen. Pictavien. (P. Cons. 103 f. 439 ss.); nomin. r. X^{mo} 16 Aug. 1714 (l. c. f. 440); ob. 6 Febr. 1731 (P. Cons. 117 f. 138‘).

Lumbarien.

1) A. 1671: Civ. Lumbarien. sita in Occitania inhabitatur a 1000 circ. incolis, sub dominio temporali ep.[1]; eccl. cathedr. sub invocatione B.M.V. suffrag. metrop. Tolosan.; in ea sunt 4 dign. et 12 can.^{tus}; valor ann. fr. mens. epalis 20000 libr. Turonen.; in civ. sunt 1 conventus virorum et 1 mon. monialium; dioec. amplectitur 100 circ. parochias (P. Cons. 70 f. 556‘ ss.); taxa 2500 flor. (AC 22 f. 95‘).

2) Congr. Fulien., promovetur c. decr. ... erig. poenit., mont. piet. (AC 22 f. 95‘); nat. Parisiis, aet. 55 an., prom. ad ord. pbr.^{tus} 23 Febr. 1641, gen. Congr. Fulien. O.Cist., concionator regis X^{mi} (P. Cons. 70 f. 538 ss.); nomin. r. X^{mo} 5 Ian. 1671 (l. c. f. 538); ob. 20 Dec. 1710 (Gams 569).

3) Pbr. Parisien., doct. theol., nomin. r. X^{mo}, promovetur eique iniungitur ... extens. regaliae, c. ret. compat. ac mon. B. Mariae de Boheriis Laudunen. dioec., ac S. Mevennii de Gaël O.S.B. Maclovien. dioec., quae in commendam obtinet, c. reserv. pens. 3000 libr. Turonen. pro 5 pers. nominatis, c. decr. ... repar. cathedr., instit. poenit., erig. mont. piet. (AC 26 f. 77); tr. ad Veneten. 20 Mart. 1720.

4) Pbr. Parisien., doct. theol., nomin. r. X^{mo}, promovetur eique iniungitur etc. ut supra, c. ret. compat., c. decr. ... repar. cathedr. et dom. epalis, instit., erig. etc. ut supra (AC 27 f. 239); ob. 17 Febr. 1751 (Gams 569).

Lunen. et Sarzanen.

1) A. 1709: Civ. Sarzanen. inhabitatur a 5000 circ. incolarum, sub dominio temporali reipublicae Ianuen.; eccl. cathedr. sub invocatione Assumptionis B.M.V. immed. subi. S. Sedi; in ea sunt 2 dign. et 13 can.^{tus}; valor ann. fr. mens. epalis 1800 scut. mon. Rom.; in civ. sunt 1 eccl. paroec., 2 conventus virorum et 1 mon. monialium; dioec. amplectitur 300 et ultra loca (P. Dat. 1709 f. 101‘ ss.); taxa (a. 1710) 2050 flor. (AC 26 f. 13).

2) Absolv. a vinc. Ventimilien., tr. c. decr. ... vac. omnia benef., quae obtinet, suspenso effectu vacationis usque ad sui obitum, c. reserv. pens. 500 scut. mon. Rom. pro Marcello card. Duratio (AC 24 f. 109‘); ob. m. Aug. 1709 (P. Dat. 1709 f. 102‘).

3) Absolv. a vinc. Ventimilien., tr. c. decr. ... prof. fidei, vac. omnia benef. etc. ut supra, c. reserv. pens. 100 scut. mon. Rom. pro pers. nominandis salvis antiquis (AC 26 f. 13); dim. 29 Iun. 1726 (P. Dat. 1726 f. 73); ob. 21 Dec. 1727 (Premoli I, 430).

4) Promovetur c. reserv. pens. 500 scut. mon. Rom. pro Ambrosio ep. dimittente ac aliarum pens. usque ad sum. 300 scut. pro pers. nominandis salvis antiquis, c. decr. ... repar. dom. epalis (AC 28 f. 230); nat. in civ. Ianuen., bapt. 29 Apr. 1679, prom. ad ord. pbr.^{tus} 22 Sept. 1703, lect. phil. et theol., examinator synodalis Ianuen. (P. Dat. 1726 f. 75 ss.); consecr. Romae a Sum. Pont. 14 Iul. 1726 (Arch. Caer. 573 p. 544); fit ep. solio Pontif. assist. 14 Iul. 1726 (S. Br. 2719 f. 131); ob. in resid. 21 Apr. 1757 (P. Dat. 1757 f. 117‘).

Lycopolien.

1) Eccl. Lycopolitan. sita est in Thebaide Prima sub metrop. Antinoitan. (Index Sed. tit. n. 754).

2) De eius promotione amplius desideratur.

3) Promovetur ad Lycopolien. et deput. suffrag. Culmen. ad pontif., c. disp. ... gradus, c. ret. can.^{tus} et praeb. Culmen. et unius praepositurae, c. assign. congruae 300 duc. auri de Camera super fructibus mensae epalis Culmen. (AC 23 f. 174); bulla prov. (S. Br. 1772 f. 282 ss.); nat. in dioec. Cracovien., aet. 32 an., pbr., vic. gen. Culmen. (A. Cons. 1685/1686/1687 f. 106 ss.); ob. ante 27 Sept. 1703 (A. Cons. 1703 f. 294).

4) Promovetur ad Lycopolien. et deput. suffrag. Toletan. ad pontif., c. ret. can.^{tus} et praeb. colleg. SS. Iusti et Pastoris oppidi Compluten. Toletan. dioec., ac benef. simplicium, quae obtinet, c. assign. congruae 600 duc. illius mon. super fructibus mensae archiepalis Toletan. (AC 25 f. 105); aet. 35 an., pbr., doct. iur. utr. (e bulla prov. S. Br. 2529 f. 682 ss.); tr. ad Maioricen. 1 Iun. 1712.

5) Promovetur ad Lycopolien. et deput. suffrag. Leopolien. ritus Latini ad pontif., c. ret. can.^{tus} et praeb. Cracovien. et archidiaconatus colleg. Varsavien., quos obtinet, dimisso tamen intra tres menses altero ex his, quem maluerit, necnon decanatus colleg. Stanislavien. Leopolien. dioec., et paroec. eccl. Gozlicen. Cracovien. dioec., c. assign. congruae 300 duc. auri de Camera super mensae archiepalis Leopolien. fructibus (AC 26 f. 142‘); nat. in dioec. Cracovien. in palatinatu Sandomirien., aet. 42 an., doct. theol., examinator et iudex synodalis ac promotor causarum contra haereticos (e bulla prov. S. Br. 2538 f. 247 ss.); tr. ad Camenecen. 23 Dec. 1716.

6) Promovetur ad Lycopolien. et deput. suffrag. Hispalen. ad pontif., c. assign. congruae 300 duc. auri de Camera super fructibus mensae archiepalis Hispalen. (AC 27 f. 32); bulla prov. (S. Br. 2540 f. 242 ss.); nat. in oppido de Carmona dioec. Hispalen., aet. 55 an. circ., mag. theol., iam prior in diversis conventibus, ad praesens definitor gen. (P. Cons. 105 f. 391 ss.); ob. 11 Iul. 1738 (España Sagrada 51, 176).

Lydden(sis) seu **Lidinen(sis)** *(Lydda)* in Palaestina Prima, tit.[1]

ob. Simonis Aleotti [2]	**Franciscus** Varo, O.P.[3]	5 Febr. 1687	S. Br.

Lystren(sis) *(Lystra)* in Lycaonia, tit.[1]

certo modo	**Epiphanius** de Neapoli, O.S.Bas.[2]	20 Ian. 1727	AC 29 f. 6

Maceraten(sis) *(Macerata)* et **Tolentin(a)** *(Tolentino)* in Italia media, insimul unitae [1]

ob. Francisci Cini [2]	**Fabritius** Paulutius (Paolucci) [3]	9 Apr. 1685	AC 23 f. 161'
tr. Fabritii ad Ferrarien.	**Alexander** Varano [4]	21 Iul. 1698	AC 24 f. 195

Mac(h)aonen(sis) *(Macao)* in partibus Sinensibus [1]

ob. . . . . [2]	**Ioannes** do Casal [3]	10 Apr. 1690	AC 23 f. 264
. . . .	**Eugenius** Trigueiros, O.E.S.Aug., fit ep. Uranopolitan. et coadi.c.f.s.[4]	21 Febr. 1725	AC 28 f. 154

Mac(h)arien(sis) seu **Macarscen(sis)** *(Makarska, Macarsca)* in Dalmatia [1]

ob. Mariani Lisnich [2]	**Nicolaus** Blancovich [3]	19 Dec. 1698	AC 24 f. 208'

Lydden.

1) Eccl. Lydden. sita est in Palaestina Prima sub metrop. Caesarien. (Index Sed. tit. n. 974).

2) Cf. Hierarchia III², 198, Forolivien.

3) Promovetur ad Lidinen. iuxta decr. S. Congr. Prop. 3 Ian. 1687 emanatum et a S. S. 16 Ian. approbatum (S. Br. 1728 f. 1); eadem d. 5 Febr. deput. vic. apost. prov. Junan, Quangsi et Quantung in regno Sinarum (l. c. f. 15).

Lystren.

1) Eccl. Lystren. sita est in Lycaonia sub metrop. Iconien. (Index Sed. tit. n. 522).

2) Promovetur c. disp. ... gradus, c. ret. muneris abb. gen. et omnium, quae obtinet (AC 29 f. 6); bulla prov. (S. Br. 2747 f. 156 ss.); nat,. in loco Troina nunc. dioec. Messanen., bapt. 28 Iul. 1669, charactere cler. insign. et prom. ad ord. min. 1 Maii 1682, subdiac.^{tus} 23 Sept. 1690, diac.^{tus} et pbr.^{tus} 22 Mart., 20 Sept. 1692, prof. relig. emisit 13 Sept. 1686, iam praesidens duarum abb. et plurimorum mon., proc. gen., definitor, visit. et vic. gen., fit abb. gen. per Breve Apost. 27 Iul. 1720 (P. Dat. 1727 f. 7 ss.); consecr. Romae a Sum. Pont. 9 Febr. 1727 (Arch. Caer. 591 p. 131).

Maceraten. et Tolentin.

1) A. 1698: Civ. Maceraten. et Tolentin. sitae in Marchia Anconitan. inhabitantur a 9000 et 3000 respect. incolarum, sub dominio temporali Sedis Apost.; eccl. cathedr. Maceraten. sub invocatione S. Iuliani, cathedr. Tolentin. sub invoc. S. Francisci suffrag. metrop. Firman.; in illa sunt 1 dign. et 17 can.^{tus}, in hac 1 dign. et 12 can.^{tus}; valor ann. fr. mens. epalis 1300 scut. mon. Rom.; in civ. Maceraten. sunt 3 eccl. paroec., 12 conventus virorum et 6 mon. monialium, in civ. Tolentin. 1 eccl. paroec., 1 colleg., 4 conventus virorum et 2 mon. monialium; dioec. unita amplectitur 3 loca (P. Cons. 92 f. 38 ss.); taxa (a. 1685) $256\,^{2}/_{3}$ flor. (AM 43 f. 239).

2) Ob. in civ. Maceraten. m. Maii 1684 (P. Cons. 83 f. 283').

3) Promovetur c. ret. pens., quas percipit, c. decr. ... vac. omnia benef., quae obtinet, suspenso effectu vacationis usque ad sui obitum, repar. cathedr. Maceraten., erig. theol. et poenit. in eccl. Tolentin. (AC 23 f. 161'); nat. in civ. Forolivien. 2 Apr. 1651, pbr., doct. iur. utr. Sapientiae Rom. 23 Febr. 1674 (P. Dat. 1685 f. 21 ss.); fit ep. solio Pontif. assist. 6 Febr. 1696 (S. Br. 1934 f. 34); fit nunt. Colonien. 24 Febr. 1696 (S. Br. 1932 f. 35 ss.); creatur card. et in pectore reservatur 22 Iul. 1697, declaratur 19 Dec. 1698 (cf. S.R.E. card. V, 20); tr. ad Ferrarien. 27 Ian. 1698.

4) Promovetur c. ret. omnium, quae obtinet, c. decr. ... erig. mont. piet. in civ. Maceraten. (AC 24 f. 195); nat. in civ. Ferrarien. bapt. 30 Dec. 1667, prom. ad ord. pbr.^{tus} 22 Iun. 1692, doct. theol. Sapientiae Rom. (P. Dat. 1698 f. 75 ss.); consecr. Romae a Sebastiano A. card. Tanario 17 Aug. 1698 (Arch. Caer. 541 f. 352); ob. m. Oct. 1735 (P. Dat. 1735 f. 195).

Mac(h)aonen.

1) A. 1690 ab eccl. Macaonen. dismembrantur Pekinen. et Nankinen. (AC 23 ff. 263, 263'). A. 1725: Civ. Macaonen. sita in partibus Sinensibus inhabitatur a 15000 et ultra incolarum, quorum maior pars est cath., sub dominio temporali regis Portugalliae; eccl. cathedr. suffrag. metrop. Goan.; in ea sunt aliquae dign. et plures can.^{tus}; valor ann. fr. mens. epalis 600 scut. mon. Rom.; in civ. sunt 2 eccl. paroec., 4 conventus virorum et 1 mon. monialium; dioec. amplectitur duas prov. et diversas insulas (P. Dat. 1725 f. 43'); taxa (a. 1603) $133\,^{1}/_{3}$ flor. (Hierarchia IV, 226).

2) In actis deest nomen.

3) Praesent. r. Portug., promovetur c. ret. pro sua dioec. provinciarum, exceptis assignatis Pekinen. et Nankinen., in regno Sinarum c. insula de Macao aliisque adiacentibus insulis et terris, quas antea possidebat, iuxta decr. S. Congr. Prop., c. ind. ... cons. ep. et 2 dign., c. decr., quod erigi curet omnia ad divinum cultum necessaria (AC 23 f. 264); ob. 20 Sept. 1735 (Almeida 1028).

4) Promovetur ad Uranopolitan., praesent. r. Portug., deput. coadi. c.f.s. Ioanni ep. Macaonen. etiam absque consensu praedicti ep., c. assign. congruae 300 scut. mon. Rom. ex aerario regis, c. disp. ... gradus, c. ind. ... cons. ep. et 2 dign., c. decr. ... prof. fidei, loco success. erig. theol. et poenit. (AC 28 f. 154); nat. in dioec. Ulixbonen., aet. 40 an. circ., iam lect. theol., missionarius in regno Bengalen. (P. Dat. 1725 f. 43 ss.); 23 Febr. 1725 ei iniungitur praeceptum super inviolabili observatione constitutionis Clementis PP. XI. in causa rituum Sinensium 19 Mart. 1715 editae (S. Br. 2634 f. 1); succedit in eccl. Macaonen; tr. ad Goan. 19 Dec. 1740 (AC 31 f. 276); ob. 22 Apr. 1741 (Gams 115), al. iam 19 Apr. 1740 (Almeida 1028).

Mac(h)arien.

1) A. 1698: Civ. Macarien. sita est in Dalmatia, sub dominio temporali reipublicae Venetae; eccl. cathedr., quae erat sub invocatione S. Petri, est destructa; modo vero eccl. S. Ioannis Bapt. in locum ipsius cathedr. subrogata suffrag. metrop. Spalaten.; in ea sunt neque dign. neque can.^{tus}; valor ann. fr. mens. epalis 1500 duc. illius mon.; in civ. est 1 conventus virorum (Cons. S. 1698 f. 61 ss.); taxa $143\,^{1}/_{3}$ flor. (AC 24 f. 210).

2) Ob. a 1685 (Gams 410).

3) Praesent. republica Veneta, promovetur c. decr. ... vac. omnia benef., quae obtinet, suspenso effectu vacationis usque ad sui obitum, instr. supellect., erig. sem., mont. piet. (AC 24 f. 208'); bulla prov.

Maclovien (sis) *(Saint-Malo)* in Gallia [1])

ob. Francisci de Ville-Montée	**Sebastianus** de Quémadeuc [2])	4 Maii 1671	AC 22 f. 80
ob. Sebastiani	**Vincentius Franciscus** Desmarets [3])	31 Iul. 1702	AC 25 f. 65

Macren (sis) *(Macri)* in Mauretania Sitifensi, tit.[1])

certo modo	**Matthaeus** Petitdidier, O.S.B.[2])	2 Dec. 1726	S. Br.

Mactaritan (a) v. **Margariten (sis)**

Madauren (sis) *(Madaurus)* in Numidia, tit.[1])

certo modo	**Bonaventura** Gifford [2])	28 Ian. 1688	S. Br.
success. Francisci de Coëtlogon ad Corisopiten.	**Antonius Ignatius** Müntzer, fit suffrag. Vratislavien.[3])	3 Oct. 1708	AC 25 f. 221'

Maioricen (sis) *(Mallorca, Majorca)* in insula eiusdem nominis [1])

ob. Petri F. Manjarrés de Heredia [2])	**Bernardus** Cotoner, archiep. Arboren.[3])	28 Sept. 1671	AC 22 f. 91'
ob. Bernardi	**Petrus** de Alagón, archiep. Arboren.[4])	2 Oct. 1684	AC 23 f. 150'
ob. Petri	**Franciscus** de la Portilla, O.F.M.Obs.[5])	12 Maii 1702	AC 25 f. 61
ob. Francisci	**Athanasius** de Esterripa, ep. Lycopolien.[6])	1 Iun. 1712	AC 26 f. 96'
ob. Athanasii	**Ioannes** Fernández Zapata [7])	1 Iun. 1722	AC 27 f. 286'

(S. Br. 2055 f. 147 ss.); nat. in civ. Spalaten., aet. 50 an., pbr., mag. theol., iam rect. unius paroec. eccl. dioec. Spalaten., can. et vic. gen. Spalaten. (Cons. S. 1698 f. 61 ss.); iam 7 Nov. 1686 deput. vic. apost. Macarien. et Scardonen. (cf. Scardonen.); ob. 10 Aug. 1730 (Gams 410).

Maclovien.

[1]) A. 1670: Civ. Maclovien. sita est in prov. Britanniae Minoris, sub dominio temporali partim ep.[i] partim regis X[mi]; eccl. cathedr. sub invocatione SS. Maclovii ac Vincentii suffrag. metrop. Turonen.; in ea sunt 4 dign. et 20 can.[tus]; valor ann. fr. mens. epalis 24000 libr. Turonen.; in civ. sunt 1 conventus virorum et 2 mon. monialium; dioec. amplectitur 180 parochias (P. Cons. 70 f. 632 ss.); taxa (a. 1671) 1000 flor. (AM 74 f. 117').

[2]) Promovetur c. ret. compat. ac mon. commend. S. Ioannis de Pratis et de la Noë Maclovien. et Ebroicen. respective dioec., c. decr. ... repar. cathedr., erig. sem. et mont. piet. (AC 22 f. 80); nat. in dioec. Veneten., aet. 45 an., prom. ad ord. pbr.[tus] 8 Apr. 1662, doct. theol. Parisien. 7 Aug. 1664 (P. Cons. 70 f. 619 ss.); nomin. r. X[mo] 31 Oct. 1670 (l. c. f. 619); ob. 4 Mart. 1702 (Gams 619).

[3]) Promovetur eique iniungitur ... extens. regaliae, c. ret. unius prioratus Caturcen. dioec., quem in commendam obtinet, c. reserv. pens. 2000 libr. Turonen. pro pers. nominatis, c. decr. ... repar. dom. epalis, instit. sem., erig. mont. piet. (AC 25 f. 65); nat. in civ. Suessionen., bapt. 11 Iun. 1657, pbr. 22 Dec. 1696, lic. iur. can., vic. gen. in magno vicariatu Pontisarien. sub archiep. Rothomagen. (P. Cons. 95 f. 266 ss.); nomin. r. X[mo] 15 Apr. 1702 (l. c. f. 266); ob. 25 Sept. 1739 (P. Cons. 126 f. 300).

Macren.

[1]) Eccl. Macren. sita est Mauretania Sitifensi (Index Sed. tit. n. 1539).

[2]) Congr. SS. Vitonis et Hidulphi, promovetur c. ret. abb. S. Petri Senonen. O.S.B. nullius dioec. prov. Treviren. (S. Br. 2673 f. 59 ss.); nat. in oppido S. Nicolai de Portu dioec. Tullen., bapt. 21 Dec. 1659, prom. ad ord. pbr.[tus] 18 Mart. 1684, lect. phil. et theol. (P. Dat. 1726 f. 139 ss.); iam 1 Dec. 1726 consecr. Romae a Sum. Pont. (Arch. Caer. 573 p. 606); fit ep. solio Pontif. assist. 8 Dec. 1726 (S. Br. 2719 f. 64); ob. 17 Iun. 1728 (A. Cons. 1728 tom. II f. 233).

Madauren.

[1]) Eccl. Madauren. sita est in Numidia (Index Sed. tit. n. 1428).

[2]) Pbr. saec., promovetur ad Madauren. c. ind. ... cons. ep. et 2 dign., iuxta decr. S. Congr. Prop. 12 Ian. 1688 emanatum et a S. S. 13 Ian. appobatum (S. Br. 1769 f. 1' ss.); 30 Ian. 1688 deput. vic. apost. regni Angliae (cf. Aureliopolitan. n. 2); nomin. vic. apost. a rege Angliae 25 Nov. 1687 (S. Br. 1769 f. 3); ob. 12 Mart. 1734 (Brady III, 158).

[3]) Promovetur ad Madauren. et deput. suffrag. Vratislavien. ad pontif., c. ret. can.[tus] et praeb. Vratislavien., c. assign. congruae 300 duc. auri de Camera super fructibus mensae epalis Vratislavien., c. disp. ... gradus (AC 25 f. 221'); bulla prov. (S. Br. 2534 f. 370 ss.); nat. Glogoviae in dioec. Vratislavien., bapt. 10 Sept. 1659, prom. ad ord. diac.[tus] 12 Iun. 1683, pbr.[tus] 18 Mart. 1684, alumnus coll. Germanici de Urbe, iam decan. infulatus Glogoviae in Silesia (Vienna, Proc. n. 310); 15 Dec. 1708 ei conc. ind. ... cons. ep. et 2 abb. (S. Br. 2244 f. 41); ob. ante 15 Maii 1714 (A. Cons. 1714 f. 304).

Maioricen.

[1]) A. 1671: Epatus Maioricen. continet 12000 circ. focularioram, sub dominio temporali regis cath.; eccl. cathedr. sub invocatione B.M.V. suffrag. metrop. Valentin.; in ea sunt 5 dign. et can.[tus]; valor ann. fr. mens. epalis 20000 duc. mon. illarum partium (P. Cons. 70 f. 649 s.); taxa 1200 flor. (AC 22 f. 91').

[2]) Ob. 26 Dec. 1670 (P. Cons. 70 f. 650').

[3]) Absolv. a vinc. Arboren., tr. c. ret. compat. ac tituli archiep.[i], c. reserv. pens. 3199 duc. auri de Camera pro pers. nominandis, non exced. ... 3[am] fr., c. decr. ... prof. fidei, erig. theol., poenit., sem., mont. piet. (AC 22 f. 91'); praesent. r. cath. 20 Iun. 1671 (P. Cons. 70 f. 647); ob. 18 Ian. 1684 (Gams 48).

[4]) Absolv. a vinc. Arboren., tr. c. ret. compat. et tituli archiep.[i], c. decr. ... erig. sem., mont. piet., c. reserv. pens. 2995 duc. auri de Camera et 4 regalium etc. ut supra (AC 23 f. 150'); praesent. r. cath. 3 Iul. 1684 (P. Cons. 82 f. 718); ob. 3 Maii 1701 (Gams 48).

[5]) Praesent. r. cath., promovetur c. decr. ... erig. mont. piet., c. reserv. pens. usque ad sum. 3259 duc. auri de Camera et 15 regalium etc. ut supra (AC 25 f. 61); nat. in loco de Vejoris dioec. Burgen., aet. 50 an. circ., lect. iubilatus, provincialis prov. Cantabriae, iam secr. et commiss. gen. (P. Cons. 95 f. 282 ss.); ob. 7 Iun. 1711 (Gams 48).

[6]) Absolv. a vinc. Lycopolien., praesent. r. cath., tr. c. ret. compat., c. decr. ... erig. mont. piet., c. reserv. pens. usque ad sum. 2373 duc. auri de Camera et dimidii regalis illius mon. etc. ut supra (AC 26 f. 96'); ob. 5 Iul. 1721 (P. Cons. 109 f. 289').

[7]) Praesent. r. cath., promovetur c. decr. ... vac. omnia benef., quae obtinet, erig. theol., poenit., sem., mont. piet., c. reserv. pens. usque

Malachan(a) seu **Malacen(sis)** *(Malaca, Malacca)* in Indiis orientalibus [1])

certo modo	**Antonius** a S. Theresia, O.F.M.Discalc.[2])	8 Ian. 1691	S. Br.
ob. Antonii	**Emmanuel** a S. Antonio, O.P.[3])	21 Nov. 1701	AC 25 f. 48

Malacitan(a) *(Málaga, Málaca)* in Hispania [1])

ob. Ildephonsi Enríquez[2])	**Bartholomaeus** de Espejo y Cisneros[3])	13 Apr. 1693	AC 24 f. 46'
ob. Bartholomaei	**Franciscus** a S. Iosepho, O.F.M.Obs.[4])	15 Sept. 1704	AC 25 f. 123'
ob. Francisci	**Emmanuel** de Santo Tomás y Mendoza, ep. Almerien.[5])	11 Dec. 1713	AC 26 f. 155'
ob. Emmanuelis	**Iulius** Alberonus (Alberoni), S.R.E. card.[6])	6 Dec. 1717	AC 27 f. 42
dim. card. Alberoni	**Didacus** de Toro y Villalobos[7])	19 Nov. 1725	AC 28 f. 195

Mallen(sis) seu **Mallotan(a)** *(Mallus)* in Cilicia Prima, tit.[1])

ob. Marciani Tryzna	**Benedictus** Żuchorski, fit suffrag. Samogitien.[2])	14 Apr. 1681	AC 23 f. 65
ob. Benedicti	**Ioannes Edmundus** Geduld von Jungenfeld, fit suffrag. Moguntin.[3])	12 Febr. 1703	AC 25 f. 80'
certo modo	**Sigismundus Iosephus** Berényi[4])	14 Iun. 1728	AC 29 f. 108

---

ad sum. 2690 duc. auri de Camera et 13 iuliorum mon. Rom. etc. ut supra (AC 27 f. 286'); nat. in loco S. Petri de Manrique dioec. Calaguritan., aet. 57 an. circ., lic. iur. can. univ. Seguntin., iam can. Abulen. (P. Cons. 109 f. 278 ss.); consecr. 16 Aug. 1722 (l. c. f. 294); tr. ad Legionen. 3 Aug. 1729.

Malachan.

[1]) A. 1701: Civ. Malacen. sita in Indiis orientalibus inhabitatur a 300 circ. christifidelibus, sub dominio temporali Batavorum olim Lusitanorum; non est eccl. cathedr., quia Batavi non permittunt; epatus suffrag. metrop. Goan.; ep. non habet propriam habitationem; cura animarum in civ. Malacen. exercetur ab aliquibus religiosis et pbr. saecularibus; dioec. amplectitur regnum Siami, Pegu et insulas Timor et Solor ac regnum de Malaios dictum (P. Cons. 94 f. 525' ss.); fructus epatus 2000 cruc. mon. Portug., taxa 333 1/3 flor. (AC 25 f. 48).

[2]) Nat. in civ. Ulixbonen., promovetur ad praesent. regis Portugalliae, iuxta resolutionem S. Congr. Prop. (S. Br. 1815 f. 138 ss.).

[3]) Praesent. r. Portug., promovetur c. ind.... cons. ep. et 2 dign., c. decr.... prof. fidei (AC 25 f. 48); nat. in civ. Bengalen. nunc. in Indiis orient., aet. 40 an. circ., lect. theol. per 8 annos in civ. Goan. (P. Cons. 94 f. 519 ss.); ob. ante 3 Sept. 1738 (AC 31 f. 185').

Malacitan.

[1]) A. 1692: Civ. Malacitan. inhabitatur a 10000 circ. incolarum, sub dominio temporali regis cath.; eccl. cathedr. sub invocatione B. M.V. suffrag. metrop. Hispalen.; in ea sunt 8 dign. et 12 can.tus; valor ann. fr. mens. epalis 30000 duc. illius mon.; in civ. sunt 4 eccl. paroec., 12 conventus virorum et 8 mon. monialium; dioec. amplectitur 70 circ. parochias (P. Cons. 87 f. 444 ss.); taxa (a. 1704) 2500 flor. (AC 25 f. 123').

[2]) Ob. 30 Iul. 1692 (Gams 49).

[3]) Praesent. r. cath., promovetur c. ret. compat., c. reserv. pens. 10817 duc. mon. illarum partium pro pers. nominandis, non exced. ... 3am fr., c. decr.... vac. archipbr.tus Caurien., erig. mont. piet. (AC 24 f. 46'); nat. in loco de Alhama dioec. Carthaginen., aet. 50 an. circ., charactere cler. insign. et prom. ad ord. min. 20 Dec. 1658, subdiac.tus, diac.tus et pbr.tus 1, 8, 15 Iul. 1668, bacc. iur. can. Salamantin. 1 Sept. 1662, fit archipbr. Caurien. 18 Ian. 1668, fit vic. gen. Caurien. 3 Maii 1672, fit inquisitor Cataloniae 3 Ian. 1677, inquisitor Aragoniae 21 Febr. 1679, consiliarius regni Navarrae 27 Apr. 1687, gub. consilii regis 12 Mart. 1691 (P. Cons. 87 f. 434 ss.); ob. 2 Mart. 1704 (P. Cons. 97 f. 281').

[4]) Praesent. r. cath., promovetur c. reserv. pens. usque ad sum. 4773 duc. auri de Camera et 9 1/2 iuliorum mon. Rom. etc. ut supra (AC 25 f. 123'); nat. Matriti, aet. 60 an., lect. theol., iam visit. prov. S. Michaelis, definitor prov. Castellae, ad praesens visit. gen. (P. Cons. 97 f. 272 ss.); ob. 2 Febr. 1713 (Gams 49).

[5]) Absolv. a vinc. Almerien., tr. c. decr.... prof. fidei, c. reserv. pens. usque ad sum. 4875 duc. auri de Camera et 5 iuliorum mon. Rom. etc. ut supra (AC 26 f. 155'); praesent. r. cath. 7 Aug. 1713 (P. Dat. 1713 f. 179 ss.); ob. 19 Aug. 1717 (Gams 49).

[6]) Praesent. r. cath., promovetur c. ret. omnium, quae obtinet, c. reserv. pens. usque ad sum. 4599 duc. auri de Camera et 14 iuliorum mon. Rom. etc. ut supra (AC 27 f. 42); bulla prov. (S. Br. 2540 f. 264 ss.); consecr. Romae a Sum. Pont. 18 Nov. 1725 (Arch. Caer. 590 p. 524); dim. 19 Nov. 1725 (AC 28 f. 195); ob. 26 Iun. 1752 (cf. S.R.E. card. VI, 57).

[7]) Praesent. r. cath., promovetur c. decr.... vac. can.tus et praeb. Malacitan., c. reserv. pens. usque ad sum. 2128 duc. auri de Camera et 10 iuliorum mon. Rom. computatis antiquis pro pers. nominandis et ultra eas reserv. altera pens. 10000 scut. mon. Rom. pro card. Alberono ep. dimittente (AC 28 f. 195); nat. in loco de Jerez de los Caballeros dioec. Pacen., bapt. 1 Ian. 1675, pbr., lic. iur. can. Compluten. (P. Cons. 111 f. 357 ss.); tr. ad Conchen. 5 Maii 1734 (AC 31 f. 24'); ob. m. Iul. 1737 (P. Cons. 124 f. 328).

Mallen.

[1]) Eccl. Mallotan. sita est in Cilicia Prima sub metrop. Tarsen. (Index Sed. tit. n. 821).

[2]) Promovetur ad Mallen. et deput. suffrag. Samogitien. ad pontif., c. disp.... gradus, c. ret. custodiae Vilnen. et decanatus Samogitien. ac unius ex duabus eccl. paroec., quas obtinet, c. assign. particulari olim facta suffraganeo pro eius congrua (AC 23 f. 65); nat. in dioec. Posnanien., aet. 60 an. circ., pbr. (e bulla prov. S. Br. 1773 f. 346 ss.); ob. ante 23 Mart. 1700 (A. Cons. 1700 f. 100).

[3]) Promovetur ad Mallen. et deput. suffrag. Moguntin. ad pontif., c. ret. decanatus et scholastriae, quas in colleg. S. Petri, B.M.V. ad Gradus, et S. Crucis Moguntin. obtinet, c. assign. congruae 300 duc. auri de Camera super fructibus mensae archiepalis Moguntin., salva tamen remanente alia congrua ep.o Coronen. alteri suffraganeo assignata (AC 25 f. 80'); bulla prov. (S. Br. 2529 f. 231 ss.); nat. in civ. Moguntin., bapt. 3 Sept. 1652, prom. ad ord. pbr.tus 9 Dec. 1675, doct. phil. et theol. Sapientiae Rom. 6 Apr. 1675 (A. Cons. 1703 f. 40 ss.); 17 Apr. 1703 ei conc. ind.... cons. ep. et 2 abb. (S. Br. 2111 f. 146); ob. 31 Aug. 1727 (Falk, Fr., Die Mainzer Weihbischöfe: Archivalische Zeitschrift. Neue Folge 3, 1892, 296).

[4]) Promovetur c. ret. omnium, quae obtinet, c. decr.... prof. fidei (AC 29 f. 108); bulla prov. (S. Br. 2748 f. 464 ss.); nat. in castro de Bodok dioec. Strigonien., bapt. 30 Sept. 1694, prom. ad ord. pbr.tus 12 Mart. 1718, doct. theol. 26 Aug. 1718, alumnus coll. Germanici de Urbe, can. Strigonien., archidiac. Neogradien. (P. Dat. 1728 f. 151 ss.); tr. ad Quinque Ecclesien. 30 Sept. 1740 (AC 31 f. 260'); ob. 25 Sept. 1748 (P. Cons. 139 f. 329').

Manila (de) seu **Manilen(sis)** *(Manila)* in insulis Philippinis, metrop.[1])

ob. Michaelis de Poblete [2])	**Ioannes** Lópéz, ep. Nominis Iesu [3])	14 Nov. 1672	AC 22 f. 131'
ob. Ioannis	**Philippus** Pardo, O.P.[4])	8 Ian. 1680	AC 23 f. 25'
ob. Philippi	**Didacus** Camacho y Ávila [5])	28 Nov. 1695	AC 24 f. 130
tr. Didaci ad de Gualajara	**Franciscus** de la Cuesta, O.S.Hier.[6])	28 Apri. 1704	AC 25 f. 117'
tr. Francisci ad Mechoacan.	**Carolus** Bermúdez de Castro [7])	20 Nov. 1724	AC 28 f. 122

Mantuan(a) *(Mantova)* in Italia superiore [1])

ob. Massei Vitalis	**Ferdinandus Tiburtius** de Gonzaga [2])	23 Febr. 1671	AC 22 f. 73
ob. Ferdinandi T.	**Ioannes Lucidus** Cataneo [3])	12 Mart. 1674	AC 22 f. 162
ob. Ioannis L.	**Henricus** Vialardi, Congr.Barn.[4])	3 Mart. 1687	AC 23 f. 196
ob. Henrici	**Alexander** Arrigoni [5])	30 Ian. 1713	AC 26 f. 115
ob. Alexandri	**Antonius** de Guidi Bagni [6])	26 Apr. 1719	AC 27 f. 115

Marcanen(sis) *(Mrkanj, Marcana)* et **Tribunen(sis)** *(Trebinje, Trebigne)* in Dalmatia, insimul unitae [1])

res. Scipionis de Martinis [2])	**Antonius** Primi, O.F.M.Obs.[3])	15 Iul. 1669	AC 22 f. 21'

Manila (de)

[1]) A. 1672: Civ. et archiepatus Manilen. sita in insulis Philippinis continet 3000 circ. focularionum, sub dominio temporali regis cath.; eccl. metrop. est sub invocatione Conceptionis B.M.V.; in ea sunt 4 dign. et 12 can.^{tus}; valor ann. fr. mens. archiepalis 5000 ponderum mon.; in civ. sunt 8 eccl. religiosorum (P. Cons. 71 f. 539' s.); taxa 100 flor. (AM 42 f. 108').

[2]) Ob. 8 Dec. 1667 (Gams 113).

[3]) Absolv. a vinc. Nominis Iesu, tr. c. decr.... prof. fidei et iuram. fidel., erig. theol., poenit., sem., mont. piet. (AC 22 f. 131'); conc. pallium in eodem consist. (l. c.); praesent. r. cath. 6 Iul. 1672 (P. Cons. 71 f. 543); ob. 12 Febr. 1674 (Gams 113).

[4]) Praesent. r. cath., promovetur c. ind.... cons. ep. et 2 dign., c. decr.... prof. fidei, erig. poenit., sem., mont. piet. (AC 23 f. 25'); conc. pallium in eodem consist. (l. c. f. 29'); aet. 70 an., prof. theol. (e bulla prov. S. Br. 1774 f. 160 ss.); ob. 31 Dec. 1689 (Gams 113), al. 31 Dec. 1691 (P. Cons. 89 f. 324'). 18 Aug. 1692 archiep.^{o} Mexican. conc. fac. deputandi admin. seu vic. eccl.^{ae} de Manila (S. Br. 1852 f. 1 ss.).

[5]) Praesent. r. cath., promovetur c. decr.... vac. can.^{tus} magistralis Pacen. (AC 24 f. 130); conc. pallium in eodem consist. (l. c. f. 131); nat. in civ. Pacen. aet. 44 an. circ., pbr., doct. theol., iam cathedraticus univ. Salamantin. (P. Cons. 89 f. 315 ss.); tr. ad de Guadalajara 14 Ian. 1704.

[6]) Promovetur c. ind.... cons. ep. et 2 dign., c. decr.... instit. theol., poenit., sem., erig. mont. piet (AC 25 f 117'); conc. pallium 15 Sept. 1704 (l. c. f. 125'); nat. in loco de Colmenar dioec. Toletan., aet. 48 an. circ., doct. theol. (P. Cons. 97 f. 286 ss.); tr. ad Mechoacan. 27 Sept. 1723.

[7]) Praesent. r. cath., promovetur c. ind.... cons. ep. et 2 dign., c. decr.... prof. fidei, vac. can.^{tus} et praeb. Mexican., instit. theol. et poenit. (AC 28 f. 122); conc. pallium in eodem consist. (l. c. f. 125'); nat. in civ. de la Puebla de los Angeles, bapt. 2 Ian. 1678, pbr., doct. iur. can., vic. gen. Mexican. (P. Cons. 110 f. 440 ss); ob. 13 Nov. 1729 (Gams 113).

Mantuan.

[1]) A. 1674: Civ. Mantuan. sita in prov. Lombardiae inhabitatur a 20000 incolarum; eccl. cathedr sub invocatione SS. Petri et Pauli immed. subi. S. Sedi; in ea sunt 4 dign. et 22 can.^{tus}; valor ann. fr. mens. epalis 13000 duc. mon. illarum partium; in civ. sunt 20 conventus virorum et 16 mon. monialium; dioec. amplectitur 40 loca (P. Cons. 73 f. 210 s.); taxa 800 flor. (AM 42 f. 210').

[2]) Promovetur c. ret. compat. (AC 22 f. 73); nat. in civ. Cremonen. 14 Apr. 1611, charactere cler. insign. et prom. ad ord. min. 12 Mart. 1635, subdiac.^{tus}, diac.^{tus} et pbr.^{tus} 26, 27, 28 Dec. 1639, doct. iur. utr. Bononien. (P. Dat. 1671 f. 33 ss.); consecr. Romae a Benedicto card. Odescalcho 1 Mart. 1671 (Vat. Lat. 12336 f. 44'); ob. in resid. a. 1673 (P. Cons. 73 f. 212).

[3]) Promovetur c. disp.... pbr., c. decr.... repar. cathedr. et dom. epalis (AC 22 f. 162); nat. in civ. Mantuan., bapt. 13 Nov. 1613, charactere cler. insign. et prom. ad ord. min. 26 Nov. 1673, subdiac.^{tus}, diac.^{tus} et pbr.^{tus} 30 Nov., 3, 10 Dec. 1673, doct. iur. utr. Bononien. 28 Nov. 1673 (P. Dat. 1674 f. 85 ss.); consecr. Romae a Petro card. Vidono 8 Apr. 1674 (Vat. Lat. 12336 f. 317'); fit ep. solio Pontif. assist. 24 Dec. 1681 (S. Br. 1666 f. 276); ob. m. Febr. al. m. Mart. 1685 (P. Cons. 84 ff. 262', 261).

[4]) Promovetur ad Mantuan. (AC 23 f. 196); nat. in civ. Casalen. 9 Apr. 1633, lect. theol., iam visit. gen. in sua religione (P. Dat. 1686 f. 109 ss.); ob. 6 Dec. 1711 (Premoli I, 387).

[5]) Promovetur c. disp.... pbr., c. decr.... vac. omnia benef., suspenso effectu vacationis respectu compat. usque ad sui obitum (AC 26 f. 115); nat. in civ. Mantuan., bapt. 24 Aug. 1674, pbr., doct. iur. utr. Parmen. 16 Apr. 1695, iam gub. Reatin., S. Severini, Fanen., Montis Alti, (P. Dat. 1712 f. 93 ss.); fit ref. utr. sign. 1 Apr. 1699 (S. Br. 2006 f. 13); consecr. Romae a Ferdinando card. de Abdua 5 Febr. 1713 (Arch. Caer. 563 f. 28); ob. in resid. m. Aug. 1718 (P. Dat. 1719 f. 60').

[6]) Promovetur c. disp.... pbr., c. decr.... vac. omnia benef. etc. ut supra, repar. cathedr., c. reserv. pens. usque ad sum. 1600 scut. mon. Rom. computatis antiquis pro pers. nominandis (AC 27 f. 115); nat. in civ. Mantuan. 22 Aug. 1683, prom. ad ord. pbr.^{tus} 29 Ian. 1719, doct. iur. utr. Sapientiae Rom. 9 Ian. 1716, cubic. honoris S.^{tis} S. (P. Dat. 1719 f. 59 ss.); consecr. Romae a Laurentio card. Casono 1 Maii 1719 (Arch. Caer. 571 p. 208); fit ep. solio Pontif. assist. 28 Maii 1719 (S. Br. 2895 f. 28); ob. in resid. circa finem m. Ian. 1762 (P. Dat. 1762 f. 27').

Marcanen. et Tribunen.

[1]) A. 1669: Civ. Tribunen. nunc destructa est, civ. Marcanen. sita in quadam insula, sub dominio temporali reipublicae Ragusin., caret populo, capitulo, fructibus; in quadam parva eccl. sub invocatione S. Michaelis raro functiones sacrae celebrantur; ep. dictarum eccl. residere solet in civ. Ragusin., cuius metrop. suffrag.; dioec. amplectitur 7 loca cum 1000 christianis (P. Cons. 68 f. 657' ss.). 13 Febr. 1727 applicatur mensae epali ann. 200 scut. mon. Rom. ex reditibus confraternitatis pbr.^{orum} in eccl. S. Petri in Cathedra nunc. civ.^{tis} Ragusin. erectae (S. Br. 2677 f. 21 ss.); taxa (a. 1727) 66 $^{2}/_{3}$ flor. (AC 29 f. 15).

[2]) Res. 31 Dec. 1668 (P. Dat. 1669 f. 13 ss.); promovetur ad Polignanen. 2 Maii 1672.

[3]) Promovetur c. decr., quod residere teneatur in aliquo loco suae

ob. Antonii	**Antonius** Righi [4])	16 Iul. 1703	AC 25 f. 96'
dim. Antonii	**Franciscus Hieronymus** Bona [5])	17 Mart. 1727	AC 29 f. 15

S. Marci *(San Marco Argentano)* in Italia inferiore [1])

ob. Theodori Fantoni [2])	**Antonius** Papa [3])	26 Mart. 1685	AC 23 f. 159
ob. Antonii	**Petrus Antonius** de Alexandris (d'Alessandro) [4])	31 Maii 1688	AC 23 f. 222
ob. Petri A.	**Franciscus Maria** Caraf(f)a, O.Theat.[5])	25 Ian. 1694	AC 24 f. 80'
tr. Francisci M. ad Nolan.	**Matthaeus Ianuarius** Sibilia [6])	19 Maii 1704	AC 25 f. 120
ob. Matthaei I.	**Bernardus** de Cavaleriis (Cavalieri), O.Theat.[7])	11 Febr. 1718	AC 27 f. 59'
ob. Bernardi	**Alexander** Magno, O.Cist.[8])	20 Sept. 1728	AC 29 f. 112

Marcianen(sis) *(Marciana)* in Lycia, tit.[1])

certo modo	**Nicolaus** de Simoni [2])	24 Mart. 1729	S. Br.

Marcianopolitan(a) *(Marcianopolis)* in Moesia inferiore, metrop., tit.[1])

[3]) Promovetur c. ret. abb. Lepsingen. (AC 25 f. 174'); nat. in loco Castri Franchi dioec. Tarvisin., aet. 50 an. et ultra, pbr., doct. iur. utr. (e bulla prov. S. Br. 2532 f. 385 ss.); fit ep. solio Pontif. assist. 2 Febr. 1709 (S. Br. 2248 f. 308); 6 Apr. 1709 deput. vic. apost. Missionum Septentrionalium et quidem in omnibus regionibus, quae electori Palatino, marchioni Brandenburgico, et principibus Brunsvicen. subsunt, quaeque tamen ep.[is] seu aliis ordinariis subiectae minime existant, iuxta decr. S. Congr. Prop. 26 Mart. 1709 emanatum et a S. S. eadem die approbatum (S. Br. 2251 f. 25 ss.); 16 Iul. 1712 deput. visit. apost. quorumcumque locorum regularium intra fines sui vicariatus existentium (S. Br. 2326 f. 7 ss.); 18 Dec. 1722 Ludolfus Guilelmus Mai deput. provicarius apost. in locis ep.[o] Spigacen. assignatis durante eiusdem ep. absentia (S. Br. 2588 f. 29); 27 Maii 1726 Augustinus denuo deput. vic. apost. in supradictis regionibus, iuxta decr. S. Congr. Prop. 28 Maii 1725 emanatum et a S. S. 7 Iun. approbatum (S. Br. 2660 f. 11); ob. Francofurti ad Moenum 12 Febr. 1728 (L.Th.K. IX, 786).

Spiren(sis) *(Speyer)* in Germania[1])

ob. Lotharii Fr. von Metternich[2])	**Ioannes Hugo** von Orsbeck, archiep. Treviren.[3])	10 Maii 1677	AC 22 f. 226
ob. Ioannis H.	**Henricus Hartardus** von Rollingen[4])	26 Sept. 1712	AC 26 f. 102'
. . . .	**Damianus Hugo Philippus** von Schönborn, S.R.E. card., fit coadi.c.f.s.[5])	5 Oct. 1716	AC 26 f. 261

Spoletan(a) *(Spoleto)* in Italia media[1])

ob. Caesaris card. Fachinetti	**Ludovicus** Sciamanna[2])	9 Apr. 1685	AC 23 f. 162
ob. Ludovici	**Opitius** Pallavicinus (Pallavicino), S.R.E. card.[3])	28 Nov. 1689	AC 23 f. 249
tr. card. Pallavicini ad Auximan.	**Marcellus** Duratius (Durazzo), S.R.E. card., ep. Ferrarien.[4])	27 Aug. 1691	AC 23 f. 284
dim. card. Duratii	**Petrus** Gaddi[5])	7 Febr. 1695	AC 24 f. 110
ob. Petri	**Carolus Hyacinthus** Lascaris, O.P.[6])	11 Maii 1711	AC 26 f. 51
. . . .	**Petrus Carolus** Benedetti, fit ep. Tricomien. et coadi. c.f.s.[7])	3 Iun. 1726	AC 28 f. 227

Squillacen(sis) *(Squillace)* in Italia inferiore[1])

ob. Francisci Tirotta[2])	**Paulus** Philocamus (Filocamo)[3])	27 Apr. 1676	AC 22 f. 202

Spiren.

1) A. 1675: Civ. Spiren. continet 1000 domos et a paucis christifidelibus inhabitatur, sub dominio magistatus haeretici; eccl. cathedr. sub invocatione B.M.V. et SS. Stephani et Bernardi suffrag. metrop. Moguntin.; in ea sunt 5 dign. et 27 can.^{tus}; valor ann. fr. mens. epalis 8000 circ. imperialium; in civ. sunt 6 conventus virorum et 3 mon. monialium; dioec. olim amplissima modo est valde restricta propter usurpationes haereticorum (P. Cons. 76 f. 915 s.); taxa (a. 1677) 850 flor. (AC 22 f. 226).

2) Ob. 3 Iun. 1675 (P. Cons. 76 f. 899).

3) El. a capitulo et can.^{is} Spiren. facta de persona Ioannis H. nulla et invalida declaratur, providetur eccl. Spiren. de eiusdem pers., c. ret. Treviren., c. decr. ... vac. decanatus et can.^{tus} Spiren., erig. theol., poenit., sem., mont. piet. (AC 22 f. 226); bulla prov. (S. Br. 1770 f. 613 ss.); ob. 6 Ian. 1711 (A. Cons. 1711 f. 355).

4) Confirm. el. a capitulo et can.^{is} Spiren. facta de pers. Henrici H., pbr. Treviren. dioec., c. suppletione omnium defectuum etiam substantialium, si qui quomodolibet in ipsa el. intervenerint, c. ret. praepositurae Bruchsalen. dioec. Spiren., necnon archidiac.^{tus} et can.^{tus} et praeb., c. disp. ... gradus et pbr., c. decr. ... reaedif. cathedr. et dom. epalis, erig. theol., poenit., sem., mont. piet. (AC 26 f. 102'); el. a capitulo Spiren. 26 Febr. 1711 (A. Cons. 1711 f. 369 ss.); ob. 30 Nov. 1719 (Gams 314).

5) Deput. coadi. c.f.s. Henrico H. ep. Spiren., c. ret. omnium, quae obtinet, c. decr., ut facto loco successioni munus consecr.^{is} suscipere teneatur, repar. cathedr. et dom. epalis, erig. etc. ut supra (AC 26 f. 261); bulla prov. (S. Br. 2540 f. 29); el. coadi. a capitulo Spiren. 21 Iul. 1716 (A. Cons. 1716 tom. II f. 538 ss.); deput. coadi. c.f.s. ep.° Constantien. c. ret. Spiren. 15 Mart. 1723 (cf. Constantien.); ob. 19 Aug. 1743 (P. Cons. 131 f. 437').

Spoletan.

1) A. 1691: Civ. Spoletan. sita in Umbria inhabitatur a 5000 circ. incolarum, sub dominio temporali Sedis Apost.; eccl. cathedr. sub invocatione Assumptionis B.M.V. immed. subi. S. Sedi; in ea sunt 2 dign. et 12 can.^{tus}; valor ann. fr. mens. epalis 1500 scut. mon. Rom.; in civ. sunt 12 eccl. paroec., 2 colleg., 14 conventus virorum et 10 mon. monialium (P. Dat. 1691 f. 23' s.); taxa (a. 1711) 1000 flor. (AC 26 f. 51).

2) Promovetur c. reserv. pens. 30 scut. pro pers. nominanda (AC 23 f. 162); nat. Romae 7 Febr. 1643, pbr., doct. iur. utr., iam gub. Fulginaten., Reatin., Urbevetan., Spoletan. et 28 Apr. 1674 gub. Anconitan., utr. sign. ref. (P. Dat. 1685 f. 41 ss.).

3) Promovetur c. ret. omnium, quae obtinet (AC 23 f. 249); bulla prov. (S. Br. 1818 f. 86 ss.); tr. ad. Auximan. 8 Aug. 1691.

4) Absolv. a vinc. Ferrarien., tr. c. ret. omnium, quae obtinet (AC 23 f. 284); bulla prov. (S. Br. 2048 f. 49 ss.); dim. ante 7 Febr. 1695 (AC 24 f. 110); prom. ad Faventin. 11 Nov. 1697.

5) Promovetur c. disp. super eo, quod in s. ord. constit. non sit (AC 24 f. 110); nat. in civ. Forolivien., bapt. 3 Nov. 1644, charactere cler. insign. 23 Oct. 1668, doct. iur. utr., iam aud. legationis Avenionen., ad praesens Signaturae Iustitiae votans (P. Dat. 1695 f. 48 ss.); consecr. Romae a Bandino card. Panciatico 6 Mart. 1695 (Arch. Caer. 541 f. 133); fit ep. solio Pontif. assist. 2 Febr. 1705 (S. Br. 2154 f. 79); ob. in resid. m. Sept. 1710 (P. Dat. 1711 f. 36).

6) Promovetur ad Spoletan. (AC 26 f. 51); nat. in civ. Nicien. 4 Nov. 1653, prom. ad ord. pbr.^{tus} 19 Sept. 1676, mag. theol. 16 Maii 1698, socius gen., cons. S. Congr. Indulgentiarum (P. Dat. 1711 f. 33 ss.); 14 Mart. 1725 ei conc. privil. ep.^{orum} solio Pontif. assist. (S. Br. 2709 f. 10'); ob. ante 17 Mart. 1727 (S. Br. 2747 f. 176).

7) Promovetur ad Tricomien. et deput. coadi. c.f.s. Carolo H. ep. Spoletan., c. assign. congruae 400 scut. mon. Rom. super mensae epalis Spoletan. fructibus, c. ret. can.^{tus} et praeb. Spoletan. durante coadiutoria (AC 28 f. 227); nat. in loco Tarano nunc. dioec. Sabinen., bapt. 19 Iun. 1674, prom. ad ord. subdiac.^{tus}, diac.^{tus} et pbr.^{tus} 29 Mart., 24 Maii, 20 Nov. 1698, doct. iur. utr. Sapientiae Rom. 14 Nov. 1707, iam vic. gen. Salernitan. et Camerinen. et ad praesens Spoletan. (P. Dat. 1726 f. 63 ss.); 22 Iun. 1726 ei conc. ind. suscipiendi munus consecr.^{is} a Carolo H. ep. Spoletan. (S. Br. 2662 f. 78); fit ep. solio Pontif. assist. 7 Mart. 1728 (S. Br. 2959 f. 186); ob. in resid. m. Sept. 1739 (P. Dat. 1739 f. 144).

Squillacen.

1) A. 1676: Civ. Squillacen. sita in Calabria ulteriore inhabitatur a 500 incolis; eccl. cathedr. sub invocatione Assumptionis B.M.V. suffrag. metrop. Rheginen.; in ea sunt 5 dign. et 15 can.^{tus}; valor ann. fr. mens. epalis 3300 duc. illius mon.; in civ. sunt 3 conventus virorum et 3 mon. monialium; dioec. amplectitur 36 loca (P. Cons. 75 f. 682' ss.); taxa 166 $^{2}/_{3}$ flor. (AM 42 f. 253).

2) Ob. in resid. 27 Ian. 1676 (P. Cons. 75 f. 685).

3) Promovetur c. ret. pens. 17 duc. auri de Camera, c. decr. ... repar. cathedr. et dom. epalis, instr. supellect., erig. theol., mont. piet. (AC 22 f. 202); nat. in civ. Rheginen., aet. 50 an. circ., prom. ad ord. pbr.^{tus} 28 Mart. 1648, doct. iur. utr. Messanen. 11 Oct. 1645, iam vic. gen. Rheginen. (P. Dat. 1676 f. 35 ss.); consecr. Romae a Federico card. Columna 10 Maii 1676 (Vat. Lat. 12340 f. 12'); ob. in resid. 14 Sept. 1687 (P. Cons. 85 f. 436').

ob. Pauli	**Alphonsus** Aloisi [4])	31 Maii 1688	AC 23 f. 221
ob. Alphonsi	**Ianuarius** Crespino, ep. Minoren.[5])	19 Iul. 1694	AC 24 f. 93'
ob. Ianuarii	**Fortunatus** Durante [6])	20 Nov. 1697	AC 24 f. 181'
ob. Fortunati	**Marcus Antonius** Attaffi, ep. Sarnen.[7])	11 Febr. 1718	AC 27 f. 57'

Stabien(sis) v. Castri Maris

Stagnen(sis) *(Ston, Stagno)* in Dalmatia [1])

ob. Petri Luccari	**Hyacinthus Maria** Passati, O.P.[2])	13 Maii 1680	AC 23 f. 42'
ob. Hyacinthi M.	**Augustinus Flavius** Macedonicus (Macedonich), O.F.M. Obs.[3])	27 Ian. 1681	AC 23 f. 59'
ob. Augustini Fl.	**Ioannes Bapt.** Natali, O.P.[4])	15 Nov. 1683	AC 23 f. 135
ob. Ioannis B.	**Carolus** Olantes, O.P.[5])	31 Maii 1688	AC 23 f. 221
ob. Caroli	**Hyacinthus** Tuartkovich, O.F.M.Obs.[6])	13 Apr. 1693	AC 24 f. 47'
ob. Hyacinthi	**Alphonsus Basilius** Ghetaldi, O.S.B.[7])	19 Iul. 1694	AC 24 f. 92'
ob. Alphonsi B.	**Vincentius** Lupi, O.F.M.Obs.[8])	4 Iun. 1703	AC 25 f. 94
ob. Vincentii	**Franciscus** Volanti [9])	7 Maii 1710	AC 26 f. 17'

Stauropolitan(a) *(Stauropolis)* in Caria, metrop., tit.[1])

certo modo	**Didacus** Hortiago de Escacena, O.F.M.Discalc.[2])	28 Aug. 1693	S. Br.

---

4) Promovetur c. decr. ... vac. omnia benef., quae obtinet, suspenso tamen effectu vacationis usque ad sui obitum, c. decr. ... repar., instr., erig. etc. ut supra (AC 23 f. 221); nat. in loco Montelparo nunc. 4 Ian. 1644, prom. ad ord. min., subdiac.tus, diac.tus et pbr.tus 18, 24 Apr., 1, 3 Maii 1678, doct. iur. utr. Firman. 28 Maii 1665, iam vic. gen. et capitularis Urbevetan., vic. gen. Albanen., vic. apost. Alatrin. et Hieracen. (P. Dat. 1687 f. 139 ss.); consecr. Romae a Fabritio card. Spada 13 Iun. 1688 (Arch. Caer. 559 fasc. F f. 17); ob. m. Maii 1694 (P. Cons. 88 f. 455).

5) Absolv. a vinc. Minoren., tr. c. decr. ... instr. supellect., repar. cathedr., erig. theol., mont. piet. (AC 24 f. 93'); ob. m. Sept. 1697 (P. Cons. 91 f. 448).

6) Promovetur c. decr. ... vac. omnia benef., quae obtinet, suspenso effectu vacationis usque ad sui obitum, erig. poenit., mont. piet., c. reserv. pens. 100 scut. mon. Rom. pro Francisco ep. Trivican. (AC 24 f. 181'); bulla prov. (S. Br. 2045 f. 149 ss.); nat. in loco Albi nunc. dioec. Catacen., aet. 42 an. circ., pbr., doct. iur. utr. Sapientiae Rom. 23 Mart. 1694, fit vic. gen. Isclan. 4 Maii 1686, Mileten. 21 Apr. 1694 (P. Dat. 1697 f. 125 ss.); consecr. Romae a Petro card. Petruccio 24 Nov. 1697 (Arch. Caer. 541 f. 311); ob. 23 Nov. 1714 (P. Dat. 1718 f. 102').

7) Absolv. a vinc. Sarnen., tr. c. decr. ... prof. fidei, repar. cathedr. et dom. epalis, instr. supellect., erig. theol., mont. piet. (AC 27 f. 57'); ob. in resid. m. Aug. 1733 (P. Dat. 1733 f. 151).

Stagnen.

1) A. 1710: Civ. Stagnen. sita in Dalmatia inhabitatur a 100 circ. incolis, sub dominio temporali reipublicae Ragusin.; eccl. cathedr. sub invocatione S. Blasii suffrag. metrop. Ragusin.; in ea non sunt dign. neque can.tus; valor ann. fr. mens. epalis 200 duc. illius mon.; in civ. est 1 conventus virorum; dioec. amplectitur 8 parochias cum 9000 christifidelium (P. Dat. 1710 f. 67 ss.); taxa 33 1/3 flor. (AC 26 f. 17').

2) Praesent. republica Ragusin., promovetur c. decr. ... instr. supellect., repar. cathedr. et dom. epalis, erig. theol., poenit., sem., mont. piet. (AC 23 f. 42'); bulla prov. (S. Br. 1774 f. 377 ss.); nat. in loco Isola di Mezzo nunc. 1 Dec. 1620, mag. theol., provincialis prov. Ragusin. (P. Dat. 1680 f. 77 ss.); consecr. Romae a Vincentio M. card. Ursino 19 Maii 1680 (Vat. Lat. 12340 f. 105); ob. 8 Aug. 1680 (Gams 421), possessione eccl.ae non adepta (P. Dat. 1680 f. 167 e).

3) Praesent. republica Ragusin., promovetur c. decr. ... instr., repar., erig. etc. ut supra (AC 23 f. 59'); bulla prov. (S. Br. 1773 f. 100 ss.); nat. in loco Breno nunc. dioec. Ragusin., aet. 39 an. circ., lect. gen. theol. in studio Ragusin. ab 10 Iul. 1679 usque ad 30 Apr. 1680 (P. Dat. 1680 f. 165 ss.); consecr. Romae a Carolo card. Pio 23 Febr. 1681 (Vat. Lat. 12340 f. 124'); ob. Romae 14 Dec. 1682 (Galletti Vat. Lat. 7900 f. 113').

4) Promovetur c. decr. ... repar., erig. etc. ut supra (AC 23 f. 135); bulla prov. (S. Br. 1778 f. 312 ss.); nat. in civ. Ragusin., bapt. circ. a. 1628, lect. theol., iam prior in diversis conventibus, examinator synodalis, vic. gen. suae religionis Ragusin. (P. Dat. 1683 f. 101 ss.); ob. 4 Aug. 1687 (Gams 422).

5) Promovetur c. decr. ... erig. sem., mont. piet. (AC 23 f. 221); bulla prov. (S. Br. 1771 f. 172 ss.); nat. in civ. Ragusin. 25 Aug. 1649, fit lect. phil. et theol. 3 Nov. 1673, mag. theol., iam prior in conventu Gravosa nunc. et vic. gen. suae religionis Ragusin. (P. Dat. 1688 f. 1 ss.); praesent. republica Ragusin. 22 Oct. 1687 (Ep. Reg. II n. 128); ob. 10 Nov. 1692 (P. Dat. 1693 f. 27 a).

6) Promovetur c. decr. ... erig. theol., poenit., sem., mont. piet. (AC 24 f. 47'); bulla prov. (S. Br. 2049 f. 87 ss.); nat. in civ. Ragusin. 1 Oct. 1641, charactere cler. insign. 30 Nov. 1662, prom. ad ord. min. et subdiac.tus 3, 23 Dec. 1662, diac.tus 29 Mart. 1664, pbr.tus 19 Dec. 1665, lect. iubilatus, iam provincialis prov. Ragusin. (P. Dat. 1693 f. 25 ss.); praesent. republica Ragusin. 11 Nov. 1692 (l. c.): consecr. Romae a Petro M. card. Petruccio 18 Apr. 1693 (Arch. Caer. 541 f. 39); ob. in resid. m. Ian. 1694 (P. Dat. 1694 f. 104).

7) Congr. Meliten., promovetur c. decr. ... erig. sem., mont. piet. (AC 24 f. 92'); bulla prov. (S. Br. 2050 f. 334 ss.); nat. in civ. Ragusin., aet. 47 an. circ., mag. et lect. phil. et theol., iam examinator synodalis Ragusin., ad praesens visit. apost. et praesidens Congr. Meliten. (P. Dat. 1694 f. 101 ss.); consecr. Romae a Galeatio card. Marescotto 25 Iul. 1694 (Arch. Caer. 514 f. 384'); ob. 12 Sept. 1702 (Gams 422).

8) Promovetur c. decr. ... erig. etc. ut supra (AC 25 f. 94); bulla prov. (S. Br. 2529 f. 670 ss.); nat. in civ. Ragusin. 3 Maii 1641, lect. iubilatus a. 1687, fit cons. S. Officii Mantuan. 10 Dec. 1682 (P. Dat. 1703 f. 121 ss.); ob. 3 Nov. 1709 (Gams 422).

9) Promovetur c. disp. ... gradus, c. decr. ... vac. omnia benef., suspenso effectu vacationis respectu compat. usque ad sui obitum, erig. etc. ut supra (AC 26 f. 17'); bulla prov. (S. Br. 2536 f. 255 ss.); nat. in civ. Ragusin. 6 Dec. 1660, prom. ad ord. pbr.tus 18 Dec. 1683, examinator synodalis Ragusin. (P. Dat. 1710 f. 67 ss.); ob. 8 Apr. 1741 (Gams 422).

Stauropolitan.

1) Eccl. metrop. Stauropolitan. sita est in Caria (Index Sed. tit. n. 435).

2) Frater professus prov. Bethicae, promovetur iuxta decr. S. Congr. Prop. 13 Iul. 1693 emanatum et a S. S. 17 Iul. approbatum (S. Br.

Strigonien(sis) *(Esztergom, Gran)* in Hungaria, metrop.[1])

ob. Georgii Lippay de Zombor [2])	**Georgius** Szelepcsényi, ep. Nitrien.[3])	22 Aug. 1667	AC 21 f. 168
ob. Georgii	**Georgius** Széchényi, archiep. Colocen. et Bacchien.[4])	2 Sept. 1686	AC 23 f. 191
ob. Georgii	**Leopoldus Carolus** von Kollonitsch, S.R.E. card., archiep. Colocen. et Bacchien.[5])	22 Aug. 1695	AC 24 f. 121
. . . .	**Christianus Augustus** de Saxonia (von Sachsen-Zeitz), ep. Iaurien., fit coadi.c.f.s.[6])	24 Ian. 1701	AC 25 f. 21'
ob. card. de Saxonia	**Emericus** Esterházy, ep. Zagabrien.[7])	17 Mart. 1727	AC 29 f. 22'

Strongolen(sis) seu **Strongulen(sis)** *(Strongoli)* in Italia inferiore [1])

ob. Antonii M. Camalda [2])	**Ioannes Bapt.** Carrone [3])	19 Dec. 1691	AC 23 f. 293
ob. Ioannis B.	**Thomas** Olivieri [4])	25 Iun. 1706	AC 25 f. 172
ob. Thomae	**Dominicus** de Marzano [5])	26 Apr. 1719	AC 27 f. 115'

Suanen(sis) seu **Soanen(sis)** *(Sovana)* in Italia media [1])

tr. Hieronymi Borghese ad Pientin.	**Hieronymus** de Choris (Cori), ep. Neritonen.[2])	17 Iun. 1669	AC 22 f. 19'
ob. Hieronymi	**Petrus Maria** Bichi, ep. Tudertin.[3])	12 Iun. 1673	AC 22 f. 143'

1873 f. 19 ss.); 25 Aug. 1693 deput. vic. apost. in regno Marocchi, necnon de Tetuansale, Meguines et locis adiacentibus (l. c. f. 13); consecr. Romae ab Odoardo patr. Constantinopolitan. 30 Nov. 1693 (Arch. Caer. 514 f. 316).

Strigonien.

[1]) A. 1695: Civ. Strigonien. sita in regno Hungariae inhabitatur a 500 circ. christifidelibus, sub dominio temporali caes. maiest.; eccl. metrop. sub invocatione S. Stephani, nunc est diruta; civ.[te] a Turcis occupata sedes archiepalis unacum capitulo translata est ad eccl. S. Nicolai oppidi Tyrnaviae; in ea sunt 24 can.[tus], inter quos habentur nonnullae dign.; valor ann. fr. mens. archiepalis 30000 flor. illius mon.; in oppido Tyrnaviae sunt 2 conventus virorum et 1 mon. monialium (P. Cons. 89 f. 477' ss.); taxa (a. 1701) 4000 flor. (AC 25 f. 21').

[2]) Ob. 3 Ian. 1666 (Vienna, Proc. n. 152).

[3]) Absolv. a vinc. Nitrien., tr. c. decr. ... repar. cathedr., erig. theol., poenit., mont. piet. (AC 21 f. 168); conc. pallium 16 Ian. 1668 (l. c. f. 185'); nomin. caes. maiest. 15 Iun. 1666 (Vienna, Proc. n. 152); ob. 10 al. 11 Ian. 1685 (Vienna, Proc. n. 222).

[4]) Absolv. a vinc. Colocen. et Bacchien. et Iaurien. [admin.], nomin. caes. maiest., tr. c. decr. ... repar. cathedr. et dom. archiepalis, erig. theol., poenit., sem., mont. piet. (AC 23 f. 191); conc. pallium 3 Mart. 1687 (l. c. f. 197'); bulla prov. (S. Br. 1779 f. 261 ss.); ob. 18 Febr. 1695 (P. Cons. 89 f. 482').

[5]) Absolv. a vinc. Colocen. et Bacchien., tr. c. ret. omnium, quae obtinet, praeter admin. eccl. Iaurien., c. decr. ... erig. theol., poenit., mont. piet. (AC 24 f. 121); conc. pallium 14 Nov. 1695 (l. c. f. 128); nomin. caes. maiest. 14 Iul. 1695 (P. Cons. 89 f. 484); ob. 20 Ian. 1707 (cf. S.R.E. card. III, 26).

[6]) Deput. coadi. c.f.s. card.[li] Kollonitsch archiep. Strigonien., c. ret. omnium, quae obtinet, c. decr. ... prof. fidei et iuram. fidel., quodque facto loco successioni eccl.[ae] Iaurien. cedere teneatur, alioquin illa vacet eo ipso, erig. theol., poenit., mont. piet. (AC 25 f. 21'); bulla prov. coadiutoriae (S. Br. 2528 f. 15 ss.); nomin. caes. maiest. 27 Iul. 1700 (A. Cons. 1701/1702 f. 15); creatur card. 17 Maii 1706 (cf. S.R.E. card. VI, 11); conc. pallium 8 Iun. 1707 (AC 25 f. 192'); 23 Maii 1716 ei conc. ind. eligibilitatis ad quamcumque aliam eccl. in Germania (S. Br. 2411 f. 1 ss.).

[7]) Absolv. a vinc. Zagabrien., tr. c. decr. ... erig. theol., poenit., mont. piet. (AC 29 f. 22'); conc. pallium in eodem consist. (l. c. f. 23); nomin. caes. maiest. 31 Aug. 1725 (Ep. Reg. I n. 28); ob. 6 Dec. 1745 (Veress 82).

Strongolen.

[1]) A. 1691: Civ. Strongolen. sita in Calabria citeriore inhabitatur a 1000 circ. incolis; eccl. cathedr. sub invocatione SS. Petri et Pauli suffrag. metrop. S. Severinae; in ea sunt 6 dign. et 6 can.[tus]; valor ann. fr. mens. epalis 900 duc. illius mon.; in civ. sunt 4 conventus virorum; dioec. amplectitur solummodo territorium civ.[tis] (P. Dat. 1691 f. 79 s.); taxa (a. 1706) 200 flor. (AC 25 f. 172).

[2]) Ob. m. Dec. 1690 (P. Dat. 1691 f. 79').

[3]) Promovetur c. decr. ... vac. omnia benef., quae obtinet, suspenso effectu vacationis usque ad sui obitum, instr. supellect., repar. dom. epalis, erig. theol., sem., mont. piet. (AC 23 f. 293); nat. in loco S. Viti Ostunen. dioec. 11 Nov. 1641, pbr., lic. theol. Neapolitan. 11 Nov. 1680, fit can. Ostunen. 9 Febr. 1681 (P. Dat. 1691 f. 77 ss.); consecr. Romae a Galeatio card. Marescotto 13 Ian. 1692 (Arch. Caer. 514 f. 104); ob. in resid. m. Apr. 1706 (P. Dat. 1706 f. 69).

[4]) Promovetur c. decr. ... vac. omnia benef. etc. ut supra, repar. cathedr. et dom. epalis, instr., erig. etc. ut supra (AC 25 f. 172); nat. in loco Cutro nunc. dioec. S. Severinae, aet. 46 an. circ., pbr., doct. iur. utr. Sapientiae Rom. 4 Iun. 1680, iam vic. gen. S. Severinae, vic. capitularis et gen. Sutrin. et Nepesin. (P. Dat. 1706 f. 65 ss.); ob. in resid. m. Febr. 1719 (P. Dat. 1719 f. 34').

[5]) Promovetur c. decr. ... vac. omnia benef. etc. ut supra, instit. theol., sem., erig. mont. piet. (AC 27 f. 115'); nat. in civ. Boven., bapt. 30 Ian. 1678, prom. ad ord. pbr.[tus] 22 Dec. 1703, doct. iur. utr. Sapientiae Rom. 14 Maii 1697, vic. gen. et archipbr. Boven. (P. Dat. 1719 f. 31 ss.); consecr. Romae a Laurentio card. Corsino 30 Apr. 1719 (Arch. Caer. 571 p. 207); tr. ad Boven. 27 Iul. 1735 (AC 31 f. 62'); ob. 24 Iun. 1732 (P. Dat. 1752 f. 104).

Suanen.

[1]) A. 1669: Civ. Suanen. sita in Hetruria inhabitatur a 150 incolis, sub dominio temporali magni ducis Hetruriae; eccl. cathedr. sub invocatione S. Petri suffrag. metrop. Senen.; in ea sunt 1 dign. et 3 can.[tus]; valor ann. fr. mens. epalis 500 scut. mon. Rom.; in civ. sunt 2 eccl. paroec.; dioec. amplectitur 30 loca (P. Cons. 68 f. 639 s.); taxa (a. 1685) 304 flor. (AM 43 f. 240).

[2]) Absolv. a vinc. Neritonen., tr. c. ret. compat., c. decr. ... repar. cathedr. et dom. epalis, erig. theol., poenit., sem., mont. piet. (AC 22 f. 19'); ob. a. 1672 (Gams 757).

[3]) Absolv. a vinc. Tudertin., tr. c. ret. compat., c. decr. ... prof. fidei, instr. supellect., repar. dom. epalis, erig. etc. ut supra (AC 22 f. 143'); bulla prov. (S. Br. 1592 f. 109 ss.); ob. in resid. 9 Sept 1684 (P. Cons. 83 f. 477').

ob. Petri M.	**Petrus** Valentini [4])	9 Apr. 1685	AC 23 f. 163
ob. Petri	**Dominicus Maria** della Ciaia, O.P.[5])	14 Iun. 1688	AC 23 f. 224'
ob. Dominici M.	**Fulvius** Salvi [6])	11 Dec. 1713	AC 26 f. 157
ob. Fulvii	**Christophorus** Palmieri [7])	8 Mart. 1728	AC 29 f. 77'

Suessan(a) *(Sessa Aurunca)* in Italia inferiore [1])

ob. Ulixis Gherardini della Rosa	**Thomas** d'Aquino, Q.Theat.[2])	30 Iun. 1670	AC 22 f. 42'
ob. Thomae	**Raphael Maria** Filamondo, O.P.[3])	14 Dec. 1705	AC 25 f. 150
ob. Raphaelis M.	**Franciscus** Gori, ep. Catacen.[4])	4 Oct. 1706	AC 25 f. 177
ob. Francisci	**Aloysius Maria** Macedonio [5])	8 Iun. 1718	AC 27 f. 74'
ob. Aloysii M.	**Franciscus** Caracciolo, O.F.M.Obs.[6])	24 Apr. 1728	AC 29 f. 88'

Suessionen(sis) *(Soissons)* in Gallia [1])

ob. Caroli Bourlon [2])	**Fabius** Brulart de Sillery [3])	21 Ian. 1692	AC 24 f. 5'
ob. Fabii	**Ioannes Iosephus** Languet de Gercy [4])	29 Maii 1715	AC 26 f. 220

---

[4]) Promovetur c. decr. ... repar., erig. etc. ut supra (AC 23 f. 163); nat. in civ. Ilcinen. 6 Mart. 1619, prom. ad ord. pbr.tus 15 Iun. 1647, doct. iur. utr. Senen. 22 Maii 1639, iam can., vic. capitularis et gen. Ilcinen. et vic. gen. Volaterran. (P. Dat. 1685 f. 37 ss.); consecr. Romae ab Alexandro card. Crescentio 23 Apr. 1685 (Vat. Lat. 12340 f. 232'); ob. in resid. m. Nov. 1687 (P. Cons. 85 f. 554).

[5]) Promovetur c. decr. ... repar., erig. etc. ut supra (AC 23 f. 224'); nat. in civ. Senen., bapt. 16 Sept. 1642, prom. ad ord. pbr.tus 30 Nov. 1670, mag. theol. 1 Iun. 1677 (P. Dat. 1688 f. 79 ss.); ob. in resid. m. Ian. 1713 (P. Dat. 1713 f. 205).

[6]) Promovetur c. decr. ... vac. omnia benef., suspenso effectu vacationis usque ad sui obitum, repar. cathedr. et dom. epalis, erig. theol., poenit., mont. piet. (AC 26 f. 157); nat. in civ. Senen., bapt. 22 Iul. 1658, prom. ad ord. diac.tus et pbr.tus 29 Iun., 4 Iul. 1683, doct. theol. 30 Aug. 1683 et doct. iur. utr. Senen. 18 Oct. 1692, fit vic. gen. Pientin. 1 Aug. 1691, vic. capitularis Suanen. 28 Ian. 1713 (P. Dat. 1713 f. 203 ss.); consecr. Romae a Ioanne A. card. de Via 21 Dec. 1713 (Arch. Caer. 563 f. 158); ob. in resid. m. Maii 1727 (P. Dat. 1728 f. 40').

[7]) Promovetur c. decr. ... repar. cathedr. et dom. epalis, erig. theol., poenit., sem., mont. piet., vac. eccl. paroec. S. Petri Mansidoli nunc. Senen. dioec. (AC 29 f. 77'); nat. in civ. Senen., bapt. 17 Iul. 1675, prom. ad ord. diac.tus et pbr.tus 27 Iun., 4 Iul. 1700, doct. theol. 29 Iul. 1700 et doct. iur. utr. Senen. 14 Dec. 1701 (P. Dat. 1728 f. 39 ss.); consecr. Romae ab. Antonio F. card. Zondadario 14 Mart. 1728 (Arch. Caer. 591 p. 253); ob. in resid. 26 Mart. 1739 (P. Dat. 1739 f. 150).

Suessan.

[1]) A. 1670: Civ. Suessan. sita in prov. Terrae Laboris inhabitatur a 3000 circ. incolarum; eccl. cathedr. sub invocatione SS. Petri et Pauli suffrag. metrop. Capuan.; in ea sunt 4 dign. et 25 can.tus; valor ann. fr. mens. epalis 1400 duc. illius mon.; in civ. sunt 6 eccl. paroec., 1 colleg., 8 conventus virorum et 3 mon. monialium; dioec. amplectitur 36 loca (P. Dat. 1670 f. 144 s.); taxa 200 flor. (AM 42 f. 1[illegible]).

[2]) Promovetur c. decr. ... erig. theol. et poenit. (AC 22 f. 42'); nat. in loco Somma nunc. dioec. Neapolitan., aet. 35 an. circ., lect. theol. (P. Dat. 1670 f. 141 ss.); consecr. Romae a Francisco card. Barberino 20 Iul. 1670 (Vat. Lat. 12339 f. 24'); ob. a. 1705 (Gams 921).

[3]) Promovetur c. decr. ... erig. poenit., mont. piet. (AC 25 f. 150); nat. in civ. Neapolitan., bapt. 16 Iun. 1649, mag. theol., iam examinator synodalis Neapolitan., ad praesens primus bibliothecarius bibl. Casanaten. de Urbe, cons. S. Congr. Indicis (P. Dat. 1705 f. 94 ss.); ob. in resid. 15 Aug. 1706 (P. Dat. 1706 f. 119).

[4]) Absolv. a vinc. Catacen., tr. c. decr. ... prof. fidei, vac. omnia benef., quae obtinet, suspenso effectu vacationis respectu compat. usque ad sui obitum, erig. mont. piet. (AC 25 f. 177); ob. in resid. a. 1708 (P. Dat. 1718 f. 219').

[5]) Promovetur c. decr. ... vac. omnia benef. etc. ut supra, repar. cathedr. et dom. epalis, instr. supellect., erig. poenit. et mont. piet. (AC 27 f. 74'); nat. in civ. Neapolitan. 24 Nov. 1682, prom. ad ord. subdiac.tus, diac.tus et pbr.tus 3 Apr., 1, 30 Maii 1706, doct. iur. utr. Neapolitan. 18 Maii 1700 (P. Dat. 1718 f. 218 ss.); consecr. Romae a Michaele A. card. de Comitibus 12 Iun. 1718 (Arch. Caer. 571 p. 101); ob. in resid. m. Ian. 1728 (P. Dat. 1728 f. 118').

[6]) Promovetur c. decr. ... repar. dom. epalis, erig. poenit., mont. piet. (AC 29 f. 88'); nat. in civ. Altamura nunc. prov. Baren. 22 Sept. 1674, prom. ad ord. pbr.tus 20 Dec. 1698, lect. iubilatus 11 Mart. 1716, iam vicecommiss. gen. (P. Dat. 1728 f. 115 ss.); consecr. Romae a Sum. Pont. 25 Apr. 1728 (Arch. Caer. 591 p. 267); fit ep. solio Pontif. assist. 28 Aug. 1728 (S. Br. 3104 f. 278); ob. in resid. 11 Aug. 1757 (P. Dat. 1757 f. 180'). In religione «Franciscus ab Altamura» vocatur.

Suessionen.

[1]) A. 1689: Civ. Suessionen. sita est in prov. Insulae Franciae, sub dominio temporali regis Xmi; eccl. cathedr. sub invocatione SS. Gervasii et Prothasii suffrag. metrop. Remen.; in ea sunt 9 dign. et 57 can.tus; valor ann. fr. mens. epalis 7000 circ. libr. Turonen.; in civ. sunt 6 eccl. paroec., 5 colleg., 9 conventus virorum, 4 mon. monialium; dioec. amplectitur 400 circ. parochias (P. Cons. 86 f. 47 s.); taxa (a. 1715) 2400 flor. (AC 26 f. 220).

[2]) Post. obitum Caroli nomin. r. Xmo ep. Suessionen. 13 Nov. 1685 Petrus Daniel Huet (Gallia Christ. XI, 504), sed a S. Sede non confirm. promovetur ad Abrincen. 5 Maii 1692.

[3]) Promovetur c. ret. mon. commend. de la Pélice dioec. Cenomanen. et S. Basoli O.S.B. dioec. Remen., c. reserv. pens. 3000 libr. Turonen. pro pers. nominata, c. decr. ... prof. fidei, repar. cathedr. et dom. epalis, erig. theol. et poenit. (AC 24 f. 5'); nat. in dioec. Turonen., aet. 34 an. [a. 1689], pbr. 28 Mart. 1682, doct. theol. Parisien. (P. Cons. 86 f. 36 ss.); nomin. r. Xmo 1 Nov. 1689 (l. c. f. 41); ob. 20 Nov. 1714 (P. Cons. 104 f. 491).

[4]) Promovetur c. ret. compat. et mon. B. Mariae de Coëtmaloën O.Cist. dioec. Corisopiten., quod in commendam obtinet, c. decr. ... repar. cathedr. et dom. epalis, erig. mont. piet. (AC 26 f. 220); nat. in oppido Divionen. dioec. Lingonen., aet. 37 an. circ., pbr., doct. theol. Parisien., officialis et vic. gen. Aeduen. (P. Cons. 104 f. 481 ss.); nomin. r. Xmo 15 Ian. 1715 (l. c. f. 482); tr. ad Senonen. 9 Apr. 1731 (AC 30 f. 104); ob. in civ. Senonen. 11 Maii 1753 (P. Cons. 142 f. 200'; L.Th.K. VI, 382).

Sulmacen(sis) in partibus infidelium, tit.[1])

ob. Didaci de Conceptione	**Ioannes** Stieff von Krenzen, fit suffrag. Gurcen.[2])	12 Nov. 1685	AC 23 f. 175

Sulmonen(sis) v. **Valven(sis)**

Suran(a) seu **Suren(sis)** *(Sura)* in Syria Euphratensi Prima, tit.[1])

certo modo	**Ludovicus** Quémeneur [2])	13 Aug. 1697	S. Br.
certo modo	**Alexander Ioannes** Grant [3])	16 Sept. 1727	S. Br.

Surrentin(a) *(Sorrento)* in Italia inferiore, metrop.[1])

ob. Pauli Suardi	**Didacus** Petra, ep. Marsican.[2])	29 Apr. 1680	AC 23 f. 41
ob. Didaci	**Philippus** Anastasius (Anastasi)[3])	11 Apr. 1699	AC 24 f. 216
dim. Philippi	**Ludovicus Agnellus** Anastasi [4])	20 Dec. 1724	AC 28 f. 129

Sutrin(a) v. **Nepesin(a)**

Syracusan(a) *(Siracusa)* in insula Sicilia [1])

ob. Ioannis A. Capoblanci	**Franciscus Maria** Rhini, O.F.M.Obs.[2])	1 Oct. 1674	AC 22 f. 169'
tr. Francisci M. ad Agrigentin.	**Franciscus** Fortezza [3])	14 Dec. 1676	AC 22 f. 217'

Sulmacen.

[1]) De eccl. tit. Sulmacen. amplius desideratur.

[2]) Promovetur ad Sulmacen. et deput. suffrag. Gurcen. ad pontif., c. ret. praeposituræ S. Ioannis Bapt. de Kreig dioec. Gurcen., c. assign. congruae 300 duc. auri de Camera super fructibus mensae epalis Gurcen. (AC 23 f. 175); bulla prov. (S. Br. 1772 f. 368 ss.); nat. in Bohemia, prom. ad ord. min. 17 Dec. 1650, subdiac.[tus], diac.[tus] et pbr.[tus] 14, 21, 24 Iun. 1654, doct. iur. utr. Sapientiae Rom. 12 Iun. 1663, fit admin. Secovien. in spiritualibus 28 Oct. 1670, archidiac. superioris Carinthiae 14 Apr. 1673 (Vienna, Proc. n. 219); 1 Febr. 1686 ei conc. ind.... cons. ep. et 2 abb. (S. Br. 1715 f. 207).

Suran.

[1]) Eccl. Suren. sita est in Syria Euphratensi Prima sub metrop. Hierapolitan. (Index Sed. tit. n. 854).

[2]) Pbr. saec. Gallus, promovetur c. ind. suscipiendi munus consecr.[is] a modernis Machaonen., Pekinen. et Nankinen. ep.[is] seu vic.[iis] apost. similiter ep.[is] apud Sinas, iuxta decr. S. Congr. Prop. 8 Aug. 1697 emanatum et a S. S. 10 Aug. approbatum (S. Br. 1966 f. 21 ss.); 13 Aug. 1697 ei conc. ind. recipiendi munus consecr.[is] in Gallia (l. c. f. 30 ss.); 27 Aug. 1697 ei conc. fac. consecrandi novem electos ep. vic.[ios] apost. in Indiis orientalibus (l. c. f. 32).

[3]) Pbr. saec. Scotus, olim alumnus coll. Scotorum Urbis, ad praesens missionarius in regno Scotiae, promovetur iuxta decr. S. Congr. Prop. 16 Dec. 1726 emanatum et a S. S. 6 Aug. 1727 approbatum (S. Br. 2690 f. 19 ss.); 19 Sept. 1727 deput. vic. apost. prov. montanarum regni Scotiae et insularum adiacentium iuxta divisionem per ipsos vic. apost. faciendam et deinde a S. Congr. Prop. approbandam (l. c. f. 5); ob. circ. a. 1728 non consecr. (Brady III, 464).

Surrentin.

[1]) A. 1699: Civ. Surrentin. sita in prov. Terrae Laboris inhabitatur a 4000 circ. incolarum, sub dominio temporali regis cath.; eccl. metrop. est sub invocatione SS. Philippi et Iacobi; in ea sunt 5 dign. et 13 can.[tus]; valor ann. fr. mens. archiepalis 1100 circ. duc. illius mon.; in civ. sunt 4 conventus virorum et 3 mon. monialium; dioec. amplectitur 12 loca (P. Cons. 93 f. 500' ss.); taxa (a. 1680) 160 flor. (AM 43 f. 143).

[2]) Absolv. a vinc. Marsican., tr. c. decr.... repar. cathedr., erig. theol., poenit., mont. piet. (AC 23 f. 41); conc. pallium 13 Maii 1680 (l. c. f. 43'); ob. 1 Febr. 1699 (Gams 926).

[3]) Promovetur c. decr.... vac. can.[tus] Neapolitan., erig. mont. piet. (AC 24 f. 216); conc. pallium 18 Maii 1699 (l. c. f. 222'); nat. in civ. Neapolitan., aet. 43 an. circ., pbr., doct. iur. utr. Neapolitan. (P. Cons. 93 f. 499 ss.); consecr. Romae a Dominico B. ep. Melphiten. 12 Apr. 1699 (Arch. Caer. 541 f. 384'); fit ep. solio Pontif. assist. 26 Dec. 1707 (S. Br. 2223 f. 9); dim. 13 Dec. 1724 (P. Dat. 1724 f. 241 ss.); prom. ad Antiochen. 20 Dec. 1724.

[4]) Promovetur c. reserv. pens. 500 duc. illius mon. pro Philippo archiep. dimittente, c. decr.... vac. can.[tus] et praeb. Neapolitan. ceteraque benef., quae obtinet, suspenso effectu vacationis respectu compat. usque ad sui obitum, erig. poenit., mont. piet. (AC 28 f. 129); conc. pallium 29 Ian. 1725 (l. c. f. 147); nat. in civ. Neapolitan., bapt. 14 Febr. 1690, prom. ad ord. pbr.[tus] 24 Sept. 1718, doct. iur. utr. Neapolitan. 29 Maii 1714, iam vic. gen. Surrentin. (P. Dat. 1724 f. 267 ss.); consecr. Romae a Philippo patr. Antiochen. 27 Dec. 1724 (Arch. Caer. 573 p. 165); fit ep. solio Pontif. assist. 18 Ian. 1728 (S. Br. 2843 f. 309); tr. ad patr. Alexandrin. c. ret. Surrentin. 12 Maii 1755 (AC 34 f. 277'); ob. m. Ian. 1758 (P. Dat. 1758 f. 2).

Syracusan.

[1]) A. 1695: Civ. Syracusan. sita in regno Siciliae inhabitatur a 15000 circ. incolarum, sub dominio temporali regis cath.; eccl. cathedr. sub invocatione Nativitatis B.M.V. suffrag. metrop. Montis Regalis; in ea sunt 4 dign. et 12 can.[tus]; valor ann. fr. mens. epalis 3200 duc. illius mon.; in civ. sunt 11 conventus virorum et 8 mon. monialium; dioec. amplectitur 41 loca (P. Cons. 89 f. 464' s.); taxa (a. 1724) 600 flor. (AC 28 f. 72).

[2]) Promovetur c. decr.... erig. theol. et poenit, mont. piet., c. reserv. pens. 1449 duc. pro pers. nominandis, non exced.... 3[am] fr. (AC 22 f. 169'); nat. in civ. Panormitan., aet. 50 an. circ., lect. iubilatus, iam guardianus diversis in locis, provincialis Siciliae, cons. et qualificator S. Officii, min. gen. (P. Cons. 73 f. 296 ss.); praesent. r. cath. 29 Apr. 1674 (l. c. f. 300); consecr. Romae a Francisco card. Barberino 7 Oct. 1674 (Vat. Lat. 12336 f. 336); tr. ad Agrigentin. 19 Oct. 1676.

[3]) Nomin. r. cath., promovetur c. decr.... vac. abb. S. Vincentii et alia benef., quae obtinet, erig. etc. ut supra, c. reserv. pens. 1449 duc. mon. etc. ut supra (AC 22 f. 217'); nat. in dioec. Maioricen., aet. 55 an. circ., pbr., doct. iur. utr., abb. S. Vincentii dignitas eccl.[ae] Toletan. (P. Cons. 75 f. 672 ss.); consecr. Romae a Carolo card. Pio 20 Dec. 1676 (Arch. Caer. 476 f. 37); ob. 13 Nov. 1693 (Gams 954).

ob. Francisci	**Asdrubal** Termini [4])	30 Maii 1695	AC 24 f. 116
ob. Asdrubalis	**Thomas** Marín, O.P.[5])	14 Febr. 1724	AC 28 f. 72

Syren(sis) seu **Siren(sis)** *(Syros, Syra)* in insula eiusdem nominis maris Aegaei [1])

ob. Iosephi Guarchi [2])	**Antonius** Giustiniani [3])	8 Febr. 1694	AC 24 f. 83
tr. Antonii ad Naxien.	**Michael** Caro [4])	12 Febr. 1703	AC 25 f. 81'
ob. Michaelis	**Nicolaus** de Camillis [5])	7 Maii 1710	AC 26 f. 17
ob. Michaelis	**Nicolaus** Portoghese, O.F.M.Ref.[6])	1 Oct. 1710	AC 26 f. 27
ob. Nicolai	**Ioannes Franciscus** Bossi, O.F.M.Conv.[7])	28 Nov. 1729	AC 29 f. 207'

Tagasten(sis) v. **Thagasten(sis)**

Talien(sis) in Lydia, tit.[1])

certo modo	**Petrus Franciscus** Lombardi, O.F.M.Ref.[2])	5 Iul. 1721	S. Br.
certo modo	**Iosephus** de Palos, O.F.M.Obs., fit coadi. c.f.s. Assumptionis [3])	24 Sept. 1721	AC 27 f. 252'

Tamiathitan(a) v. **Damiaten(sis)**

---

[4]) Praesent. r. cath., promovetur salvis pens. antiquis, c. ret. compat., c. decr. ... repar. cathedr. et dom. epalis, erig. theol. et poenit. (AC 24 f. 116); bulla prov. (S. Br. 2051 f. 204 ss.); nat. in civ. Panormitan. 13 Oct. 1653, pbr., mag. theol. Panormitan. 12 Maii 1676, vic. gen. Panormitan. (P. Dat. 1695 f. 97 ss.); consecr. Romae a Sperello ep. Interamnen. 2 Iun. 1695 (Arch. Caer. 541 f. 171'); ob. 6 Iun. 1722 (Gams 954).

[5]) Praesent. caes. maiest. uti rege Siciliae, promovetur c. decr. ... repar., erig. etc. ut supra, c. reserv. pens. usque ad sum. 1065 duc. illius mon. pro pers. nominandis, non exced. ... 3am fr. (AC 28 f. 72); nat. in loco de Énguera dioec. Valentin. 6 Febr. 1673, prom. ad ord. pbr.tus 2 Mart. 1697, mag. theol. 3 Aug. 1721, iam cathedraticus univ. Valentin., concionator regius et socius gen. suae religionis (P. Dat. 1724 f. 19 ss.); consecr. Romae ab Alvaro card. Cienfuegos 20 Febr. 1724 (Arch. Caer. 568 f. 214); ob. 2 Maii 1730 (Gams 954).

Syren.

[1]) A. 1701: Insula Syren. habet unum locum inhabitatum ab 800 circ. familiis; eccl. cathedr. sub invocatione S. Georgii non habet dign. neque can.tus; valor ann. fr. mens. epalis 140 regalium illius mon.; clerus saec. insulae consistit in 30 pbr., 2 diac. et 4 cler.; in dicto loco praeter cathedr. sunt 3 eccl. ritus Latini et 2 ritus Graeci (P. Dat. 1703 f. 13 ss.); taxa (a. 1703) 300 flor. (AC 25 f. 81').

[2]) Ob. Romae a. 1690 (P. Dat. 1694 f. 38). Iam 11 Ian. 1675 Thomas Badet, olim alumnus coll. Urbani de Prop., deput. admin. Syren. c. titulo et fac. vic.ii apost., iuxta decr. S. Congr. Prop. 18 Dec. 1674 emanatum et a. S. S. 22 Dec. approbatum (S. Br. 1547 f. 35). 23 Dec. 1679 Ignatius Rosa, ep. Andren., deput. admin. Syren., cuius pastor iamdiu iustis de causis a S. Congr. Prop. in Curia detinetur, iuxta decr. eiusdem Congr. 20 Nov. 1679 emanatum et a S. S. 25 Nov. approbatum (S. Br. 1641 f. 19); 5 Dec. 1681 idem Ignatius deput. vic. apost. Syren., c. praevia revocatione fac.tis Thomae Badet antehac traditae, iuxta decr. S. Congr. Prop. 1 Iul. 1681 emanatum et a S. S. 24 Oct. approbatum (S. Br. 1664 f. 50). 14 Maii 1688 Angelus Venerius, ep. Tinen., deput. admin. Syren., c. revocatione similis admin.is Ignatio ep. Andren. antehac a S. S. attributae, iuxta decr. S. Congr. Prop. 5 Apr. 1688 emanatum et a S. S. 5 Maii approbatum (S. Br. 1747 f. 16).

[3]) Promovetur iuxta decr. S. Congr. Prop., c. disp. ... gradus, c. decr. ... instr. supellect., repar. cathedr. et dom. epalis, erig. theol., poenit., sem., mont. piet. (AC 24 f. 83); bulla prov. (S. Br. 2050 f. 3 ss.); nat. in civ. Naxien., bapt. 17 Iun. 1663, per 9 annos alumnus coll. Urbani de Prop. (P. Dat. 1694 f. 37 ss.); iam 13 Ian. 1690 deput. vic. apost. Smyrnen. (cf. Smyrnen. n. 2); 2 Maii 1698 deput. admin. Andren. (cf. Andren. n. 4); 18 Iul. 1698 deput. visit. apost. insularum maris Aegaei, Zacynthi et Cephaloneae aliorumque locorum adiacentium (S. Br. 1987 f. 11 ss.); tr. ad Naxien. 24 Ian. 1701.

[4]) Promovetur iuxta decr. S. Congr. Prop., c. disp. ... gradus, c. decr. ... instr. supellect., erig. theol., poenit., sem., mont. piet. (AC 25 f. 81'); bulla prov. (S. Br. 2529 f. 269 ss.); nat. in civ. Chien., aet. 60 an. circ., pbr., iam vic. gen. et examinator synodalis Chien. (P. Dat. 1703 f. 13 ss.); decr. S. Congr. Prop. 26 Sept. 1702 emanatum et a S. S. eadem die approbatum (l. c.); ob. 18 Sept. 1707 (P. Dat. 1710 f. 61 ss.).

[5]) Promovetur iuxta decr. S. Congr. Prop., c. decr. ... prof. fidei, repar. dom. epalis, instr. supellect., erig. sem., mont. piet. (AC 26 f. 17); nat. in civ. Chien., aet. 38 an. circ., pbr., doct. theol. et phil. in coll. Urbano de Prop. (P. Dat. 1710 f. 61 ss.); decr. S. Congr. Prop. 16 Apr. 1709 emanatum et a S. S. 26 Apr. approbatum (l. c.); iam 12 Maii 1706 deput. vic. apost. Smyrnen. (cf. Smyrnen. n. 4); ob. possessione eccl. Syren. non adepta (P. Dat. 1710 f. 18).

[6]) Promovetur iuxta decr. S. Congr. Prop., c. decr. ... repar. dom. epalis, instr. supellect., erig. sem., mont. piet. (AC 26 f. 27); bulla prov. (S. Br. 2537 f. 59 ss.); nat. in civ. Chien., bapt. 27 Dec. 1660, lic. theol., nuper deput. vic. apost. Syren. (P. Dat. 1710 f. 115 ss.); decr. S. Congr. Prop. 18 Aug. 1710 emanatum et a S. S. 19 Aug. approbatum (l. c.); ob. in insula Syren. circ. a. 1727 (P. Dat. 1729 f. 136).

[7]) Promovetur iuxta decr. S. Congr. Prop., c. decr. ... prof. fidei, erig. sem., mont. piet. (AC 29 f. 207'); nat. in civ. Mediolanen., aet. 50 an. circ., mag. theol., iam missionarius in civ. Constantinopolitan., deinde praef. apost. missionum in Moldavia et Valachia (P. Dat. 1729 f. 132 ss.); decr. S. Congr. Prop. 6 Iul. 1728 emanatum et a S. S. 7 Iul. approbatum (l. c.); ratione infirmae valetudinis ad suam eccl. numquam accedere potuit (P. Dat. 1730 f. 97 ss.); tr. ad Naxien. 22 Nov. 1730 (AC 30 f. 42); ob. in resid. m. Oct. 1732 (P. Dat. 1733 f. 54').

Talien.

[1]) Eccl. Talien. sita est in Lydia sub metrop. Sardian. (Miraeus 104). Forsan est eadem ac Tabalen. (Index Sed. tit. n. 302).

[2]) Vic. apost. Smyrnen., promovetur ad Talien., c. ind. ... cons. ep. et 2 pbr., iuxta decr. S. Congr. Prop. (S. Br. 2556 f. 23 ss.); 8 Iul. 1721 deput. visit. apost. insularum maris Aegaei, Zacynthi et Cephaloniae ac aliorum locorum adiacentium (l. c. f. 29 ss.); ob. ante 3 Mart. 1722 (S. Br. 2573 f. 31).

[3]) Promovetur ad Talien. et deput. coadi. c.f.s. ep.o Assumptionis (AC 27 f. 252'); cf. Assumptionis.

Tanen(sis) seu **Tanitan(a)** *(Tanis)* in Augustamnica Prima, tit.[1]

certo modo	**Andreas** Pruski, fit suffrag. Premislien.[2]	28 Mart.	1729	AC 29 f. 172'

Tarbien(sis) *(Tarbes)* in Gallia [1]

res. Claudii Mallier	**Marcus** Mallier du Houssay [2]	3 Sept.	1668	AC 21 f. 211'
ob. Marci	**Anna Tristanus** de la Baume de Suze [3]	30 Aug.	1677	AC 22 f. 234
tr. Annae Tristani ad Auxitan.	**Franciscus** de Poudenx [4]	24 Mart.	1692	AC 24 f. 14'
ob. Francisci	**Anna Franciscus Guilelmus** du Cambout [5]	2 Oct.	1719	AC 27 f. 130'

Tarentasien(sis) *(Tarentaise, Moûtiers)* in Sabaudia, metrop.[1]

ob. Francisci A. Milliet [2]	**Franciscus Amadeus** Milliet, ep. Augustan.[3]	25 Iun.	1727	AC 29 f. 27

Tarentin(a) *(Taranto)* in Italia inferiore, metrop.[1]

ob. Thomae de Sarria [2]	**Franciscus** Pignatellus (Pignatelli), O.Theat.[3]	27 Sept.	1683	AC 23 f. 132
tr. Francisci ad Neapolitan.	**Ioannes Bapt.** Stella [4]	30 Aug.	1713	AC 26 f. 144
ob. Ioannis B.	**Ioannes Fabritius** de Capua [5]	22 Dec.	1727	AC 29 f. 60

Tanen.

[1]) Eccl. Tanitan. sita est in Augustamnica Prima sub metrop. Pelusictan. (Index Sed. tit. n. 718).

[2]) Promovetur ad Tanen. et deput. suffrag. Premislien. ad pontif., c. ret. archidiac.^{tus} Premislien. ac 3 praepositurarum Premislien. et Cracovien. respective dioec., c. assign. congruae 300 duc. auri de Camera super mensae epalis Premislien. fructibus (AC 29 f. 172'); bulla prov. (S. Br. 2749 f. 170 ss.); nat. in loco Białynen. dioec. Gnesnen., bapt. 19 Nov. 1682, charactere cler. insign. et prom. ad ord. min. 18 Apr. 1699, subdiac.^{tus} 20 Dec. 1704, diac.^{tus} 19 Dec. 1705, pbr.^{tus} 20 Mart. 1706, doct. iur. utr. univ. Zamoscen. 27 Oct. 1723, iam can. Camenecen., ad praesens vic. gen. et officialis Premislien. (P. Cons. 115 f. 593 ss.).

Tarbien.

[1]) A. 1676: Civ. Tarbien. sita in prov. Aquitaniae inhabitatur a 2000 circ. christifidelium, sub dominio temporali regis X^{mi}; eccl. cathedr. sub invocatione B.M.V., ab haereticis olim incendio deformata nondum restituta in integrum, suffrag. metrop. Auxitan.; in ea sunt 8 archidiac.^{tus} et 14 can.^{tus}; valor ann. fr. mens. epalis 14000 circ. libr. Turonen.; in civ. sunt 4 conventus virorum et 1 mon. monialium; dioec. amplectitur 430 circ. parochias (P. Cons. 76 f. 926' ss.); taxa (a. 1677) 1200 flor. (AM 43 f. 79).

[2]) Promovetur c. disp. super eo, quod eccl. Tarbien. transit de patre in filium, c. ret. compat., c. decr. ... repar. cathedr., erig. poenit., sem., mont. piet. (AC 21 f. 211'); nat. Venetiis tempore, quo Claudius, eius pater, officio legati regis X^{mi} fungebatur, aet. 30 an., pbr., doct. theol. Parisien. (P. Cons. 67 f. 722 ss.); nomin. r. X^{mo} 13 Apr. 1668 (l. c. f. 722); ob. 5 Maii 1675 (P. Cons. 76 f. 927').

[3]) Promovetur c. decr. ... repar. cathedr. et dom. epalis, erig. etc. ut supra (AC 22 f. 234); nat. in civ. Gratianopolitan., aet. 37 an. circ., pbr. a. 1669, lic. theol. Parisien. (P. Cons. 76 f. 919 ss.); nomin. r. X^{mo} 12 Sept. 1675 (l. c. f. 919); consecr. Parisiis 10 Oct. 1677 (P. Cons. 86 f. 182); tr. ad Auxitan. 4 Febr. 1692.

[4]) Promovetur eique iniungitur ... extens. regaliae, c. ret. compat., c. decr. ... prof. fidei, repar. cathedr. et dom. epalis, erig. poenit., mont. piet. (AC 24 f. 14'); nat. in dioec. Lascuren., aet. 36 an. [a. 1678], pbr. 28 Mart. 1671, lic. theol. Parisien. (P. Cons. 86 f. 332 ss.); nomin. r. X^{mo} 17 Ian. 1678 (l. c. f. 181); ob. 24 Iun. 1716 (Gams 635).

[5]) Promovetur eique iniungitur etc. ut supra, c. ret. compat. ac mon. commend. S. Memmii O.C.S.Aug. Catalaunen. dioec., c. decr. ... repar., erig. etc. ut supra, c. reserv. pens. 600 libr. Turonen. pro pers. nominata (AC 27 f. 130'); nat. in castello Carelliaco dioec. Nanneten., aet. 32 an. [a. 1717], pbr., doct. theol. Parisien., consiliarius et eleemos. regius, can. Aurelianen. (P. Cons. 108 f. 392 ss.); nomin. r. X^{mo} 5 Iul. 1717 (l. c. f. 393); ob. 8 Iul. 1729 (P. Cons. 116 f. 731).

Tarentasien.

[1]) A. 1727: Civ. Tarentasien., caput prov.^{iae} eiusdem nominis, inhabitatur a 5000 circ. incolarum, sub dominio temporali regis Sardiniae uti ducis Sabaudiae; eccl. metrop. est sub invocatione S. Petri Apost.; in ea sunt 3 dign. et 17 can.^{tus}; valor ann. fr. mens. archiepalis 3600 circ. scut. mon. Rom.; in civ. sunt 1 eccl. paroec., 3 conventus virorum, 1 mon. monialium; dioec. amplectitur 90 loca (P. Dat. 1727 f. 135' ss.); taxa 1453 $^{1}/_{3}$ flor. (AC 29 f. 27).

[2]) Ob. 25 Maii 1703 (Gams 830).

[3]) Absolv. a vinc. Augustan., tr. c. decr. ... prof. fidei, erig. mont. piet., c. reserv. pens. usque ad sum. 489 duc. auri de Camera et 8 $^{1}/_{2}$ iuliorum mon. Rom., 856 scut. et 60 obul. eiusdem mon. pro pers. nominandis, non exced. ... 3^{am} fr. (AC 29 f. 27); conc. pallium 30 Iun. 1727 (l. c. f. 40); nomin. r. Sardiniae 11 Iun. 1727 (P. Dat. 1727 f. 135 ss.); ob. 28 Aug. 1744 (P. Dat. 1750 f. 25 ss.).

Tarentin.

[1]) A. 1713: Civ. Tarentin. inhabitatur a 20000 circ. incolarum; eccl. metrop. est sub invocatione S. Cathaldi; in ea sunt 4 dign. et 18 can.^{tus}; valor ann. fr. mens. archiepalis 7000 duc. illius mon.; in civ. sunt 13 conventus virorum et 2 mon. monialium; dioec. amplectitur 15 loca (P. Dat. 1713 f. 145' s.); taxa 406 $^{2}/_{3}$ flor. (AC 26 f. 144).

[2]) Ob. 5 Nov. 1682 (Gams 930).

[3]) Promovetur c. reserv. pens. 2550 duc. mon. pro pers. nominandis, non exced. ... 3^{am} fr. (AC 23 f. 132); conc. pallium 15 Nov. 1683 (l. c. f. 135'); nat. in loco Senise nunc. dioec. Anglonen. 6 Febr. 1652, lect. phil. et theol. (P. Dat. 1683 f. 95 ss.); nomin. r. cath. 7 Mart. 1683 (P. Cons. 82 f. 435); consecr. Romae a Carolo card. Pio 3 Oct. 1683 (Vat. Lat. 12340 f. 203); fit nunt. apud regem Poloniae 20 Mart. 1700 (S. Br. 2029 f. 48 ss.), ep. solio Pontif. assist. 16 Apr. 1700 (S. Br. 2038 f. 263); tr. ad Neapolitan. 19 Febr. 1703.

[4]) Promovetur c. decr. ... vac. archipbr.^{tus} terrae Modugno nunc. Baren. dioec. ceteraque benef., quae obtinet, repar. cathedr. et dom. archiepalis, instr. supellect. (AC 26 f. 144); conc. pallium 18 Sept. 1713 (l. c. f. 152); nat. in terra Modugno nunc. Baren. dioec. 26 Sept. 1660, prom. ad ord. subdiac.^{tus}, diac.^{tus} et pbr.^{tus} 11, 15, 18 Maii 1692, doct. iur. utr. Neapolitan. 29 Maii 1683 (P. Dat. 1713 f. 145 ss.); consecr. Romae a Fabritio card. Paulutio 3 Sept. 1713 (Arch. Caer. 563 f. 116); ob. in resid. m. Dec. 1725 (P. Dat. 1727 f. 375').

[5]) Promovetur c. ret. mon. S. Nicolai de Controne O.S.B. dioec.

Targen(sis) (*Targa*) in Africa Proconsulari, tit.[1])

ob. Francisci Sotomayor	**Bernardinus** a S. Antonio, O.F.M.Obs., fit suffrag. Elboren.[2])	17 Dec. 1674	AC 22 f. 171
ob. Bernardini	**Nunius** da Cunha e Ataíde[3])	14 Dec. 1705	AC 25 f. 149
prom. Nunii ad cardinalatum	**Augustinus Nicolaus** Abbati Olivieri, O.E.S.Aug.[4])	13 Iun. 1714	AC 26 f. 182'
tr. Augustini N. ad Porphyrien.	**Philippus** Coscia[5])	21 Mart. 1725	AC 28 f. 161

Tarraconen(sis) (*Tarragona*) in Hispania, metrop.[1])

ob. Ioannis E. de Espinosa[2])	**Iosephus** Sanchis, ep. Segobricen.[3])	27 Nov. 1679	AC 23 f. 23
ob. Iosephi	**Iosephus** Llinás, O.Merc.[4])	11 Oct. 1694	AC 24 f. 101'
ob. Iosephi	**Isidorus** Bertrán[5])	1 Aug. 1712	AC 26 f. 101'
ob. Isidori	**Michael Ioannes** Taverner y Rubí, ep. Gerunden.[6])	16 Dec. 1720	AC 27 f. 193
ob. Michaelis I.	**Emmanuel** de Samaniego y Jaca[7])	1 Dec. 1721	AC 27 f. 260
tr. Emmanuelis ad Burgen.	**Petrus** de Copóns, ep. Gerunden.[8])	15 Dec. 1728	AC 29 f. 142'

Tarsen(sis) (*Tarsus, Tarsos*) in Cilicia Prima, metrop., tit.[1])

ob. Francisci M. Phoebei	**Ferdinandus** Strozza[2])	10 Apr. 1690	AC 23 f. 262

Caputaquen., quod in commendam obtinet, c. decr. ... vac. cetera benef., quae obtinet, suspenso effectu vacationis respectu compat. usque ad sui obitum, erig. poenit., c. reserv. pens. usque ad sum. 2410 duc. illius mon. pro pers. nominandis, non exced. ... 3am fr. (AC 29 f. 60); nat. in loco Portici nunc. dioec. Neapolitan. 14 Apr. 1685, prom. ad ord. pbr.tus 6 Apr. 1727, doct. iur. utr. Sapientiae Rom. 19 Dec. 1727 (P. Dat. 1727 f. 374 ss.); nomin. caes. maiest. uti rege Neapolis 21 Iun. 1727 (l. c.); consecr. Romae a Sum. Pont. 27 Dec. 1727 (Arch. Caer. 591 f. 238); fit ep. solio Pontif. assist. 27 Dec. 1727 (S. Br. 2720 f. 459); tr. ad Salernitan. 11 Dec. 1730 (AC 30 f. 47'); ob. in resid. m. Mart. 1738 (P. Dat. 1738 f. 42').

Targen.

[1]) Eccl. Targen. sita est in Africa Proconsulari sub metrop. Carthaginen. (Annuaire Pont. 1916, 495; cf. Baudrand II, 288).

[2]) Promovetur ad Targen. et deput. suffrag. Elboren. ad pontif., c. assign. congruae 300 duc. auri de Camera super mensae archiepalis Elboren. fructibus (AC 22 f. 171); aet. 50 an. et ultra, lect. iubilatus (e bulla prov. S. Br. 1593 f. 325 ss.); ob. ante 26 Ian. 1700 (A. Cons. 1700 f. 14).

[3]) Promovetur c. ret. omnium, quae obtinet (AC 25 f. 149); bulla prov. (S. Br. 2531 f. 503 ss.); nat. in civ. Ulixbonen., aet. 40 an., pbr., lic. iur. can., iam deputatus S. Officii Portugalliae, ad praesens Supremae Inquisitionis in civ. Ulixbonen. inquisitor et sacelli regii capell. maior (P. Dat. 1705 f. 126 ss.); 30 Iul. 1707 deput. inquisitor gen. Portugalliae (S. Br. 2214 f. 1 ss.); creatur card. 18 Maii 1712 (cf. S.R.E. card. VI, 32).

[4]) Promovetur ad Targen. (AC 26 f. 182'); bulla prov. (S. Br. 2538 f. 571 ss.); nat. in civ. Pisauren. 15 Dec. 1661, prom. ad ord. pbr.tus 22 Dec. 1685, mag. theol. 22 Sept. 1705, iam prior in diversis conventibus, provincialis prov. Marchiae (P. Dat. 1714 f. 121 ss.); fit praef. Sacrarii Apost. 30 Sept. 1712 (S. Br. 2330 f. 17), ep. solio Pontif. assist. 24 Iun. 1714 (S. Br. 2371 f. 5); consecr. Romae a Fabritio card. Paulutio 15 Iul. 1714 (Arch. Caer. 564 f. 81); tr. ad Porphyrien. 16 Iun. 1721.

[5]) Promovetur c. ret. omnium, quae obtinet (AC 28 f. 161); bulla prov. (S. Br. 2745 f. 318 ss.); nat. in loco Petraefusorum dioec. Beneventan. 26 Febr. 1692, prom. ad ord. pbr.tus 11 Apr. 1716, doct. iur. utr. Neapolitan. 20 Dec. 1713, vic. gen. Beneventan. et intimus cubic. S.tis S. (P. Dat. 1725 f. 106 ss.); consecr. Romae a Sum. Pont. 8 Apr. 1725 (Arch. Caer. 590 p. 402).

Tarraconen.

